

D. CHRIST. FRIEDER. REUSS,

PROFESSORIS MEDICINÆ TUBINGENSIS,

DISPENSATORII UNIVERSALIS

AD TEMPORA NOSTRA ACCOMMODATI

ET AD FORMAM

LEXICI

CHEMICO - PHARMACEUTICI

REDACTI

PARS SECUNDA.

ARGENTORATI, 1789.

SUMTIBUS AMANDI KOENIG, BIBLIOPOLÆ.

SELECTUS OBSERVATIONUM PRACTICARUM - MEDICARUM UTI ET REMEDIORUM MEDICORUM TAM INTERNORUM QUAM EXTERNORUM LONGA EXPERIENTIA PROBATISSIMORUM UNA CUM EORUM FORMULIS AC PRÆSCRIPTIONIBUS, AD USUM UNIVERSALEM ADORNATUS

A

D. CHRIST. FRIEDER. REUSS,

MEDICIN. PROFESS. TUBINGENS.

ARGENTORATI, 1789.

SUMTIBUS AMANDI KOENIG, BIBLIOPOLÆ.

In *priori parte Dispensatorii nostri universalis*, ad tempora nostra accommodati, & ad formam Lexici chemico pharmaceutici redacti, præcipuam eo impendimus operam nostram, ut uno quasi obtutu, in forma Libri manualis communicarentur, e Dispensatoriis quibusdam potioribus, tam universalibus, quam provincialibus, & antiquioris & recentioris ævi, ad normam Lexici - chemico - pharmaceutici - manualis, commodo ordine alphabetico, *remedia medica pharmaceutica*, tam *præparata simplicia*, quam *composita*, tam simplicitate compositionis, præcipuæ præparationis, quam exquisita virtute & qualitate, in varii generis morbis sese commendantia, & virorum peritissimorum experientia, non modo nostra jam satis probata.

Communicavimus ea inprimis remedia medica - pharmaceutica, additis quoque præparatis præcipuis tam simplicibus - quam compositis - pharmaceuticis, quæ continent ob mixturam & compositionem varias virtutes, & qualitates medicas, uti & multiplices usus in diversimodis morbis ac affectibus præternaturalibus, tam internis quam externis; e. g. *Pastam* de *Althæa*, ob vim

)(2 emol-

emollientem - lenientem - involventem - expectorantem, in tussi - sicca - acri, raucedine, & catarrhalibus defluxionibus; vel e. g. *Extractum Tanaceti*, ob vim resolventem-anthelminticam - antispasmodicam - uterinam-antifebrifugam, qua amarum ad vermes, obstructos humores in visceribus, ad febres intermittentes, ad pituitam in ventriculo-utero resolvendam, ad spasmos uteri mitigandos.

In istiusmodi generis remediorum medicorum, iterum suscepta accurata perlustratione, ac delectu, *remanebant* vero *varia remedia medica*, quæ *qualitatem* & *vim* tantum *unicam continent præcipuam medicam*, ratione partim compositionis *selecta*, partim variorum medicorum longa experientia, & praxi longe *probatissima*, & *exquisita*, quorum copia *prima Dispensatorii nostri pars* nimis voluminasa evasisset.

In hacce itaque *parte posteriori*, *Dispensatorii nostri universalis medici*, præcipuam *operam* nostram *convertimus*, ad *Selectum remediorum*, tam *internorum* quam *externorum*, *probatissimorum*, & compositionis æque simplicitate, quam exquisitis qualitatibus & virtutibus, in varii generis morbis sese commendantium; e Dispensatoriis medicis recentioribus desumtorum.



torum; & e libris præcipue probatiſſimorum & experientiſſimorum Practicorum, quæ *ob peculiarem unam tantum, alteramve vim medicam*, in *peculiari* tantum *morbo* inprimis *proficua*, primum & præcipuum heic merentur locum, ſpeciali denominatione notatu digna, eg. *Pulvis catarrhalis* Pharm. pauper. Pragens. — *Pulvis diureticus* Pharm. pauper. Hamburg. — *Pilulæ diureticæ* Monro. — *Mixtura expectorans* Pharm. Londinenſis. — *Mixtura diuretica* Stoll. — *Pulvis antiſyphiliticus* Pharm. pauper. Hamburg. &c.

Mille mali Species, mille ſalutis erunt;

Ovid.


Per varios uſus artem experientia fecit,

Exemplo monſtrante viam; *Manil.*

Hiſce igitur exemplis excitatus, remediis hujuſmodi compoſitis peculiari nomine deſignatis, ad qualitates & virtutes plane peculiares, *inſeruimus obſervationes varias*, & *caſus diverſi generis communicavimus morborum chronicorum & pertinaciſſimorum*, feliciſſime curatorum & ſublatorum, variis antea mediis diu fruſtra adhibitis, & ex noſtra & ex aliorum praxi.

Iſtius generis *morbos* ſelegimus, quibus mortalis quivis facile poteſt affici, — quibus

 fre-




frequentissimum auxilium debet præstare medicus, *istasque observationes & remedia selecta — efficacissima*, quæ hanc ob causam publici juris fieri merentur, aliis commendari, & in *breviorem conspectum* redigi, ad *normam medicinæ hodiernæ, multo simplicioris.*

Tam *junioribus medicis*, non in tam ampla versantibus praxi medica, & experientia; quam *medicis* quoque *quibusdam practicis senioribus*, jucunda antiquioris methodi tramiti nimis adsuetis, qui sæpius adhucdum præscribunt farraginem remediorum inefficacium, tam simplicium quam compositorum, dicavimus *Selectum huncce observationum & remediorum exquisitissimorum & efficacissimorum*, in simplicissimam & concentratam formulam redactorum.

Sunt & medici, quibus ad ampliorem voluminosorum librorum lectionem tempus non suppetit, quorum commodis igitur inservire potest ejusmodi Selectus, ordine alphabetico institutus.

Cum *plures* sæpe contra *eundem morbum curandi vias monstraverimus*, quivis medicus ex iis, ope judicii sui practici eam eliget, quæ huic illive ægrotorum statui convenit, addidis, demtisve, quæ addenda vel demenda judicaverit experientia duce, pro peculiari cujusvis ægroti statu.

Nec



Nec eo tantum respeximus, ut *nonnisi nova remedia afferremus*, neque enim in novitate tantum remedii collocandum est ejus pretium, sed et *usu & experientia comprobata antiquiora remedia* nobis in pretio sunt & manent.

„Selectiora sciat medicus (uti Jll. *Bal-*
„*dinger* contendit, in præfatione ad Phar-
„macop. Edinburgensis ab eo editam. Editio-
„nem, 1784. p. 335.) præscribere remedia,
„formula simplicissima, & forma, qua potis-
„simum sunt maxime efficacia. Formula,
„quæ concinna non est, prodit aut vanitatem
„aut ignorantiam medici. Non solum sibi
„ipsi, sed et ægrotis suis pessime consulunt
„medici, qui neglexerunt studium scribenda-
„rum formularum, & doctissimi non raro me-
„dici exemplo suo docent, se juvenes non di-
„dicisse leges studii critici, formularum me-
„dicinalium. Leges paucas præcipere soleo
„auditoribus meis, & simplicissimas formulas
„ubique commendo, ceu exemplar, quod
„imitari velint, donec ipsi discant, novas reme-
„diorum formulas invenire."

Præscriptio formularum medicarum summi momenti res est. Neque enim sufficit depingere quæ alii præscripsere, id quod & tyro potest; sed requiritur potius, ut formulas adornemus conditioni ægrotantium congruas, ut eorum status præternaturalis corrigatur, in meliorem mutetur, s. præveniatur symptomati-


matibus & statibus subsequentibus præternaturalibus, id quod multiplicem requirit universæ scientiæ medicæ cognitionem.

In meliorem vel deteriorem statum redigi ægrotus, vita servari, vel ejus jactura fieri potest, unica sæpe bene vel male adhibita formula. Hinc ad præscribendas formulas requiritur, ut morbi originem, causas, & omnia symptomata investigemus, ut de eventu vel salutifero vel lethali sollicite cogitemus, & remedia deinceps seligamus, quorum virtutes & effectus isti morbo maxime conveniunt, adhibito simul tam necessario judicio practico & philosophico.

Sic a selectu formularum ab aliis datarum medicus perget ad constituendas etiam proprio marte formulas, si notæ ipsi aliorum medicorum formulæ in hoc illove casu non sufficiant.

Hæc de *usu formularum medicarum* hoc loco dixisse sufficiat, quarum Selectum, hoc libro exhibitum ad juvandam medicorum practicorum, operam, & præstandum ægrotis solatium, usu suo non destitutum fore confido. Dabam Tubingæ, Mense quarto, Anni. MDCCLXXXIX.

ALVI



ALVI OBSTRUCTIO.

1) In *haemorrhoidibus*, diarrhœæ inſtar fluentibus cum *ſcotomia*, *vertigine*, *ſopore intercurrente*, ſubſequente continuo ac vehementi *vomitu*, *alvi pertinaci ſuppreſſione*, nec clyſteribus, nec medicamentis purgantibus varii generis aperiendis, profuit inprimis *Voglero* --- *Cortex peruvianus tartariſatus* ita præparandus;

Rec. *Alcohol. Cortic. Peruvian.* Elect. Drachm. 6.
Cremor Tartari Drachm. 2.

Miſce fiat pulvis. Qua alvi obſtructiones pertinaciſſimas removens remedium profuit ſemper eximie *Voglero*, cum doloribus quoque colicis, & cardialgia conjunctis ſæviſſimis. In *gravidarum alvi obſtructionibus* pertinaciſſimis eximie quoque profuit, uti *in varicibus haemorrhoidalibus*.

2) *Alvi obſtructiones* pertinaciſſimas jam removit feliciſſime *Sal. ammoniac. depurat. Cremor. Tartari ana* Drachm. dimid ad ſcrupul. 2. omni 3 *duo* obſervat. C. *Medicus*.

3) *Alvi obſtructiones pertinaciſſimas* ſuſtulit pluries feliciter, præmiſſis congruis laxantibus *Suppoſitoriorum* uſus, e charta præparatorum contorta, *Oleo communi* immiſſa. *Underwood*.

4) *Alvi obstructio* pertinax in *haemorrhoidario* subito sæpius hocce auferebatur remedio.

Rec. *Tartar vitriolat.*
— tartarisat ana Unc. 6.
Rad. *Rhabarbar* --- fol. *Senn.* ana Drachm. 3.
Limatur Mart.
Semin. Anis. ana Drachm. 2.
Syr. *Chamomill.* quant. suffic. ad electuar. consistent: omni 2-3 horio ad nucis jugland. magnitudinem adhibend. juncto simul usu largo,

Decocti e Radic. *Cichor.* Unc. 2.
Herb. *Malv.* Unc. 1. *Cinnamom.* Drachm. 2. parat. Cochlear 2. Unc. 3. Aqu. commun. coctis ad decocti formam saturatam. *Rc..*

5) *Oleum Lini* in & externe applicatum eximium jam exseruit effectum in *obstructione alvi*, *inflammatione* jam juncta, *Berends* observat:

Femina 26 annorum constitutionis subtilis, tertia, vice gravida, in 4to puerperii hebdomade vitium committebat digestionis non exiguum, ab esu nimiæ placentæ copiæ, e Helianthο tuberoso paratæ, quo subito ventriculi dolor valde molestus, premens oriebatur, cephalalgia, febris, haud exigua vertigo, nausea, vomitus: vix aliquomodo restituta ægra hæc femina, subito fortuito novum dein commisit vitium diætæ, quo multo vehementiores oriebantur dolores ventriculi prementes, ructus & flatus enormes, cum alvi obstipatione pertinacissima continua, juncto simul vomitu copioso.

Adhibuit hinc D. *Berends Tartari emetic* Gran. 4. solut. in *Aqua commun* Unc. 3. omni ½ hora sumend. cochlear 1-2 pro varia effectus conditione; quo multum muci tenacis evomuit, sed sine


ullo levamine, in pejus enim mox ſeſe mutabant omnia ſymptomata. Ab exigua enim potus cujusdam copia vomitus mox ſuboriebantur vehementer recurrentes, urina excernebatur inſtar aquæ pellucida, cum lingua multo muco tenaci obſeſſa, pulſu parvo-debili-inæquali.

Decocta emollientia adhibebantur, e Semine *Lini* cum *Oleo Lini* & *Melle* parata, ſed ſine exoptato effectu, uti omnia alia remedia interna, alias proficua, ab uſu quoque *Opii*, in *acido Vitrioli* ſoluti & *Aquae menthae* diluti, irritamen alias nervorum imminuente, ſopiente, vomitum ſiſtente. *Balneum* calidum ex *Aqua* communi & *Lacte* paratum dolores & anxietates eximie imminuit, ſine ulla vero vertiginis imminutione, *clyſmata emollientia* continuabantur, interne vero adhibebatur *Extractum Hyoſciami* in *Aqua Cinnamomi* ſolutum. Abdomen illinebatur *Oleo Lini* & *Camphora*, *epithematibus emollientibus* fovebatur; *Clyſma* e fumo *tabaci* ſimul adhibebatur, ſed omnia fruſtraneo cum effectu, *convulſiones* enim oriebantur magis enormes cum opiſtotono, & alvi obſtipatione continuata.

Ad *Galleſky* methodum hinc adhibebatur omni hora cochlear. 1. *Olei Lini* cum *oleo Aniſi*, in cereviſia calida, ſacharo dulcificata; juncta ſimul abdominis inunctione ex *Oleo Lini* & *Camphora* parata. Loco *epithematum emollientium* calidorum abdomini applicabant. e *panno laneo*, (*flanel*,) parata, aquæ frigidæ prius immiſſa, omni quarta horæ parte reiterabantur clyſmata ex *Aſa fœtida*, in *Aceto vini* ſoluta, *Oleo Lini* ſimul diluta.

Cochlearia 7. *Oleo Lini* cum *Oleo Aniſi* commixta & clyſmata 4. ſubito alvi adſtrictionem, per 7 dies jam continuantem, ſuſtulerunt, ſudore ſimul ſub-

 ſequen-



ſequente proficuo, ſpaſmum imminuente, vomitus quoque tum plenarie cellarunt. Decocto tamarindinato evacuatio alvina libera aſſervabatur optimo cum effectu, interpoſitis ſimul congruis remediis *roborantibus*, quæ omnia quoque ſymptomata hyſterica quam optime ſuſtulerunt & imminuerunt.

AMBUSTIO.

1) Omne *frigidum*, applicatum loco ambuſtione læſo, qua ſubito leniens- diſcutiens- alterans, ſemper confert obſervat. *Lowdell.*

2) Ad ambuſtiones ab *Aqua fervida* profuit jam multoties, membrum læſum, manum e. g. immittendi in *Sal culinare* purum ſic cum-frigidumtum illiniendi *Oleo Olivarum* albumine ovi prius immixto *Re.*

3) *Aquae Calcis vivæ* Unc. 12. commixtæ *Spiritu Vini* Unc. 2. & *Extract. Saturni* Unc. dimid. levamen eximium producunt in ambuſtionibus, omnesque auferunt ſequelas noxias. *Underwood.*

4) Pulver *Calcis vivae* cum *Oleo vini* commixt. qua eximium digeſtivum commendat in ulceribus ab ambuſtione ortis *Plenck.*

5) *Oleum Olivarum* cum *albumine* vel vitello *Ovi* l. cum *Lythargyrio*, ad Unguentum redactum, eximium exhibet levamen;

Uti *Minium rubrum cum Adipe porcina* in unguenti formam redactum; vel

Uti *Acetum Vini Creta* commixtum; vel

Unguentum album, ſ. de *Cerussa*; vel

Aqua vegeto mineral. Goulard; vel

Acetum Saturni loco ambuſto tantum applicatum.

6) Alii commendant ſubito *Oleum Olivarum* applican-

candi, & tum *Aquam vegeto mineralem Goulardi*; uti

Quidam exoptato cum eventu utuntur *mucilagine Semin Cydoniorum*, *Aqua communi* diluto; vel floribus *Liliorum alborum* l. *Verbasci* infus. Oleo Olivarum, vel *Spiritus vini*, qua eximium anodynum.

6) *Unguentum* ad *ambustiones* valde proficuum paratur ex *albumine* & *vitello Ovi*, *Alumine* & *Oleo Vini* bene commixtum, ſubito primo die applicatum, & tum *Emplaſtrum* de *Minio* continuatum ad plenariam loci affecti reſtitutionem. *Oet.*

7) Servo cuidam cereviſiæ coctoris, qui fortuito in ahenum cereviſia fervida impletum cecidit, ſubitaneum levamen produxit, omnibus locis corporis ejus applicati, & contuſi groſſo modo fructus *Helianti tuberoſi*, (*Erdaepfel*) ſæpius recenter applicati. *Solani eſculenti* (*Grundbieren*) fructus eundem forſam effectum præſtaret.

AMAUROSIS.


1) Pilulæ contra *Amauroſin Schmuker*.

Rec. Gumm. *Galban.* --- *Sagapen.*
Sapon. venet. ana Drachm. 1.
Rad. *Rhabarb.* elect. ana Drachm. $\frac{1}{2}$
Tartar. emet.
Aqu. fontan. quant. ſuffic. ſolut. Gran. 16.
Succ. Liquirit. Drachm. 1.

Miſce fiant lege artis pilul. Gran. 1. *Ph. Paup. Pragenſ.*

ANGINA.

1) In *Angina* ad gargariſmata univerſ. *Spiritum Salis ammoniaci Aqua* dilutum commendat *Bicker* uti.



2) *Spiritus vitrioli* in Syrupo demulcente involutus eximie quoque prodest.

3) In *Angina* s. *Synanche*, *strangulatoria*, sæpius epidemica, cum successu vaporem frigidum *Aceti gallici* adhibuit *Bergius*; hocce modo, ut *Acetum* exceperit linteis, quæ prope lectum ægroti extendenda curaverat, quo tota camera repleta fuit vapore aceti. -- *Vesicatorium*, simul applicuit asperae arteriae, *purgantiaque antiphlogistica* propinavit, uti & *venæsectionem*, ac *hirudines*, junctis simul *emulsionibus oleosis*. In initio inquit morbi nunquam fefellit haec methodus, simulac vero tubus in aspera arteria dudum formatus est, atque solidatus, medelae vix locus.

4) In *Angina serosa* utitur optimo semper cum effectu, uti in *Aphtis*, *Vitrioli albi* Drachm. dimid. solut. in *Aquæ commun.* Unc. 6. dulcific. Melle roseo Unc. 1. *Herz*.

5) Rec. *Borac.* -- *Nitr. depur.* ana Drachm. 1.
Magnes alb Drachm. 1. & dimid.
Sachar. alb. Drachm. 2.

Misce D. S. Quavis hora cochlear parvum per quoddam tempus continuandum est: conjuncto simul vehiculo infus. theiform. *Chamomill* l. *Menth. crispae.* -- In concomitantibus spasmis *Syrup. Papaver erratic.* addidit semper, *Stark*.

Remed. hocce ei semper profuit in omnib. *oris affect.* tam *simplicibus* quam *scorbuticis* l. *venereis*, una ejus pars cum 4. partib. *Mell.* rosac. s. Syrup. cujusv. lenient. uti & in omnib. *aphtharum* specieb. tam infantum quam adultorum, inflammationib. jam concomitant. -- In *Scorbuto oris ac gingivarum, lingua exarida*, *inflammator. crusta* obtecta, ejus *fissuris*, & ab acri saliva plane læsa, in hisce affec-

affectibus ſimul adhibuit interdum Ungu. *Alth.* qua leniens, & temperans, leviter ſanans, conſolidans, interdum quoque in oris hiſce affectibus externis *Unguent. Ceruſſae.*

6) Ad *faucium* affectus, difficilem *deglutitionem*, ſtatum *anginodeum Gargariſma* e *Roob ſambuci* vel e floribus *Sambuc. Melle* roſaceo, *Nitro* & parum *Aceto* mixtum multum præſtitit, D. *Diel.*

7) In *angina* utuntur Angli *Alcali volatil. cauſtic.* ſ. *Spiritu ſal. ammoniac. cauſtic.* ſcrupul. 2. mixt. *Olei Olivarum* unc. dimid. multo cum fructu, qua *rubefaciens* fortius quam *Sinapiſmi.*

8) In *angina putrida-maligna* commendat *Cullen Gargariſma* hocce *adſtringens.*

Rec. Fol. *Balauſtr.* Drachm. ½

Cort. *Granator.* — *Querci.* ana Drachm. 1.

Coque in *Aquae fontan.* Unc. 12.

Colatur. Unc. 8. add. *Tinctur.* e *Kino.*

Spirit. vin. gallic. ana Unc. 1.

Miſce fiat *gargariſma adſtringens.*

9) In *Angina ſtrangulatoria - ſpaſmodica* - arroſione faucium nimia juncta confert

Extract. *Gramin. liquid.* uti

Mucilag. Semin. Pſyllii qua linctus demulcens-leniens-

10) *Leviſon* in Anglia, in *angina epidemica* annorum 1780.-81. multo cum fructu hancce methodum obſervavit; ad quam primario *antiſeptica* adhibuit, tum ſimul *emetica*, quae plane ſaepius morbum ſuſtulerunt, ad vim nervorum excitandam, & cruditates e primis viis expurgandas. Quibus fauces vero nimis arroſae erant, iis minime ſecure poterant applicari emetica. Aditus liberi aëris-puri ſemper requirebatur, & ex iis praecipue multum conferebat vapor *Aceti*

ti vini, conspersio frequens *Aceti vini* in hypocausto. In fauces vero *injectiones* & *collutoria* copiosa e *Decocto* saturato *Cortic. peruvian.* cum *Myrrha.* *Interne* vero *Cortex. peruv.* cum *Spiritu Mindereri*, in quibusdam cum *Confectione cardiaca* conjunct. pro vario febris gradu.

Externe applicabatur *Oleum camphoratum* s. *Linimentum volatile*, ad ulcera externa discutienda; per emollientia vero remedia plures alliciendi humores, minime erat consilii, ob eorum malignitatem. *Venae sectiones* & *antiphlogistica* remedia raro requirebantur. Quibus vero methodus temperans adhibebatur, isti nimis diu angina afficiebantur. *Tumor œdematosus* reiteratis dosibus *Calomel*, *Rhaburbari* & *diureticorum* remediorum, cum sufficienti dosi *Chinae cortic.* auferebatur. Quibusdam aegrotis juvenibus permultum profuit solutio *Camphorae* in *Oleo*, demulcente, uti & *Pediluvia* e furfure, & interdum *Cataplasmata* e *Raphano rusticano* & *Sinapi* parata; recentionib. *Reichart.*

11) In *angina humida catharrhosa*, uti in *debilitate uvulae* ad gargarisma commendat *Sal ammoniacum* vel *Aquam aluminosam*, l. *Nitrum tabulatum*, uti in inflammatione *oris*, *colli*, qua stimulans - refrigerans, *Plenck.*

12) In *angina aquosa - catharrhali* subitaneum levamen jam praestitit multoties *Gargarisma* e *Liquor. anodyn. mineral. Hofmann.* Drachm. 6. comixt. *Aqua fontan.* Unc. 6. & edulcorat *Sachar* canar. cochlear. 2 observat. *Reuss.*

13) Uti *Spiritus Vitrioli* Syrup. l. Roob demulcente commixt. post gargarisma adhibitus.

14) In *angina epidemica*, *scarlatina febre* juncta, *gargarismata* & *injectiones* copiosæ eximie profuefu-

runt ex Infuso florum *Chamomillae* & *Sambuc.* saturato, hujus vascul 1 sic dictum Coffeé, commixtum cum cochlearibus 2 Mixturae, paratae ex *Oxymell squillit.* Unc. 2. — *Oxymell simplic.* Unc. 4. — *Nitr. depur.* Drachm. 2. — *Sal. ammon.* — *Essent. pimpin. alb.* ana Unc. dimid. Quale remedium gargarizando, & per injectiones glandulis oris & faucium applicatum eximio removit modo mucum faucium, tumorem colli, atque difficultatem deglutiendi. Subjunctis dein laxantibus mixturis, & antifebrilibus cessabat plane febris.

Reichart.

15) In *angina sphacelosa*, per 4. jam dies durante, in femina, vehementi juncta *inflammatione amygdalarum*, maculis inflammatoriis in veli palatini parte posteriore, & uvula, maculis minimis in pharynge, impletis aqua acri flavida, tussi sicca, fœtore putrida, eximium praecipue effectum edidit praemissa *Venæ sectione* in pede, *Gargarisma* s. *diaclysma* potius paratum e *Spirit. vini* Unc. 2. cum multo *Sale volatili alcalino* acutis, succo nempe *Raphani* rusticani s. *armoraciae*, (in sinistro eventu adhibuisset medicus Sal. volatile *Sal. ammoniac. spirit. vini* commixt.) quibus addebantur Unc. 1 ½ *Mell rosacei* & Unc. 6. *Aquae commun.* — Diaclysma hoc, quod sanus vix ob acrimoniam suam in ore potest perferre, videbatur aegro fere insipidus, fauces eo tantum eluente multoties.

Quum vero pars posterior palati & uvulae ad os tendentis eo attingeretur, nec superficies amygdalarum, nec reliquae partes ex hac gargarizatione aliquid acquirerent levaminis, ore tum aperto aeger excipere debebat vapores diaclysmatis calefacti superioris, vix descriptae, pati-



tinae prius immiſſae, quo modo magna dein copia ſalis volatilis alcalini exhalabat, & ad omnes oris ac faucium partes affectas commode introire & penetrare poterat, quibus aër erat impletus ad inſpirandum. — Sphacelus poſt uſum horarum 6. luculenter ſeſe imminuebat, in ſpatio horarum 30. exfoliatio ſuccedebat quaedam puſtularum, & in ſpatio horarum 48 plane erat finita: aër quem aegra per 36 horas inhalaverat, ſaturata erat fere perpetuo cum Sale volatili alcalino, ita tamen, ne contractionem ſpaſmodicam in pulmone excitaret.

Mutatis mox ſymptomatibus remedia haecce commutabantur involventibus magis; — *Mel* nempe *roſae*. Unc. 1 ½ & *Spirit. vin.* Unc. 1 ½ diluebantur *Aquae commun.* Unc. 6. eodem modo uti ſuperius remedium fortius, inhalando in os vapores, & aërem vaporibus iſtis impletum; quo modo die nono aegra plenarie reſtituta eſt. Reliqua ſymptomata erant conſueta uti in inflammationibus aliis. *Sal volatile alcalinum* penetravit hic in partes *ſphaceloſas*; inflammationem reſtituit in partibus vicinis ſphaceloſis, ſuppurationem levem produxit, & exſudationem lymphae, qua ſeparabatur mortua pars a vivente. Confert hinc remedium hocce eximie in inflammatione cum gangraena & ſphacelo, alias enim inflammationem nimium augeret in iis quoque partibus, quae ad eam non inclinant. Uti iſte effectus luculenter patet in *Cantharidibus* & *Sinapiſmis*.

(vid. Samlung auserleſen. Wahrnehmung. aus der Medicin. e gallic. lingua verſ. V. Band 761).

ANO-

ANODYNA.

1) *Dolores a calculis a materia podagrica*, l. ab alia caufa fimili ortos, hocce modo jam lenivit optimo cum effectu. *Mellin.*

Rec. Herb. *Malvae* Manipul. 1.
Aqu. fontan. qu. fuffic. coqu. ad Unc. 6.
Syr. *Violar.* Unc. dimid.
Mifce fiat apozema in magna quantitate fumend.

2) Qua *anodynum* eximium & fomnum concilians in *fluxionibus* variis — in *dyfenteria* — & in aliis affectibus, commendat Conr. *Gefner* fuccum baccarum *Atropae Belladonnae* in confiftentiam *Syrupi*, addito Sacharo, coctum, de quo fumat aeger menfuram cochlearis parvi, fingula vice.

3) Ad *pertinaces abdominis dolores* — *cutis erofiones* vim eximiam narcoticam - diureticam - diaphoreticam ufu *Solani nigri* herbae expertus eft a Grana I. hora vefpertina dato, fenfim afcendendo ad Grana plura, *Gataker.*

4) *Anodynam* — *antifpafmodicam* vim egregie jam pluries praeftitit hocce remedium.

Rec. Pulver. Rad. *Valerian.* Gran. 6.
Mofchi Gran. 2.
Sal. Sedativ. Homberg. Gran. 4.
Rad. *Rhabarb.* el. Gran. 2.
Extract. *Cortic. peruv.* Scrupul. dimid.
Mifce fiat pulvis. D. in 8. plo. S. quotid. 3 - 4 dofes fumat aeger pro conditione morbi. *Re* . . .

ANTISEPTICA.

1) *Decoctum antifepticum* Ph. paup. *Prag.*

Rec. *Cort. peruv.* groffo modo pulveris. Unc. 1.
coque in *Aquae font.* Unc. 12. Colatur Unc. 8.
Add. *Oxym. Simplic.* Unc. 1.

2)



2) *Potio antiseptica Hautersierk.*

Rec. *Cort. peruv.* pulveris.

Rad. *Serpentar.* virgin. ana Drachm. 3.

Coque in *Aquae fontan.* Unc. 12. ad Unc. 8.

sub finem adde

Flor. Chamom. roman. Drachm. 1. Colatur add.

Spirit. Nitri. dulc. Drachm. ½

Aquae Cinnamon. vinos.

Syrup. Limon. ana Unc. 1.

Misce fiat potio.

3) *Pulvis antisepticus, Ph. Paup. Prag.*

Rec. *Cort. peruv.* Drachm. ½

Camphor. Gran. 3. Misce fiat pulvis.

vel *Pulvis antisepticus resolvens.*

Rec. *Cort. peruv.* Drachm. ½

Camphor. Gran. 3.

Sulph. aur. antimon. ult. praec. Gran. 2.

Misce fiat pulvis.

APHONIA.

Femina 68 annorum afficiebatur *febre catharrhali, raucedine* continua, cum *aphonia* plenaria per 4 hebdomades, *cephalalgia* saepius enormi intercurrente, cum anxietate praecordiorum, appetitus defectu, *venae sectio* & *evacuationes* imminuebant symptomata, excepta *aphonia*, quae in eodem statu manebant, usque dum vesicatoria applicabantur & infusum thei forme Herbae *Melissae*, in quod guttae 15 - 20 *Liquor. Cornu Cervi* singula vice instillabantur, quater per diem, cujus usu in 3 hebdomadum spatio redibat vox & loquela praemisso largo sudore critico, & copiosa muci excretione e pectore, observat: *Burckhart.*

APO-

APOPLEXIA.

In *apoplexia* viri 67. annorum, valde obesi, plethorici, staturae magnae, motu corporis conjuncto exiguo, & diaeta lauta, voluptuosa, somno diuturno, *podagra* simul affecti per plures antea annos, nunc plane retrogressa, vel potius se non amplius tam luculenter manifestante, e quo tempore caput ejus plane erat tumidum, facies bruneo rubra in apice nasi & genis, color sublivido - ruber, & spongiosa structura. Qualis faciei structura quam plurimis podagra affectis apparet, & in hoc aegro indies se augebat, e podagra imprimis retrogressa; continuante tamen diaeta vinosa, uti & usu potus coffee & thee, in haud exigua copia, ac usu fumi tabacci, atque ciborum difficulter digestibilium.

A *paralysi brachii dextri* levi semel liberabatur, diaeta vero haec lauta perpetuo ab eo continuabatur, e quo tempore post biennium afficiebatur matutino tempore, in somno, variis diætæ vitiis praegresso die in convivio commissis, *apoplexia* cum multo fortiori *hemiplegia* & quidem in toto ejus latere sinistro. Huic aegro, inprimis haecce profuere remedia, *Venæ sectione* jam larga a chirurgo instituta, *Clysma* nempe e florib. *Chamomillæ* cum *Aceto;* solutio *Tartari emetici* gran. 2. in *Aqua communi*, quater in quavis hora, ori infusum, fere plenarie clauso, cochlear 1. usque dum vomitus quidam reiterati successere in spatio horae dimidiae; alvi tum aliquoties excretio succedebat, motus quidam oculorum & corporis, calor artuum, cutis madida, minor mentis absentia, loquelae vero quam longissime.

Sua-

Suasit hinc D. *Schaefer* post horarum 2. spatium *Sal amoniac.* depur. Drachm. 2. in *Aqua Rubi idaei* solut: & Syrup. *Citri succi* dulcificat. Imminutio symptomatum præternaturalium subito fiebat ad vessperam, remanente difficili tantum quodam motu cruris sinistri; omnia hinc membra paralytica, & nucha uti & coxa, *Spiritu Sal. amon.* cum *Tinctur Cantharidum* commixta sæpius ungebantur, hocque modo omni pararalysi in spatio 6. hebdomadum liberabantur, & plenarie restituebantur. Diætam moderatam, cum sufficienti motu observavit æger, quo sanitatem inconcussam acquisivit per annum, vena simul ter secta. Lapsus a sella fiebat, ad convivium semel iterum invitatus, subito hora 1. in meridie, variæ occurrebant, *oris gesticulationes*, insultus *apoplecticas*, *abolitio* quoque sensuum tam in ternorum quam externorum, variique enormes tendinum subsultus in toto latere, præcipue sinistro, Vena jam iterum prius a chirurgo secta, pulsu adhuc manente duro, non celeri tamen, cum tumore capitis, faciei colore aliquoties mutato, oculis clausis, motibus in iis simul tremulis convulsivis, maxilla fere clausa, respiratione difficili stertorosa, artubus inprimis lateris sinistri frigidis; clysma subito iterum applicabatur ex *Infuso florum Chamomillae* & *Aceto*; *Fomentatio* capitis totius ex *Aqua* frigida & *Aceto* reiterata; frictio frequens in planta pedis, & omni quarta horæ parte cochlear 1. soluti *Tartari emetici*, sine subsequente vomitu, insultus vero varii convulsivi & fortiores evacuationes succedebant alvinæ.

Clysma reiterabatur uti & *fomentationes*, ac omni dimidia hora cochlearia 2. huiusce Mixturæ,

e *Sal amoniac.* Drachm. 1. ſolut in *Aqu. rub. id.* Unc. 5. cui addend. ſunt *Succi Limon.* Unc. 1. — *Syrup. ſucci Limon.* Unc. dimid. Quibus remediis mox poſt horam convulſiones ceſſarunt, & ſenſuum abolitio, motus vero corporis reſtituebatur poſt uſum cochlear, 5. ſomnus reficiens auferebat laſſitudinem corporis totius. Diæta obſervabatur tum ſtrictior, eo magis regularis, interpoſitò remedio laxante, & per menſem adhibito *Antimonio* crudo cum *Extr. Taraxac.* — *Card. bened.* & *Melle*; male vero quotidie *Succus Bellidis minor. Taraxac. Fumar.* recenter inſpiſſat. — *Extract. Card bened.* cum *Tartar. tartariſat.* commixtum per 4 ſeptimanas continuo adhibebatur, obſervata ſimul diaeta congrua & motu conveniente, conjunctis ſaepius ſumtis *pediluviis*, quali regimine optima gaudebat ſanitate in elapſo anno, in quo curationem hancce publice juris faciebat in cel. Baldingeri Magazin für Ærzte D. *Beker*.

Obſerv. In paralyſi & *apoplectico* inſultu juvenis ab onania & nimio ſeminis effuxu, & nervei aetheris jactura orto *Spiritus Sal. amoniac. volatilis cum Tinctur. canthar.d.* nil effecit, *balnea* vero magis *granulatoria*, *Cortex peruv.* & *Valerian.* & diaeta accurata non voluptuoſa.

2) In *Apoplexia* non *ſanguinea* ſtricte ſic dicta, minime ab irritamento & preſſione corporis cujusdam organici in capite orta, ſed a varia humorum depravatione curandum eſt, 1) circa cognitionem ſolidam humorum depravatorum 2) ad auferendum irritamen & ſpasmum, ac ſequelas hinc ortas, ſanguinis in capite congeſtiones, ne vaſorum diſruptio oriatur. *Venæ ſectio* hinc primum ſuſcipienda eſt e *vena jugulari*, non in pedibus,

vel

vel *hirudines* temporibus applicandi ſunt, in latere non paralytico, etiam jam alias praeſente paralyſi.

Clysma ſubito requiritur ad inteſtina evacuanda, l. irritamen in iis producendum, & per conſenſum irritationem in capite eo imminuendam, & noxiam materiam in abdomine derivandam a parte nobiliori; cui ſcopo eximie jam profuit Decoctum florum *Chamomillæ*, *Millefol. Taraxaci*, parum flor. *Arnicæ*, cum *Spiritu vini ſ. Spiritu Mindereri*, ad evacuationes alvinas fortiores producendas, ſemel bis in die applicandum. Infuſum ſimplex theiforme ex *Arnicæ* floribus confert quoque praemiſſis temperantibus & laxantib. e *Manna* & *Aqua laxat. viennens. Fomentationes frigidæ*, univerſo capiti applicandae, eximie quoque proſunt, ex *Aqua fontana* frigida & *Aceto* l. ex *Aqua* communi & *Spiritu Mindereri* recenter parata.

Emetica tum quoque proſunt in refracta doſi, nauſeam & irritamen tantum ad vomitum & ſyſtema nervoſum efficientia, e rad. *Ipecacuanh*. & flor. *Arnicae*, qua antiſpasmodica, & concuſſionem abdominis viſcerum efficientia omne noxium e ventriculo & corpore eliminantia, etſi quidam credunt nimium efficere orgasmum, qui eo levius a capite retrocedit, quam ad caput ſine noxa in apoplexia non ſanguinea idiopatica, capitis præcipue fomentatione frigida, & pedum cum abdomine in calido ſtatu ſemper tum ſimul conſervatione.

Si poſt horam emetici adhibiti ſenſuum abſentia ceſſavit, tum *Sal amoniac.* cum *Syr. Succi Limon.* confert in emulſione *Semin. melonum.* qua antiphlogiſticum, antisſpasmodicum & diaphoreticum

cum. Mane si jejune emeticum ad nauseam adhibitum est *Spiritus Sal. Ammon. volatil.* cum *Succo Limonum*, in hac emulsione eximium exserit usum, uti pariter *Cataplasmata* calida abdomini applicata, *Vesicatoria* suris pedum, *Balnea* totius corporis, præmissa venæ sectione.

Beker.

3) Rec. *Spiritus Salis ammoniaci* cum calce viva parat. Unc. 4.
Sapon. venet. Unc. 1.
Olei destillati Benzoes — *Lavendulæ.*
— *Rorismarini* ana Drachm. 1.
Misce, detur, signetur Spiritus ad *usum externum*, ad *membra paralytica* eo inungenda.

Jæg.


4) *Apoplexia*, *syncope* affectis, uti & in *aqua suffocatis*, l. *frigore mortuis*, in clysmate *Salis ammoniaci* usum præprimis commendat *Plenk.*

APHTHÆ.

1) Rec. *Vitriol.* alb. Gran. 12.
Aqu. Hord. Unc. 8.
M. D. S. Lotio ad aphthas. *Hal.*

2) Rec. *Mell.* pur. Unc. 1.
Pulv. Alumin. ust. Drachm. $\frac{1}{2}$
Borac, Drachm. 1.
Aqu. Rosar. Unc. 2.
M. D. S. Lotio ad aphthas. *Hal.*

3) *Borax* pulveris: simpliciter fricatione leni, applicata, vel mixta prius cum *Melle*, l. cum *Melle rosat.* sufficit quoque sæpius, uti &
Sachar. canariens. albi cum melle, vel
Rubric. fabril. (qua siccans - roborans,) cum *Melle* rosat. vel cum *Aqua rosar.* melle rosat. mixt.



4) Alii *Mucilagin ſem. Baſilic.* in *Aqua* macerat. ſuadent; uti ad *dolores leniendos Roſenſtein*, *Vitell. ovi*, *Cremor. tartar.* cum *Syrup. papav.* commixtum: & *interne* decoctum *Cortic. peruv.* — *Syrup. cydonior.* paratum.

5) Ad *præſervationem oris* præ *aphthis* confert *Ligni Guajaci* Unc. 1. Infus *Spirit. ceras* l. *Spirit. vin.* rectific. quant. ſuffic. ad ſaturat. plenar. loco calido digeſta per aliquot dies. — Eſſentiæ hujus Cochlear 1. *Aquæ* tepid. cochlearib. quibusd. commixt. omni mane tum quotidie, qua collutorium adhibendum. *Dolfus.*

Solutio ſaturata *Reſin. Guajac.* in *Spiritu vini* rectific. & dein *Aqua* commixta communi idem præſtat.

6) In *Aphthis*, — *ulceribus aphthoſis*, — *inflammat. oris* ſuadet *Mellin.*

Rec. *Myrrh.* pulveriſat Drachm. 1. ſolve in mortar. cum
Vitell. ovor. Drachm. 2. adde
Mell. ſimplic. Unc. 2.
Vini albi Unc. 6.
Miſce fiat collutorium.

7) In *aphthis*, qua *ſpongiola - ulcuſcula* oris - labiorum - faucium - linguæ - œſophagi conſiderandis, ab acrimonia acida ſalina locali ortis, in infantibus quam plurimum obviis, iſtis *primæ viæ* ſufficienter ſunt purificandæ *Tartar. emet.* Gran. 1. vel pulver. *Jalapp.* & *Syr. rhabarb.* — *Os* vero probe emungendum eſt cum *Lacte*, & in doloribus *Theriac.* — *Aphthæ* vero ſæpius ſunt in ungendæ ſequenti remedio.

Rec.

Rec. *Aqu. destillat.* comm. vel *Sambuc.* Unc. 3.
Mell. rosat. Drachm. 4-6.
Syr. *moror.* Drachm. 2.
Spirit. vitriol. Gutt. 8-12.

Misce D. S. omni 2-3 horio cochlear. 1. sæpius quoque sufficit *Infus Salv. folior.* cum *Melle.* In adultis eadem prosunt, fortiori tantum dosi. Si in *febrib. acutis* malignis aphthæ occurrunt, gargarismata & temperantia acida tum sufficiunt. Quibus occurrunt *ulcera serpentia Alumen* tum cum *Melle* s. alia adstringentia addenda sunt: in *scorbuticis Tinctura Laccæ; in venereis Decocta lignorum* l. *Pilul. mercurial.* & externe *collutoria* fortiora, Observat. *Schüz.*

8) In *aphthis phtisicorum* confert *Gumm. arabic.* cum *Syrup. Rub. id.* & interne *Decoctum* saturatum *Cortic. peruv.*

9) In *aphthis infantum*, & in continuo *salivæ* fluxu, (conjunctis interdum ulceribus narium,) commendat *Plenk Aquam vitrioli*, ex *Aquæ commun.* Unc. 6. *Vitriol. alb.* Gran. 9. paratam, *Syrup. Rosar.* dulcificatam.

10) *Sacharum* in *Aquæ commun.* qu. suffic. solutum *apthas*, s. *pustulas* nondum apertas arrodit.

Pari modo *Alumen* s. *Sal. ammon.* in *Aqua* commun. solutum confert in *aphthis* adultiorum, quod *Batavis* quoque inservit, sæpius aphthis affectis.

11) Quidam commendant ad *aphthas* succum expressum *Brassicæ* Rapæ, l. *Rapæ culinaris*, sacharo permixtum.

12) *Vitrioli albi* Drachm. dimid. in *Aquæ* commun. Unc. 6. solut. cum *Melle* rosato Unc. 1. dulcificatum, qua collutorium & ad injection. pro-



ficuum, sæpius adhibitum, omni quadrihorio, in spatio 4. dierum *aphthas* egregie sustulit *Armstrong*, *Selle*.

Ad anglum huncce removit *Selle* optimo quoque cum successu, in puero 4. annorum phtisico, facie pallida, emaciata, ore totum aphthis pleno, cum crusta coriacea obsesso, & subitanea ab oris levi quovis motu cruentatione, symptomata hæc omnia funesta, spatio 4. hebdomadum, remedio hoc externo, & interno, additis *Rhabarb.* & *Terr. foliat. tartar.* partib. æqualib. & quidem bis Gran. 16.

Cujus usu corpus tum fiebat molle, indurationes cessabant & appetitus nimius edendi, uti & febris, variis antea frustra adhibitis. In spatio 4 dierum in ore omnia erant plane purificata, & omnes ejus partes plane consolidatæ.

13) *In aphthis* tam infantum quam adultorum, uti in *oris* affectibus & *faucium* optimo cum effectu adhibuit hocce remedium *Stark*.

Rec. *Borac.* — *Nitr. depur.* ana Drachm. 1.
Magnes alb. Drachm. 1. & dimid.
Sachar alb. Drachm. 2.

Misce D. S. Usui, quavis hora cochlear parvum per tempus quoddam sumendum, (vide plura articulum *Angina* No 5.)

14) Ad *Aphthas Mel rosatum* cum *Borace*, & in graviori ejus statu *Spiritus sal. culinar.* non parum profuit D. *Diel*.

15) *Gargarisma* ad *aphthas* communicat Pharmac. pauper *Hamburgensis* hocce modo parandi.

Rec. *Succi Terræ catechu* Drachm. 3. coque in *Aquæ calcis* vivæ Unc. 12. colatur Unc. 10. adde

Sa-

Sachar. canar. Scrupul 1.
Mellis despumat. l. rosati Unc. 2.
Misce, dosis cochleatim.

16) In Infantum uti & adultorum *aphthis*, cum *inflammatione* quoque juncta, contulit jam proficuo modo *Borac.* pars 1. cum *Melle rosac.* l. simplic. part. 4. uti in *oris* affectibus variis & *gingivarum* venereis-scorbuticis, in lingua exarida excoriata plane, ejus fissuris, in oris erosione, in salivatione nimia a partibus læsis, *Borac.* nempe pars 1. cum *Mell. simplic.* l. *rosac.* partib. 4. *Fuchs. Stark.*

17) *Vitrioli albi usum* perse, vel *Melle* commixti valde proficuum deprehendit in *aphthis*, *borace* quoque antea frustra adhibito, *Selle.*

APUM PUNCTURA.

1) *Succus lacteus Papaver. albi* recent: ope acus emissi, loco, a punctura apis affecto, applicatus, dolorem penetrantem subito tollit, tumorem alias leviter evenientem plane avertit, uti & alias facile evenientia symptomata. (vid. Samlung auserlesen. Warnemung aus der Medicin.)

2) Pulvis *Ciner.* a fumo *Tabaci* subito dolores mitigat, extracto prius accurate aculeo apis.

3) Uti & lavamentum *Urinæ* adhuc calidæ emissæ, vel.

4) uti *Humus* recens frigidus, l. *Spiritus vini*, quo locus punctura læsus fricatur.

5) *Mel.* loco dolenti illinitus subito vim lenientem exserit.

6) *Alcali volatile*, s. *Spiritum sal. ammoniac.* commendat *le Sage.*



7) vel *Oleum ceræ* l. *Oleum tartari* per deliquium, l. *fricationem* loci læsi *Cepa* recenti disscissa.

8) *Aqua vegeto-mineral. Goulard.* semper quoque idem efficit.

ARTHRITIS.

1) Rec. Liquor. *Corn. cerv.* succin.
Anodin. Min. Hofm. ana quant. plac.
Misce cap. gutt. 20. Est liquor *arthriticus Elleri*, qua adiuvans addi potest *Oleum Cajeput.*

2) *Balsamus arthriticus* rubicundus *Fulleri* caute adhibendus ita paratur.
Rec. *Olei olivar.* Unc. 8.
Olei vitriol. rectificat. Unc. 2.
Misce in vase vitreo.

3) Rec. *Fuligin. splendent.*
Sachari ana Drachm. $\frac{1}{2}$
Camphor. Gran. 4-6.
Misce fiat pulvis dividendus in 3. partes æquales.
Dosis omni bihorio pulvis. *Mellin.*

4) Rec. *Sapon. venet.*
Gumm. Guajac. ana Drachm. 2.
Extr. Fumar. Drachm. 1. & $\frac{1}{2}$
Aconit. Drachm. $\frac{1}{2}$
Misce fiant lege artis pilul. ponder. Gran. 2.
Dosis 10-15. pilul. bis in die *Ph. Paup. Prag.*

5) Pulvis *arthriticus Ph. Paup. Prag.*
Rec. *Sachar* alb. scrupul. 2.
Extr. *Aconiti* Gran. 2.
Misce fiat pulvis

6) *Membris* & partibus *arthritide* affectis tumidis & vehementer *dolentibus*, sacculo inclusæ &

& leniter calefactæ ſopientes hæ ſpecies impoſitæ, dolorem acerbiſſimum cito & tuto ſopierunt *Voglero.*

Rec. *Semin. Cannabis.* Unc. 2.
Flor. *Chamomill.* — *Sambuc.* ana Unc. $\frac{1}{2}$
Minutim conciſa contuſa miſceantur.

7) Infuſum *Trifolii fibrini* profuit ſæpe eximie in *arthritide*, uti *Syrupus Rhamni cathartici.* *Bergio.*

8) *Extractum* ſtipitum *Solani dulcamaræ* in *arthritide* a Gran. 5-10. bis l. ſæpius de die commendat quoque. *Bergius.*

9) Sæpius bonum vidit effectum in *arthritide* ab uſu *Ligni Quaſſiæ* in decoct. *Bergius.*

10) Qua eximium *diluens - detergeus - ſaponaceum* in ptiſanis - in *arthritide - cura mercuriali* proficuis, radicem *Saponariæ officinalis* præcipue commendat *Bergius.*

11) In *arthritide vaga* & *innodoſa* manuum eximie profuit *Solutio reſinæ Guajaci* in *Spiritu Nitri* ſaturata bis-terve in die a Guttis 20-30. cum. *Decocto* raſur. Ligni *Guajaci*, hoc modo parati

Rec. Raſur. *Ligui Guajaci* Drachm. 6-8.
Rad. *Enul.* Unc. dimid.
Rub. tinctor.
Bardan. ana Unc. 1.
Semin. *Anis. ſimpl.* Drachm. 3.
Miſce fiant *Species* ad *Decoctum* ſaturatum, de quibus ſumantur cochlearia 3. ad Unc. 24. *Aquæ commun.* incoquendas ad Unc. 18-20. quotidie abſolvendas.

Ad alvum apertam ſimul ſervandam profuit pulvis, e Rad. *Caryophyll* — *Magnes* ſ. ana Drachm. 1. *Tartar. vitriol.* Drachm. 2. *Semin. Anis. ſimpl.* Drachm. dimid.

Miſ-



Misce fiat pulvis, de quo bis-tres cultri cuspides sumend. *F. Reuss.*

11) *Contra arthritidem & podagram* multo cum fructu utebatur *Dux Portland* pulvere isto *Portlandico*, olim jam famoso, — amaris & peramaris constante plantis, & *John Clephane* inquisitione accurata noviter detecto, *Galeni* jam temporibus jam noto.

Rec. Rad. *Aristoloch* rotund.
Gentian.
Herb. *Chamæpiteos* — *Chamædryos*,
Centaur. minor. ana part. æqual.

Misce fiat pulvis: cujus Drachma 1. quovis mane sumenda per primum trimestre; postinde diminuenda dosis, ita ut $\frac{3}{4}$ Drachmæ per secundum propinentur, per bina vero insequentia trimestria non amplius opus erit, quam Drachma dimid. quovis mane. Exantlato sic anno uno, expediet Drachma dimidia, quovis altero die, per integrum subsequentem annum dare; qua lene & secure agens remedium, intra biennium perficit curam radicalem mente *Clephane. Bergius.*

12) *Antarthriticam* vim eximiam radicis *Armoraciæ*, (*Cochleariæ armoraciæ*,) Raphani rusticani, multoties expertus est *Bergius* hoc modo paratæ.

In frustula minuta secanda est radix, e quibus cochlear 1. majusculum sumendum est, omni mane per mensem, deglutiendum absque masticatione prægressa. Decocti summitatum fruticis *Juniperi* Unc. 6. insuper bibendi sunt. Secure agens, ventriculum vix calefaciens nisi sub fine curæ.

13) In *arthritide - hydrope - pleuritide - asthmate - phtisi pulmonali* - exiguo haud cum fructu propina-

pinarunt varii medici teste *Bergio* radicem *Senegæ*, *s. Polygala Senega*, quæ vero caute adhibenda est, ob peculiarem ejus saporem, dum febris urget, pulsusque est durus.


14) Decoctum Radic. *Bardanæ* saturatum in *arthritide* eximie laudat *Hill*, *Bergius*; ac pariter

15) *Extractum Aconiti* saturatum & recens paratum, per quoddam tempus continuatum *Stœrk*, *Collin*, *Herz*: uti *Essentiam Aconiti e Foliis siccatis Aconiti Napellus* Unc. 2. & *Spiritus vini* Unc. 12. paratam, *Kæmpf*, *Stoll* a Guttis 5-40.

15) Qui observavit quoque bono cum effectu usum *Infusi* e herba *Cardui benedicti* Unc. 1. & *Vini rhenani* Unc. 24. parati, cujus cochlearia 1-2 sumenda tempore matutino in lecto ab ægro *arthritico*, calore quadam communiter agente per totum corpus, fugaci tamen, subsequente vero sudore tranquillo. *Bergius*.

16) *Extractum* foliorum *Betulæ albæ* in *erysipelate* atque *arthritide* optimo cum effectu propinavit potius *Joh. af Darelli*, qua in re asseclas nactus est plures Medicorum Stokholmiæ. *Folia Betulæ* albæ recentia, qua evporiston contra *arthritidem* atque *rhevmatismum* ruricolæ ibidem identidem adhibent. Sternunt hisce foliis lectum, in quem se recipit infirmus, totumque corpus, præter caput bene foliis istis circumoperit, quo dein paulo post fit, ut sudor proritetur copiosissimus, difluens, donec ibi manet æger. Constat plures hacce methodo *rhevmatismis* fuisse levatos. *Bergius*.

17) *Arthritidem* jam *inveteratam* optimo cum eventu sæpius jam dispulit Decoctum *Rhododendri* alpini & sibirici. *Re*.



18) Rec. *Tinctur. Antimon.* acr. anis
Liquor. terr. fol. Tartari. ana Unc. dimid.
Misce. Dosis Guttæ 30. quater quotidie. Qua diureticum- & diaphoreticum eximie jam profuit in arthritide. *Reuss.*

19) Usus Extracti *Stipitum Solani dulcamaræ arthritidem vagam* removit multoties proficuo jam modo, observation. *Carrere* & *Stark.*

Rec. *Extract.* stipit. *Solan. dulcamar.* Drachm. 1.
Flor. Sal. ammoniac. simplic. Scrupul. 1.
Pilul. Rufii Scrupul. dimid.
Misce fiant pilul. Gran. 3. Dosis 6-8 bis l. ter in die.

20) *Liquorem arthriticum Elleri* hocce modo parandum communicat *Pharmacop. pauper. Hamburg.*

Rec. Liquor. *anod. miner. Hofman.*
Cornu cervi succinat ana Drachm. 2.
Misce. *Dosis* Guttæ 20-40. quæ communicat quoque.

21) *Pilulas arthriticas* paratas, e
Saponis hispanic.
Gummi Guajaci ana Drachm. 1. & dimid.
Extract. *Aconiti* Drachm. $\frac{1}{2}$
Misce fiant lege artis pilulæ ponder. Granor. 2. *Dosis* No 4-12.

22) *Potio antharthritica* Pharmacop. pauper *Hamburg.* paratur e
Gumm. Guajac. Unc. $\frac{1}{8}$
Sulphur. Antimon. aurat. liquid. Unc. 1.
Aquæ fontan. Unc. 8.
Syrup. cortic. aurant. Unc. 1.
Misce. *Dosis* Cochlear dimid. ad 1.

23) *Pulvis* valde ſimplex *antharthriticus Pharm. pauper Hamburg.* conſtat.
e *Sachari albi* Scrupul. 1.
Extract. *Aconiti* Gran. 2.
Miſce fiat pulvis pro doſi.


24) In *arthriticis* affectibus multo cum fructu in noſodochiis adhibuit Viennæ D. *Fauken* hæcce remedia:

1. Rec. Rad. *Chinæ* — *Bardan.*
Altheæ ana Unc. dimid.
Coque in quantit. ſuffic. *Aquæ* fontan.
Colatur Libr. 1 & dimid. add.
Syrup. Altheæ Unc. dimid.
Roob Sambuc. Unc. 1. Sumat vaſculatim.

2) vel Infuſum *Sambuci* cum *Sulphur. aurat.* antimon. ad Gran. 3. prodoſi 3-4 vices in die
vel Infuſum *Sambuci* cum Extr. *Aconit.* Gran. 10. pro doſi, 3-4 vices in die.
vel Infuſum *Sambuci cum Aceto deſtillato*, Menſur dimid. per diem e. g.
Rec. *Flor. Sambuc.* Manipul 1. & ½
Acet. deſtillat. Unc. 1.
Mell. commun. Unc. 2.
Infund. in quantit. ſuffic. Aquæ fontan. per ¾ hor. ad colatur Unc. 12. in ſpatio 2. dierum abſolvend.

3) vel Pulverem *diaphoreticum ſ. magnetiſatum ſ. arthriticum* ab eo denominatum.
Rec. pulver. *Magnes Nitri* Unc. dimid. (cujus loco *Magnes ordin.* ſubſtitui poteſt;)
Succin. alb. — *Cinnabar.* nativ.
Nitr. depur. — *Antimon. diaphoret.* ana Drachm. 1.
Cp[illegible] — [illegible]*amphor.* ana Gran. 3-4.

Miſce



Misce fiat pulvis dividend. in 8. part. æqual. D. usui. Drahm. 1. pro dosi 2 - 3 vices in die.

4) vel pulver. Fol. *Aurant.* Drachm. ½ bis dedie, cum Infus. decoct. *Tamarind.* & *Magnes vitri* semper optimo cum fructu præscribit, uti.

25) Pulver *Aconiti Napell* Scrupul 1. per diem, cum *Sachar. alb.* Scrupul 1. pro dosi *Leber.*

26) Infusum theiforme Herb. *Serpilli*, vel *Rad. Pareir. prav.* cum rad. *Liquirit.* vel Herb. *Card. bened. Gentian. Centaur minor. in arthritide vaga* eximie jam profuit, variorum practicorum observationibus.

26) Rec. Rad. *Juniper.* recent.
— *Liquirit.* ana Unc. dimid.
Herb. *Millefol. Menth. piperitid.* ana Drachm. 2.
Flor. *Sambuc. Arnic. montan.* ana Drachm. 1. & dimid.
Sal. *Sedlicens.* Unc. dimid.
Cremor. Tartar. Drachm. 2.
Sem. *Anis.* simpl. Drachm. 1.
M. D. S. Species *arthriticæ*

28) In *arthritide vaga* sæpius obstructione alvi conjuncta, profuere jam variis ægris *Magnes.* simpl. Gran. 10. cum *Tartar. emet.* Gr. dimid. ter, quater in die, quæ alvum & urinam promovere, & quanam evacuatione morbus plane solvebatur.

— Aliis magis conducebant *Tartar. emet.* Gran. 1. solut. in *Aqu. fontan.* Unc. 4 - 5. cochleatim sumendi per diem, robustioribus vero magis alvum producebat, Rad. *Jalapp.* Gran. 10. *Kerm. mineral.* Gran. dimid. ad 1. pro dosi, ter quater in die reiteranda; vel Solutio aquosa *Gummi ammoni-*

moniac. cum *Oxym. Squillit.* & Syr. *Capillor. vener.* cochleatim sumenda. *Reichart.*

29) In *arthritide vaga inveterata* commendat Pilulas hasce *Tissot*,

Rec. *Sapon. venet.* Drachm. 6.
Extr. *Taraxac.*
Gumm. *Ammoniac.* ana Drachm. dimid.
Syr. *Capillor. vener.* qu. suffic.

Misce fiant lege artis pilulæ ponder. Gran. 3. bis in die 12-15. sumend. per 12. dies, uti & *laxans* hocce,


Rec. Pulv. *Tamarindor.* Unc. 1.
Aqu. fontan. Unc. 4.
Nitr. depur. Drachm. dimid. leniter coctis add.
Mann. elect. Unc. 2. filtrat. adhibeatur cochleatim per diem.

Commendat quoque *Tissot.* largum usum.
Rad. *Bardan.* cum *Nitro depur.* coct. vasculatim sumendi, conjuncto usu
Kerm. mineral. Gran. 1.
Pulver. *Carthusior.* Gran. 1. pro dosi omni hora 2. sumend.

vel *Decoctum* paratum e
Florib. *Malv.* - *Verbasc.*
Sambuc. - *Papaver.* alb.
Chamom. ana Manipul. 1.
Sapon. raspat. Unc. 1.

Coquend. *Aqu. fervid.* Mensur. dimid. add. *Vini boni*, Vitrum 1. filtrat. vasculatim dein adhibend.

Sapon. venet. cum *Gumm. Guajac.* & *Extract. amaro* in pilular. forma sumend. melius conducit, editori harum paginarum, uti usus Decocti rad. *Enul. Pareir.* prav. conjuncta solu-



solutione saturat. *Spirit. Nitr.* dulc. cum *Gumm. Guajac.* vel *Gumm. Guajac.* Drachm. 1. solut dimid. in *Spirit. Nitr. dulc.* Unc. dimid. omni trihorio sumend. Guttas 30-40.

30) Decoctum saturatum *Ilicis aquifol.*, (*Stecheiche - Stechpalmr*, *Christdorm*, de quo Viscum aucuparium officinale desumebatur olim,) Unc. ejus 3. ad *Aquæ fontan.* Unc. 72. incoct. ad Unc. 24-36. Tria vascula coffee dicta mane & ad noctem sumta, sudorem excitant exoptatum & materiam arthriticam expellunt hacce via observat. *Trendlenburg*, *Seip* & *Werlhof.*

31) Uti *Infusum* saturatum Rad. & Cort. *Sassafras* cum Sale laxante & usu *Sapon. venet.* simul junctum: observat. van *Swieten.*

32) *Medici* quidam in *Gallia* ab usu Infusi saturati foliorum *Fraxini excelsioris*, (*Eschenblættern*,) exoptatissimum effectum *in arthritide vaga* & *locali* observasse contendunt; ab iis foliis quæ in mense Octobr. sunt collecta & in umbra siccata; cum Unc. 12-24, *Aquæ commun.* leniter nempe infunduntur folia 5. hujus fraxini, cum *Sacharo* vel *Syrup. Altheæ* dulcificat: sumat æger mane jejune aliquot vascula coffeè dicta, conjuncto motu corporis sufficienti, quo eo melior effectus per sudorem sat copiosum, successive efficientem, se manifestat.

33) In *arthritide - paralysi - rhevmatismo* commendat Pharm. *Suecica Tinctur. Colocynthid.* Gutt. 12-20. pro dosi quater in die sumend.

ASCITIS.

1) Uti in *Hepatis* affectibus, eodem modo in *Ascitide* exoptato cum successu adhibuit *Bergius* jus-

juſcula, parata e radice rec. *Taraxaci* & fol. recent. *Acetoſæ*, *in Sero lactis* coctis, l. in Aqua, addito *Vitello* ovi; quale juſculum quotidie per plures ſeptimanas, imo menſes, ſumſerunt ægroti, propinato ſimul *Cremore tartari*.

2) *Aſcitidem* multoties ſuſtulit exoptato cum eventu *Monro*, uſu decocti Herbæ recent *Digitalis purpureæ*: vide plura *Hydrops*.

ASTHMA.

1) In *aſthmate acuto Millar* ſuadet,
Rec. *Aſæ fœtid.* Drachm. 2. ſolve in
Spiritus Mindeſer. Unc. 1.
Aqu. Hyſſop. Unc. 3.
Miſce capiat æger cochlear 1 - 2 omni bihorio.

2) *Emulſio Fulleri* in *aſthmate*,
Rec. *Aſæ fœtid.* Drachm. 2. ſolve in
Aqu. Ceraſor. nigr. Unc. 6.
Miſce detur ut prius.

3) Rec. *Scillæ* pulveriſat: Drachm. dimid.
Gumm. Ammon. Drachm. 1.
Sapon. venet. Drachm. 1. & dimid.
Sachar. ſimpl. quant. ſuffic.
Miſce fiant lege artis pilul. Grj. Doſis No 20.
Mellin.

4) Rec. *Gumm. Ammon.* Drachm. 1. & dimid. ſolve in
Aquæ Meliſſ. frigid. Unc. 4.
Vini rhenani Unc. 2. cola. Doſis pro 2. hauſtibus.
Qua in quovis *aſthmate* extremum & nunquam fallens remedium commendant *Brunner*, *Fuller*.

5) Infuſum *Trifolii fibrini* profuit ſæpe in *aſthmate ſicco Bergio*.

6) In *aſthmate ſpaſmodico* radicem *Ipecacuanhæ* præſtantiſſimam comperit, eo quod curam perſolverit, *Mark Akenſide*: exhibuit vero is Grana 3-5. quovis mane, vel etiam Grana 5-10. quovis altero mane: agit hic plerumqne emeſi, movet expectorationem, & tollit morbum poſt 2-3. ſeptimanas.

7) In *aſthmate hydropico* ut in *hydrope* præſtantiſſimum diureticum & ſolvens eſt *Scilla maritima*, & ejus præparata - *Oxymel* inprimis. *Scillam ſiccatam* præfert quidem *Bergius*, recentem magis efficacem invenit van *Swieten*; — Infundend. Radic. recent. *Scillæ* Unc. dimid. in *Vini* Unc. 24. *Doſis* adulto hujus vini ſcillitici Unc. dimid. — Levem ſi efficit nauſeam, fortius movet urinam, ſæpe a Libris 6-12. Nauſeam ſi non moverit, l. etiam ſi vomitum excitaverit, minorem longe diureſin efficit hoc vinum, obſervat. van *Swieten*.

8) *Mixtura aſthmatica* Pharmacop. *Londin*.
Rec. *Gummi Ammoniac.* Drachm. 1. ſolve in
Aqu. Ceraſor. nigr. Unc. 8.
Colatur. ſumat cochlear 2-3. urgente oppreſſione.

9) In *aſthmate ſpaſmodico* & *pituitoſo* profuere eximie flores *Zinci* Gran 4-10. pro doſi cum Sacharo.

10) *Pulverem* e foliis *Marrubii albi vulgaris* omnibus remediis aliis præfert in *aſthmate humido* & *pulmonum infarctibus*, ob vim ejus eximiam humores viſcidos ſolvendi, *Lange*.

11) In *aſthmate* radicem *Senegæ*, ſ. *Polygalæ Senegæ* commendant medici quidam, caute tamen ejus uſum, ob peculiarem ejus ſaporem, dum febris urget, pulſusque eſt durus.

12)

12) *Mixtura Asthmatica Cullen.*

Rec. *Aquæ Menthæ* crispæ. Unc. 4.
Aquæ Raphani rustican.
Spiritus Mindereri ana Unc. 2.
Sachar alb. Drachm. 3.
Sal. Succin. Scrupul. 1.

Misce, sumat æger Cochlearia 2-3, in die terquaterve.

13) *Asthmaticis* respirationem tam difficilem subito & eximie sustulit *Evaporatio* s. *Halitus infusi theiformis* pectoralis-cum Guttis quibusdam *Liquor. anodin. mineral. Hofm.* commixtus, ori immissus e vasculo ordinario infusi theiformis, ope phialæ intus excavatæ; uti

Balneum tepidum ex *Aqua* communi, in qua unciæ quædam *Hepatis sulphuris* solutæ erant, asthmathicis jam respirationem sublevavit, in quibus primarum viarum vitia simul juncta erant. *Reuss.*

14) In *asthmate* pertinaci *Akerman* profuit inprimis *Gummi ammoniacum* hacce mixtione valde amœna, non tam nauseosa.

Rec. Rad. *Enul.* Unc. 1. — *Irid. vulgar.* Unc. dimid. ad tert. partem, tum
Coqu. *Aquæ fontan.* Unc. 45.

Add. *Gumm. ammoniac.* Unc. 1. solut. in *Aceti vini*, qu. suffic. coque iterum leniter Unc. 8. Sumat æger ter de die quavis vice Cochlear. 3-4.

15) Folia *Tussilaginis farfaræ* instar fumi Tabaci s. Nicotianæ adhibita, in *asthmate spasmodico* commendat *Mellin.*

16) *Asthma humidum* feliciter multoties sustulit *Monro* usu *Decocti* herbæ *Digitalis purpureæ*; vide plura *Hydrops* No 25.

17) *Asthma* a retrogressis *exanthematibus* subito, jam pluries hæcce mixtura e diaphoreticis quam plurimum composita, feliciter removit.

Rec. *Aqu. Cortic. peruv.*
— *Menth.* s. ana Unc. 2.
Acet. Squillit. Drachm. 3.
Tinctur. Fuligin. Drachm. 1. & dimid.
Antimon. Cydon. Drachm. 2.
Essent. Succin. Garm. Drachm. dimid.
Spirit. Nitr. dulc. Drachm. 1. & dimid.
Roob. Sambuc. Drachm. 2.
Antimon. diaphoret. non ablut. Scrupul. 2.

M. D. S. Quater in die Cochlear 1-2. *Reuss.*

18) In *asthmate sicco* & *humido* contulit jam eximie usus *Spirit. Sal. ammon. anisat.* — *Aqua pectorali*, *Oxym. Sqillit.* & Syr. de *Erysim. Lobel. commixt.* & *dilutus*; uti.

19) In *asthmate sicco Liquor. Terr. fol. Tartar.* Unc. dimid. cum Extract. *Card. bened.* Drachm. 2 & *Aqu. Meliss.* sin. vin. Unc. 2. ad cochlear 1-2. omni trihorio sumend. uti *Gumm. ammoniac.* —Extract. *Cascarill.* — *Succ. Liquirit.* commixt. ana Drachm. 1. Post mixtionem accuratam ex iis parandi pilul. Gran. 2. mane & ad noctem pilul. 8-10. sumendi.

20) In *affectibus asthmaticis* mane & ad noctem commendat *Aquam Phellandrii aquatici*, s. *Fœniculi aquatici*, vel per se vel cum *Pulver. Semin.* ejus ad Drachm. 1. & Aqua *Menth. crisp.* commixt. *Lange.*

21) *Asthma convulsivum* a materia rhevmatica l. arthritica potius ortum, removit feliciter *Solut. Gumm. Guajac.* in *Aqua commun.* ope *Gumm. arabic.* suscepta; Spirituosæ anteponenda in hisce

affe-

affectibus, conjunct. *Fontanell.* in pede, vel usu *Daphne mezerei.* *Reichart.*

BUBORES.

2) Rec. *Succi Cepar.*
Ferment. Panis ana. quant. plac.
Fiat in mortario lapideo Emplastrum, bis in die inguinibus inflammatis applicandum. *Mellin.*

1) in *Bubonibus malignis cancrosis inguinalibus* militibus quibusdam optimum edidit effectum usus *Succi* 6. recentior. malorum *Citri*, per triduum in copia. adhibiti, aliis remediis incassum antea adhibitis, in anglia *Fordyce.*

CACHEXIA cum ASTHMATE HUMIDO.

Femina 69. annorum, venæ sectione consueta plane omissa, ante 6. annos a *Cachexia* usu *Tincturæ Antimonii acris* liberata, afficiebatur tum inopinato in autumno *Asthmate humido*, cum appetitu prostrato & plenaria subsequente corporis emaciatione.

Affectibus hisce subsequebatur dein iterum in mense Januar. *Cachexia* cum tumore faciei, œdemate pedum, ac abdominis, cum virium prostratione haud exigua, Medicus B... in *Baldinger* neuen Magazin für Aerzte 10 Band. 1 Stük. non ultra se manifestans, ad *Tincturam Antimonii acrem*, antea tanto cum usu in cachexia adhibitam, refugium suum iterum sumsit optimo cum effectu, mane & ad vesperam, quavis vice ejus cochlearia 2. coffeé, cum multa aqua frigida, & per diem aliquoties *Electuarii* hujus cochlear 1. coffeé, — paratum ex *Extract. Croci* Gran 10. — Tartari Tartarisati, — *Fol. Sennæ* ana Drachm. 3. —

Flor. *Sulphur.* — *Zinziber* ana Drachm. dimid. & *Mell. Crud.* Unc. 4. — Cujus uſu alvus ſubſequebatur aliquoties levior, & die 4to tumor faciei & pedum minor.

Die 7mo ſumſit ægra potiunculam e *Manna* laxantem, e foliis *Sennæ*, - *Manna*- *Tamarind.* cum *Tartar.tarturiſat.* commixt. — Remanente tamen tuſſi humida, plane tamen evanuit tumor faciei & pedum, perparum tantum remanente circa plantam pedum; remedia omnia continuabantur per quoddam tempus, & uſus eximius *Tincturæ Antimonii acris* in *cachexia* ſeſe iterum manifeſtabat, ad haud exiguum ægræ & medici ſolamen.

CALCULUS.

1) *Calculoſis* mirifice proficiens — ſapor autem nauſeoſus iis diſplicens — commendat *Biker.*

Rec. *Sapon. venet.* Unc. dimid. ſolve in
Aqu. Fumar. (l. *Petroſelin.* melius,) Unc. 12.
Add. *Tinctur. Rhabarb.* aquoſ. Unc. 1.
Syr. Fumar. Unc. dimid.

Miſce capiat cochleat. omni trihorio.

2) Qua *diureticum* ad *calculoſos* affectus ab anglis commendatur.

Rec. *Teſtar. Ovor.* calcinat. Scrupul. 2. — ad Drachm. 2. & dimid.

Miſce fiat pulvis. Doſis ter de die.

3) Rec. *Mannæ* Unc. 2. & dimid. ſolve in
Seri lact. Unc. 24.

Miſce fiat hauſtus ſæpius ſumendus *Sydenham.*

4) Rec. *Sapon. venet.* Unc. 2. coqu. in
Aqu. fontan. quant. ſuffic. Colatur Unc. 24.
edulc.

edulc. cum quant. suffic. *Sachar.*
l. *Mellis. Mellin.*

5) Rec. Tinctur. *Rhabarb.* Unc. 1.
Liquor. *Terr. fol. Tartar.* Unc. dimid.
Misce.

Dosis Guttæ 40-60. *Heister. Mellin,*
vel suadent *Liquor. Terr. foliat. Tartar.*
Unc. 1.
Laud. liquid. Sydenham. Drachm. 1. & dimid.
Dosis in *Aqua* communi una vice guttæ 50-60. omni 3. *duo* repetenda est hæc dosis.

6) Septuagenarius senex per integros 10. annos quotidie contra *calculum* (renum & vesicæ,) sumsit magno cum levamine, *Saponem venetum,* ciborum simul manente appetitu, per totum hoc tempus macilentus non factus, quin potius pinguescuit, hilaris erat semper & vegetus.
Rec. *Saponis Veneti* s. *medicati*, Unc. dimid.
cum Amaris maritati remediis,
Aquæ calcis Unc. 24. addito pauxillo *Lactis.*
Bergius.

7) *Cremore Tartari* & jusculo e *Taraxaco* plures curavit a *calculo felleo* & *duritie hepatis*, *Bergius.*

8) In mitigandis symptomatibus *calculosis*, & *ulceribus viarum urinariarum*, uti & in pellendo *sabulo*, *calculisque renalibus* minoribus, illosque abire faciendo cum facilitate, Infusum *herbæ Uvæ ursi* valde profuit de *Haen* & *Girardi.*

8) In *Calculo felleo* uti & in *Volvulo*, ubi vomituritiones frequentes cum singultibus urgent, & ubi alia purgantia valida communiter fallunt ob vomitus insequentes, insigni cum emolumento *Oleum Ricini communis* dedit *Bergius.*

Spasmi nempe sunt relaxati, alvus soluta, vomituritiones mitigatæ, singultus suspensi, & non so-



ſolum levamen, ſed & cura plenaria inſecuta: Interdum *Olei* cochlear 1. haurire coactus fuit æger quovis bihorio, antequam effectum præſtitit hocce pharmacon, quibus oleum non arriſit, illud cum mucilagine *Gummi arabici* l. *Vitelli ovi* in emulſionem redigi poteſt.

9) in *Calculo veſicæ urinariæ* profuit eximie *Aër fixus* teſte *Hulme*, *Harriſon*.

10) *Liquorem Terræ foliatæ Tartari* eximie jam laudavit *Heiſter*.

11) Rec. *Liquoris terræ foliatæ Tartari* Unc. 1.
Laudan. liquid. Sydenham. Drachm. 1. & ½
Miſce. dentur guttæ 50-60. in Aqua commun. aliquoties in die repetendas ſuadet *Mellin*.

12) *Succus* herbæ recentis *Hyperici perforati*, (a quibusdam in nocte St. Johannis, hora 12 cultro aureo l. ducati nummo diſſecti, ex ſuperſtitione,) cum *Sacharo* calculoſis expulit multum Sabuli & calculorum, obſervat. *Robert*.

13) *Hulme* in anglia ægrotum ſubito liberavit a *calculoſo* ejus ſtatu, a multis *calculis*, per ſpatium 3. hebdomadum, uſu quotidiano, & quidem in die ter quavis vice *Sal. lixivioſi* Gran. XV. in *Aquæ commun.* Unc. 4. ſuperbibend. ſubito Unc. 4 *Aqu. commun.* additis iis prius Gutt. 14. *Spiritus vitrioli tenuis*.

14) Ad *calculum & urinæ ſabulum* commendat uſum Decocti ſaturati herbæ *Parietariæ recent.* ſucculent. uti & turionum ejus, cum herba *Lamii* albi & *Semin. Lini*, turionum *Ulmi*, in copia ſat larga quotidie aſſumendi, *Reichard*.

15) Optimo cum effectu adhibuit *Hulme* in ægrorum variis affectibus *calculoſis*, juncto ſimul ſedimento multo mucuſo, iſchuria & dyſuria, alvi obſtructione pertinaci, ortis exinde doloribus nimiis,

miis, ab exclamatione perpetua ſiccæ accedentes fauces, variis antea fruſtra adhibitis, uſum *Acidi aërei* ſumſit nempe æger quater de die Gran. XV. *Sal. Tartari* in Unc. 4. *Aquæ* puræ ſolutis, quibus ſubito ſuperbibendæ erant Unc. 4. *Aquæ puræ*, hiſce antea ſemper inſtillatis Guttæ 20. *Spiritus vitrioli* debilis. Fermentatio hæc lenis aërea in ventriculo optime hujuſmodi ægro conveniebat, multum enim ſedimenti calculoſi mucoſi, albi, & interdum cretacei excernebatur, in tanta copia, ut in ſpatio 4. hebdomadum lapilli 180. abierint, obſervata ſimul diæta convenienti leni, potiſſimum e hordeo parata, & potu ordinario ex *Aqua* communi cum *Aqua juniperi* commixta. Simulac ab uſu continuo hujus remedii nimis forti dolores urentes in regione veſicæ urinariæ, & uretræ ab ægroto obſervabantur, ſubito tum abſtinere debebat iſte ab ejus uſu per quoddam tempus, & tum iterum continuare, iis plane ceſſantibus.

Alio juveni 26. annorum eundem eximium uſum ſubitaneum præſtitit uſus hujus remedii, qui *dyſuria* & *iſchuria* cum febricula & tuſſi afficiebatur ac vehementi lumborum dolore, urinam mingebat valde rubram, ſimul vero appetitus ejus erat plane proſtratus, hinc per triduum & quidem quater de die præſcribebantur Granor. XV. *Sal Tartari* in *Aquæ puræ* Unc. 3. ſolut. & tot Aquæ commun. inſtillatæ eæ prius Guttis 15-20. *Spiritus vitrioli*, l. ad ſaturationem aquæ plenariam requiſitis, cujus uſu omnia auferebantur ſymptomata hæc præternaturalia; urinæ excretio ſuccedebat larga & liberior cum permulto ſabulo rubro, imminutis ſimul ſubito doloribus lumborum, & in renali regione.

 Hoc



Hoc modo, & in istiusmodi affectibus, ubi humorum nulla adest depravatio, nullus status scorbuticus l. venereus remedii hujus usum eximie deprehendit; Si *Sal Tartari* purum & genuinum recenter calcinatum & siccum adhibitum est ad huncce scopum, uti acidum vitrioli genuinum, quod purum & destillatum debet esse.

16) *Dolores nephriticos* & a calculis renum ac vesicæ ortos Infusum herbæ *Uvæ ursi* saturatum cum *Nitro* depurato egregie sæpius mitigavit, uti *Emulsio* saturata e semine *Cannabis - Lini - & Papaver. erratici*; vel uti usus *Allii Schœnoprasi*, (*Schnitlauch*,) in jusculo carnis, vel cum butyro ad modum olerum paratum, instar oleris e radice *Scorzoneræ*. *Reuss*.

17) Chirurgo cuidam, enormibus vexato *doloribus lumborum*, a *renum calculo* ortis, quotidie per quoddam tempus, omni mane & advesperam usus *panis*, *melle* illiniti eximie profuit.

uti *Mellin* observat. Decoctum saturatum Herbæ *Malvæ*,
cum *Syrupo Violarum* edulcoratum;
vel uti *Oetinger*. observat.
Oleum Amygdalarum dulc. Drachm. 2. ad Unc. dimid.
cum *Syrup. Altheæ* Unc. dimid. - 1. pro haustu, & ad noctem *pilul*. de *Cynoglosso* Gr. 3 - 6.
& *externe Emplastr. Saponat. Barbett.*

18) Decoctum saturatum radic. *Bardanæ* non qua *diureticum*, sed qua *lithontripticum* egregium remedium, & sabuli multum cum urina expellens sese præstitit variorum observat in Act. Natur. Curios.

19) In affectibus *Calculosis* & *renum* profuerunt quam maxime *Epithemata* calida e *placentis Lini* parata, & *Spiritus vitrioli* aqua edulcoratus.

20) Nobilis quidam vir utebatur in copia sat larga potu vulgari, sic dicto, *Limonade*, per 5. hebdomadum spatium, quo multum muci & sabulosæ substantiæ per urinam expellebantur, & post spatium 5. hebdomadum denique sine ullo dolore calculus denique quoque insignis, quo dein omnes dolores nephritici plane cessabant & æger restituebatur plenarie.

CANCER.

1) *Ulcera cancrosa*, optime sustulit Cataplasmatum ope e radice recenti *Dauci vulgaris*, quotidie renovatum, & quavis vice vulnus probe simul eluendo Decocto *Cicutæ* recent. *Sulzer*.

2) In *Carie* & *ex foliatione ossium*, *Asæ fœtid.* Gran. 3. interne sæpius, l. in pilul. exhibitam suadet *Mellin*.


Rec. *Asæ fœtid.* Drachm. 1 & ½
Camphor. Drachm. dimid. cont. simul adde
Castor. russic. Drachm. 1 & cum dimid.
Olei destillat. Corn. cerv. Gutt. 24.

Misce fiant pilul. Gran. 2. ter quater dedie. Hæc sunt *Pilulæ* sic dictæ *fœtidæ* *Edinburg*.

3) Rec. *Roob Dauci* Unc. 12.
Pulver Herbæ *Cicutæ*
Cortic. *Peruv.* ana Unc. 1.
Extr. *Saturn.*
Laud. liquid. Sydenham ana Drachm. 2.

Misce fiat cataplasma ad *Cancrum Pharm. pauper. Prag.*

4) Usum *Belladonnæ* herbæ in pulverem, vel *suc-*

cum baccarum *Atropæ belladonæ* commendat in *Cancro* G. Timmermann.

5) Succus radicis *Dauci* ſativi ſ. *Carotæ* recentis eximios jam edidit effectus, uti cum radice *Dauci Carotæ* & herba *Conii* maculati conjunctam, in *Cataplaſmatis* formam redactum multo validius jam operavit in *cancro ſcrophuloſo*, *ulcuſque cancroſum* fere ſanavit, quum unum ſine altero, levamen haud exiguum alias perfecerit, & in quavis cataplaſmatis commutatione. *Calcarea* quaſi *materia* eo obducta ſemper apparebat. Sic ad *Cancrum penis* vero conjunctim adhibita curabit melius, quam unius ope ſine altero. Obſervat Arth. Nicolſon.

6) In *Cancro ſcrophuloſo* — in *ulceribus ſordidis* & *ſiphiliticis Conium maculatum*, ejus herbæ infuſum l. extractum in pilulis, multum boni efficit, ſæpe quoque curam perſolvit. *Stærk* & *Bergii* obſervat.

7) In *ulceribus cancroſis* uſum *Belladonnæ* valde efficacem deprehendit *Ziegler*.

8) In *cancro* jam *aperto Aqua* hæc *vulneraria phagadænica* eximiam efficaciam jam exſeruit,

Rec. *Herbæ Cicut.* Unc. dimid.
Coque *Aqu. Calc. viv.* Unc. 10.
Colatur Unc. 8. add. *Mercur. ſublim. corroſ.* Gran. 6.

Miſce uſui, qua Aqua vulneraria.

Ad *carnem luxuriantem* confert præcipue Solut. *vitriol. ferri* & *Arſenici* & *Sal. tartar.* — Conjuncto ſimul uſu remedii hujuſce interni.

Rec. *Phellandrii aquatic.* Unc. 1.
Herb. Cicut. Scrupul 2.
Sulphur. aurat. antimon. Scrupul 1.

Rad.

Rad. *Jalapp.* Drachm. 1. & ½
Sem. *Anis* s. Drachm. 1.
Misce fiat pulvis, Detur usui, omni mane jejune & ter per diem, quavis vice 3. cuspid. cultri. *Reuss.*

9) Henny *Fearon*, in Anglia, commendat, *vulnus cancrosum* nullo modo dilatandum esse, sed quam celerrime claudendum, cum omni cutis consolidatione; — Quibus operatio in cancrosa mamma suscipi nequit, iis commendat usum internum herbæ *Cicutæ* & *opii*, & externe *pulpam* e farina *seminis Lini*, succo radic. *Dauci Carotæ* & *Cicutæ* anteponendam; quo remedio externo sanatio plenaria vulneris subito optimo cum effectu subsequuta est.

10) In *cancro faciei* eximie profuit *Oleum olivarum* in quo *bufo*, qua vivens decoquebatur. D. *Johnston* observat in anglia.

11) *Cataplasma* ad *cancrum* commendat *Pharmacop.* pauperum *Hamburgensis*, paratum e
Roob Dauci Unc. 12.
Pulver. Herb. *Cicutæ*,
Cortic. peruv. ana Unc. 1.
Extract. *Saturni* Goulard.
Laudan. liquid. Sydenh. ana Drachm. 2. Misce.

13) Theophrasti *Paracelsi* remedium *anticancrosum*, a. D. *Braun.* noviter detectum & correctum, magno cum fructu adhibitum constat e *Spermate ranarum* 20. Libris cum Libr. 1. optimi Olei olivarum mixtis, in vase vitreo bene clausis & conservatis, cum fermento panis recente, quo modo imponendum est furno pistoris, cum pane alias consueto, & per 12. dein horas in eo reliquendum est hocce vasculum, quo dein in lagena,

na, probe clauſa, in cellam eſt ponenda & ibi aſſervanda, e quo dein leviter Unguentum eximium anticancroſum poteſt parari, ſat forti prius prægreſſa & diuturna conquaſſatione lagenæ in eo aſſervatæ, quo dein ter, quaterve in die calefacto prius leniter, illini poſſunt pennæ ope glandulæ induratæ, & dolentes loci cancroſi aperti, & lintei ope bene tum claudi.

Unguentum hocce leniter emolliens, eximie purificans, dolores ſedans deprehendit D. *Braun*, prægreſſa vero *venæ ſectione* ſufficienti, & cura *vernali* e decocto Ligni *Guajaci*, *Juniperi*, & conjuncto uſu *pilular. mercurialium*, omni triduo, ad ſalivationem nimiam non excitandam omiſſis ſimul omnibus nimis calidis, & exſiccantibus mediis, & corrodentibus, alias conſuetis. Theophr. Paracelſi quoque obſervationibus.

13) In ſpatio 4. hebdomadum *ulcera cancroſa* ſæpius plane ſuſtulit *Alcali volatil. fluor.* ope in Gallia *Martinet*.

14) In *mamma cancroſa* quum ſectio chirurgica ſuſcipi jam deberet, matronæ nobili imperatoris cujuſdam in Germania, remedium hocce applicatum, optimum ſubito anodynum & ſanantem effectum præſtitit, milite quodam vulgari iſtud eæ ſuadente, qui remedium hocce in bello bohemico a muliercula græca quadam mammæ ruſticæ optimo cum effectu applicare vidit, recentem nempe *Acungiam* adhuc *viridem*, cui bis in die *ſemen* recens contuſum *Urticæ vulgaris* inſpergeretur, quo in ſpatio 24. horarum diſcuſſio exoptata ulceris cancroſi ſuccedebat, & doloris imminutio. *Amman*.

15)

15) *Gruelman* in *cancro* aperto *Extractum Cicutæ* recens cum *Cortic. peruvian* extr. junctum, & *fonticulos* in brachio valde efficaces vidit; uti in *ſcrophulis* extract. *Cicutæ* cum roborantibus conjuncto ſimul uſu interno *Sulphur antimon: aurat.* & *Mercur. dulc.*

16) In ſtatu *Cancroſo mammæ* & *parotidum* infuſum *Cortic. Salicis albi* cum flor. *Chamomillæ* & *Meliloti* externe applicatum optimo profuit modo, obſervat. *Middelburg.*

17) Gentes *Sclavonicæ* in Poſeganien, ad Eſprit de Ieourneaux inungunt locum affectum *cancroſum*, omni mane & ad noctem cum *Felle bovino*, & inſpergunt tum quavis vice pulverem ad cinerem combuſti *Erinacei* & *Talpæ*, (alcalinum calcareum remedium,) & tum folium circumvolvunt: in graviori ſtatu applicant Infuſum herbæ *Beccabungæ*, cujus vaporibus quoque diu exponunt locum affectum, & tum iſto emungunt, lavant, imponunt tum emplaſtrum, ex adipe vetuſta, ſevo, parum ceræ flavæ, terebinthin. & thure paratum.

18) In *Cancroſis* affectibus, ſubitaneum & exoptatum auxilium præſtitit multoties *Martinet*, (qui ſpecialem humorum diſpoſitionem in cancroſo ſtatu ſupponit,) *uſus Spiritus ſalis ammoniac.* volatil, cochlear ejus 1. magnum, cum menſura dimidia *Aquæ commun.* diluta, in qua plumaceoli eo madefacti mammæ univerſæ, bis in die imponebantur, quo tumor ejus molleſcebat calor urens ſeſe imminuebat, uti & dolores, ita ut in ægra in ſpatio 14. dierum tumor evaneſceret plenarie, vulnus denique plane ſe claudens, ac omnia in priſtinum redirent ſtatum ſanum.

Alia



Aliæ ægræ *Ulcus* ejus *cancrosum Aqua alcalina* eluebatur sæpius in die optimo, cum fructu tum plumaceoli applicabantur madefacti aqua communi, in cujus mensura dimidia Unc. 1. *Sal. volatil. alcalini.* s. *Spirit. sal. ammoniac.* alcalin. cum calce viva parat. soluta & intime mixta erant.

Tumor mammæ cancrosæ alterius ægrotæ, jam nigrescentis & plenarie inflammatæ tollebatur tam externo quam præcipue usu interno, *Sal. volatil. alcalini* aqua commun. dilut. aliquoties in die ejus Guttæ 5 - 6. qua roborans sumtæ, quo dein plenarie subito status iste cancrosus auferebatur.

Martinet observavit sæpius *Sal. alcalinum volatile* sanare radicaliter totum statum ulcerosum mammæ cancrosæ, dolores imminuere, involvendo simul omne acre - rodens - urens in humoribus istis mammæ depravatis; sanando adhuc partes sentientes carni luxurianti antisepticum esse egregium; destruere qualitatem humorum arrodentem, parti ægrotæ jam destructæ affluentium, impedit ne venenum latens partibus vicinis communicetur. — Alcali volatile determinat cancrum ad ulcus apertum, quo natura medicatrix noxios purificat humores, unicam simplicem aperturam producit valde proficuam, omnes fonticulos superantem.

Martinet utitur *Sale volatile alcalino* in *cancro*,

1) *Interne*, guttæ nempe 4 - 5. in Unc. 3 - 4. *Aquæ commun.* recent. dilut.

2) Externe applicat istud immediate integumentis, s. cuti, *cancrum* obtegenti *occultum*, tamdiu cutis adhuc est clausa, quo discutit in initio humores nimis crassos - tenaces, in exigua copia ad locum penetrando affectum. Si immediate quoque cancro ulcerascenti applicari potest

est, optimo tum effectu humoribus istis depravatis cancrosis in eo latentibus, exhibet purificans, vulnerarium, consolidans remedium in istis affectibus cancrosis.

17) Antiquorum practicorum observationes suis quoque confirmatas vidit Moguntini *Hofman*, infusum nempe saturatum *foliorum* recentium *Sabinæ* arboris, pauco *Spiritu vini* corrobaratum, qua epithema calidum linteaminum ope applicatum cruri carioso, a vulnere per ictum orto, (*Schußwunde*,) omni vespera & matutino tempore magis profuere & efficacius, quam varia antea balnea frustra adhibita, qua egregium antisepticum, conjunctis simul balneis pedum subcalidis tepidis, saturatis vi foliorum *Sabinæ* arboris.


19) *Le Febure* usum & interne & externe *Arsenici* in *cancro* tam aperto quam occulto, valde eximium deprehendit, hocce inprimis modo.

Rec. *Arsenici albi*, nitentis, Gran. 4. solutis in Libris, 2. *Aquæ destillatæ*, de quo sumat æger quotidie cochlear 1. cum cochleari 1. *Lactis* & Drachm. dimid. *Syrup. papaver* omni mane jejune, elapsa dein hora 1. post hujus usum jentaculum dein assumendi ei licitum est.

Secunda vice eadem dosis ad vesperam hora octava potest assumi, & ita per 8. dies, quotidie bis continuari, post usum 14. dierum ter in die dosis eadem potest adhiberi *ad meridiem* versus, hora 1. ante prandium.

Tres hæ portiones in feminis ad plenariam restitutionem possunt continuari; in adultis vero robustis sexus masculini ad 6. cochlearia mediæ magnitudinis in die, assur-

gen-



gendo in dosi successive, omni octiduo, cum eadem *Lactis* quantitate, & Drachma dimid. *Syrupi papaver.* — Infantibus sufficiunt cochlearia 3. coffee quotidie cum Gran 12. *Syrup. papaver.* quavis vice. In secunda mensura dimid. solvuntur Gran 6. *Arsenici albi*, & in tertia. Grana 8. —

Le Febure observavit ad curam plenariam *cancri aperti* in adulto, requiri 6. sic dicta vascula Bouteillen, de hac arsenici solutione, una vice sufficiebant ei 8. In hac forma *arsenici hic* usus minime injucunde sese manifestat, efficiendo simul ad omnes excretiones, tam ad alvum quam urinam & transpirationem. — Omni octiduo confert quoque lene laxans *mannatum*, l. *rhabarbarinum* cum *Sale seignette*. Quibus hæcce forma arsenici non confert, nec perferre possunt, inprimis statim hebdomadibus, iis magis confert *Acrel* observationibus, si ab ejus usu desistant ulteriori.

Le Febure pro *potu* ordinario suadet *Serum lactis*, in cujus mensura dimid. Gran. 12. *Nitri* semper solvenda sunt: seu Decoctum radic. *Altheæ* cum *Nitro* — Sæpius quoque conferunt *Clysmata e Sero lactis*, s. e *Furfuribus* cum aqua paratis, additis simul herbis emollientibus s. e *Melle*. *Vini* usum semper noxium deprehendit.

Carnem bovinam - vitulinam - gallinaceam in parca dosi, qua optima, e carnibus deprehendit, sed semper in parca dosi, cæterum vero omnes olerum species & fructuum maturorum, oryzæ, & e

lacte

lacte paratos cibos. Cortex peruvian. & fonticuli in humoribus copiosis nimis alcalinis & cœterum depravatis, uti & usus acidulorum in fine curationis hujus cancri, ope arsenici tractati, valde exoptatum semper ediderunt effectum.

Cancrum nondum apertum semper emunxit le *Febure* solutione saturata arsenicali, parata e Gran. 8. *Arsenici*, & Mensura dimid. *Aquæ commun*, tegebat eum tunc hocce *Cataplasmate*, parato e succo *Raparum Dauci Carotæ* Libr. 1. *Cerussæ*, — *Arsenici* ana Unc. dimid. soluti in *Aceti* destillati Unc. 6. *Laudan. liquid.* Drachm. 1. & ½, & *Cicutæ* siccat. pulverisat. quant. sufficit ad massam cataplasmatis continentem leniter coquend. quæ satis crasse linteo est inungenda.

Cancrum apertum purificavit sæpius *le Febure* ab omni ichore & impuris humoribus, siccorum ope Charpie, ulcus tum cancrosum istud fomentabat solutione calida *Arsenici*, e vini rubri partibus 3. parata, quo caro luxurians semper cedit, ulceribus hisce apertis cancrosis cataplasmata & emplastra superius jam denominata imponuntur ad plenariam sanationem usque, & omnibus 12. horis commutantur novis.

In *ulceroso - cancroso uteri statu* injectiones e decocto saturato Raparum *Dauci carotæ*, herbæ *Cicutæ*, & Granor. 4. *Arsenici*, cum Gran 4-6. *Syrup. papav.*, optimum exhibuere effectum, & in jam hecticis - phtisicis, observ. le *Febure*, qui in plus quam 200. ægris virtutem tam eximiam, quin imo fere *specificam Arsenici* in *cancro* comprobatam vidit.

20) In *carie ossium* pulvis *Sabinæ* herbæ laudatur a variis, inspergendus uti ad *porros venereos* tollendos, caute tamen, qua fortem-



gravem fœtidum odorem ſpargens, non omnibus convenientem. *Bergius.*

CARBUNCULUS.

1) *Carbunculum* coloris jam nigri mitigavit ſæpius *Cerato* hoc emolliente *Bucking.*

Rec. *Cepar.* ſub ciner. aſſatar.
Ceræ flav. — *Pic.* ana Unc. 2 & ½
Sapon. venet. Unc. 6.
Semin. *Fœnugræc.* Unc. 3.
Olei *Olivar.* Unc. 1.

Miſce fiat Ceratum; in initio carbunculi epithematibus prius calidis humidis applicatis, cum remediis digeſtivis commiſcendum, & inciſuris applicandum.

Quibus remediis interne conjungendus eſt ſimul hicce pulvis.

Rec. *Cortic. peruv.* optim. Unc. 1.
Cinnamom. acut. Unc. dimid.

Miſce fiat pulvis, dividend. in 24. part. æqual. omni quadrihorio pulvis cum *Aqua* l. *vino*, ſumendus, conjunctis ſimul remediis internis reſolventibus - diluentibus, leniter diaphoreticis; potus ſimul ſufficiens aquoſus cum ſucco citri l. vino commixtus. *Emollientia* vel *ſpirituoſa* remedia alias conſueta reformidavit hic *Bucking.*

CATALAPSIS.

1) *Virgo* juvenis - plethorica, alacris - vegeta arripiebatur *catalepſi*, cum ſuccedente *mania.* Menſium fluxus in ea erat nec regularis nec ſufficiens, quo variæ hinc ortæ ſunt moleſtiæ,


tumor

tumor roſaceus faciei, & pedum; mox dein delirium in inſultum maniacum vergens eam inopinato arripiebat in nocte, qua ſana antea cubitum quum ſe petiiſſet, pulſu fere naturali, in ſtatu ejus phantaſiæ hilari, qui vero mox ſe imminuebat pedibus immiſſis in aquam tepidam, & ſinapiſmo iis applicato per paucas tantum horas.

Poſt temporis quoddam intervallum ſubito & inopinato acquirebat ea, horas 3. durantem, *ſyncopem*, ſine peculiari ſequela, in qua omnem adſtantium diſcurſum audiverat, cum omni doloris ſenſatione, nullum vero ſignum hujus ſtatus nec motu nec loquela poteratea demonſtrare.

Aliquot poſt menſium decurſum recurrebat affectus hicce multo fortius, inopinato, ſubito, poſt prandium in bibendo decidit a ſella in *ſyncopen*, uti alii credebant, erat vero *catalepſis*, e toto corporis & faciei habitu apparens; levis ſomnus & placidus, color faciei ruber erat major quam naturaliter, reſpiratio facilis & levis, omnes muſculi laxi ad quamvis ſitum voluntarium proni, ita tamen ut iſte ſitus, noviter electus pro lubitu ab adſtante perſona per quoddam tantum tempus duraret, & mox in priſtinum ſtatum laxum rediret, uti in perſonis in profundo ſomno, quibus eorum membra inopinato in novum ſitum poſſumus redigere, qualem mox mutant cum originaliter prius invito electo.

Ejus oculi erant placide clauſi, leviter aperiendi, aperti breviter vero manentes, ſubito dein a ſe ipſo cum bulbo in iis rigido, nec pupilla ſe contrahente; ſi eæ quoque admoveretur ignis candens palpebris apertis. Os erat clauſum immobile, dentes &

maxillæ tam arcte erant clausa, ut ne gutta aquæ ori posset immitti. Sensatio erat plane sublata nec a frictione, nec a punctura acus rediens, vix ante paroxysmi quandam imminutionem. In statu hocce quieto, plane non dolorifico manebat ægra per quadrihorium, novus tum apparebat corporis status fere periculosus.

Totus ægrotantis corpus magna cum vehementia erat in longitudinem porrectus, & dorsum cum collo per quoddam tempus erat incurvatum, per quasdam tantum minutas: quo dein recurrebat status hicce quietus, sine peculiari phænomeno, extra respirationem & pulsum debilem. Intervallo 8. horarum redibat animi præsentia sine facultate loquendi, cum immobilitate maxillæ inferioris & recursu animi absentiæ. Continuans & distincta animi præsentia post 18. horarum spatium redibat, cum ore aperto, quo dein ægra *Aquam emeticam* jam dudum paratam sumebat, insignem cruditatum copiam excernentem. Restitutio sanitatis indies se manifestabat & si in initio primum insultus reiterati *cataleptici* quidam recurrebant, sensim sensimque breviores, & in pauco dierum spatio plenarie evanescentes sine ullo malo eventu.

Remedia præcipue in insultu adhibita erant, *venæsectio* in pede, *vesicatoria* duo in suris, & alternatim *clysmata* irritantia antispasmodica, pro odoramento *acetum*, alia enim fortiora non secure poterant applicari, non tam eximie efficientia uti emetica. — Per menses quasdam omnia statui huic accommodata remedia adhibebantur, nulla quidem irritantia - exæstuantia, sed tem-

temperantia potius & derivantia, ſufficiens potus diluens, motus copioſus quotidianus.

Sal ammoniacum per menſes quaſdam quotidie adhibebatur, cum *pediluviis* ſubgelidis interpoſitis, & *hirudinibus* adplicatis optimo cum eventu per tempus quoddam, uſque dum vitia quædam diætæ aliquoties commiſſa anſam exhibebant ad pejorem mali reditum, ad ſtatum *maniacum*, nec ab ideis quibusdam fixis nec ab animi paſſionibus ortum, ſed quotidie mutata ſub forma, cum exceſſu & libertate quadam peculiari, intercedentibus periodis animæ cujusdam præſentiæ, ſine corporis externi l. virium jactura quadam, cum ſomni tamen abſentia, & diæta ex Aqua tantum & pane conſtante.

Tartarum emeticum quotidie ſucceſſive ad Grana 40. ſumendi ea cogebatur, antequam evacuationes quædam ſuccedebant, addita haud exigua copia ſalis medii, vel *Sal. ammoniac.* vel *Sal. mirabil. Glauber.*

Bœrhav. liquor digeſtivus cum quantitate ſufficienti *Vini antimoniati Huxhamii* commixtus efficiebat evacuationes copioſas, quibus corrigebatur animi ejus ſtatus, & repræſentationes ejus iis fiebant eo accuratiores; pulſus contractus & febrilis eo liberior.

Pro *potu ordinario* magis reſolvente præſcribebatur *Aqua aceto* diluta, & *Serum lactis Cremore tartari* paratum. Clyſmata e *Sero lactis* quotidie quoque applicabantur, conjuncto ſimul uſu quotidiano *balnei frigidi*, concuſſionem vehementem in ea producentis, inprimis quoque tum, quum caput ejus copioſe infunderetur Aqua frigida, quam

 ſem-



ſemper perhorreſcebat; quali metu mania ſucceſſive ceſſabat, & melior animi ſtatus redibat, qua optimo medio in hiſce affectibus *Celſi* & *Cullen* inprimis obſervationibus. — Circa periodum menſium regulariter in ea obviarum balnea frigida mutabantur ſemper in ſubfrigida ad dimidiam corporis regionem; *Hirudines* cruribus applicabantur, & ſuris *Sinapiſmi*, diaeta obſervata ſemper dein convenienti in cibo & potu; motu, ſomno, evacuationibus, laboribus, occupationibus, menſibus quoque regulariter & ſat copioſe obviis, liberata dein manebat hæc virgo plethorica, ad obeſitatem inclinans a ſtatu hoc præternaturali tam funeſto, per 4. menſes eo affecto. D. Berends.

2) In *adultis* incipit *catalepſis* incommoditate collum movendi, cum dolore particulari, ac ſi ægro cuneus eſſet applicatus, quale impedimentum motus ſucceſſive & inopinato ſe extendit ad maxillam uſque inferiorem, quæ tam fortiter & vehementer clauſa eſt, ut ægro nec potus nec medicina poſſit applicari. Rigiditas manuum & pedum ſæpius tam inſignis eſt, ut æger inſtar ligni poſſit attolli, continuans quidem minime, ſed intercurrentibus convulſionibus afficiuntur, cum dentium ſtridore, quo laſſitudo corporis & virium proſtratio inſignis oritur, & vehemens auxilii clamor ſuccedit, oculi nitent, ſplendent, raucedo vocis, facies eſt rubra, reſpiratio impedita, caput iis ſæpius ad levamen in altum attollendum eſt. Sitis adeſt enormis, & quovis momento cupiditas edendi, ſi nullum impedimentum adeſſet ob tam enormes ſtricturas & ſpaſmum maxillarum; ſudores, copioſi frigidi per totum corpus ſubſequntur, omnia

omnia ſymptomata in pejus ſe trahunt, & ægri moriuntur ſub vehementiſſimis convulſionibus.

Catalepſis infantum, cum *triſmo* apparet incommoditate quadam ſuctionis matris in mamma, & continuo clamore, cum rigiditate maxillæ inferioris, & impedimento ſuperiori ſe approximandi, linguæ motu moleſtiori, muſculis colli & dorſi plane rigidis, trunco retroflexo in ſemicirculum, abdomine valde elevato &c.

Remedia *antiſpaſmodica*, *narcotica* ſtupefacientia & in & externa, irritamen auferunt ſyſtemati nervoſo, apparens motibus convulſivis in omnibus partibus ad ſpaſmum mitigandum; præcipue hinc confert mixtura e *Theriaca*, *Opio* & *Camphora*, priſcis jam temporibus commendata. *Opium* cum *camphora* pedis applicatum cataleptici confert quoque eximie, quo ſpaſmi mitigantur.

Interne *Laudanum opiatum* in pilulis omni hora 6ta ad Granum 1. — & in forma fluida omni 6ta hora Guttae 16-18. *Laudani liquidi Sydenhami*; Granum 1. *Laudani opiati* in cochlear 1. vini ſolutum eximie confert quoque, pro gradu & vehementia affectus reiteranda eſt haecce doſis. *Stupefacientia* & *narcotica* media in magna doſi ſine metu poſſunt adhiberi teſte variorum practicorum, uti *Chambre* Unc. 1. *Tinctur. opii* exhibuit ſucceſſive ſine noxa.

Lind Scrupul 1. & *Hillary* Grana 16-20. *Opii* in ſpatio horarum 24. ſine ſublata ſenſatione, ſed cum niſu tantum levi ad ſomnum, valde quidem brevem.

Chamber contendit Guttas 200. *Tinctur opii* requiem horarum 3. excitaſſe.

Bontius suadet *Laudanum Quercetani* cum *Extr. Croci*, reiterato quoque usu.

Cullen a majori dosi *Opii* meliorem effectum vidit quam a minori dosi, & imminutis jam symptomatibus continuandum esse, non per os, sed per *clysma* quoque applicandum esse opium.

Externe opium applicatum confert ad trismum.

Si interne sumi nequit, in *vino* solutum *Opium* applicatum ad locum, affectum spasmo, confert eximie; opium quoque cum *theriaca*-*confectione cardiaca* commixtum.

Granum 1-2. in vino solut *Opii*, seu Guttæ 2-3. *Laudan. liquid. Sydenham.* omni 6ta hora eximie conducunt, reiteratis vicibus sumtae.

Stupefacientia media cum antispasmodicis, e. g. *Moscho*-*Camphora* in & externe conducunt, in majori semper vero copia, observat *Cullen* & aliorum.

Opiata interna, in majori dosi præcipue sumta, alvi obstructiones producunt, hinc *Clysmata* prosunt emollientia, oleosa, mucilaginosa-reiteratis vicibus sumta.

Balnea conducunt in convulsionibus, hinc in catalepsi quoque, quæ *emolliunt*, *rigiditatem tollunt*, *motus minuunt*. Quidam in America suadent balnea *frigida*, quidam calida, quidam balneum stillatitium seu conspersionem simpl. aqua frigida.

Cullen frigida suadet *balnea*, post balneum subito involvendum esse ægrum linteis, tegumentis, cubitum tum ponetur, & mox dosis *opii* porrigetur ægro, quo omnia symptomata mox imminuuntur.

Barrere commendat quotidie reiteratam conspersionem *Aqua frigida*, in infantibus quoque la-

ctan-

ctantibus, & maxillis clausis, uti Cayenne semper sit.

Externa media localia emollientia rigiditatem, spasmum removentia, conducunt hic, quod optime fit fomentationibus mucosis, & frictionibus in loco affecto ad cordis regionem, *vesica aqua calida* impleta.

Cordialia in prostratione virium prosunt, si eæ sunt excitandæ, quod e *pulsu* patet: motum cordis augent, actionem & reactionem partium solidarum & fluidarum, sudorem eo promovent, ad quæ *vinum* pertinet inconsuetis præcipue, uti & *Aqua Cinnamomi.*

Diæta; jusculis ætate profectiores, infantesvero matris lacte contenti debent esse; *vinum* quoque cochleatim confert, si per os sumi nequit aliquid nutrimenti, tum per clysmata nutritio debet fieri.

Catalepsis oritur præcipue 1) ab *indigestione*; 2) a copia *humorum depravatorum* in primis viis, hinc *emesis* confert; 3) *a vermibus*;

4) Ab exanthematibus retrocessis; ab evacuationibus cruentis, suppressis - ordinariis, venæsectione, in pulsu pleno - elevato - forti, facie rubra, *Cullen* observat.

5) A *mensibus suppressis*, 6) *hæmorrhoidibus*, per hirudines tollenda;

7) A *lacte retrocessa* lactantibus, per media diaphoretica & laxantia auferenda.

8) A *suppressis* simplicibus *excretionibus* particularibus pedum manuum, prosunt balnea localia, fomentat. unction. lavacra, frictiones siccantibus l. oleosis mediis.

 9)

9) Si *ulcera* per affluxum orta & cauteriis, l. habitualia, l. ad aliam partem corporis deductus affluxus exsiccat; 10) Si *exanthema* acutum chronicum retropulsum est tunc diaphoretica conducunt, & vesicatoria.

Despartes catalepsin a variolis tollebat *setaceo.*

11) A *suppressa transpiratione - diaphoretica* conducunt & diluentia, calore temperato, uti conducunt balnea evaporatoria.

Frictiones corporis manibus l. linteis l. sic dictis *Flanelbürsten*, & *Infusis* siccis emollient. oleosis mucosis, per quoddam tempus *Bontius* commendat eximie, oleis aromaticis simplicibus paratis.

12) A *vulnere ictu orta Catalepsis*, subito *vulnus* claudendum & exsiccandum est ad spasmum imminuendum, & pus magnum producendum l. cultro l. igne l. cauterio, leni tum digestivo suppuratio est promovenda.

8) Puer 11. annorum afficiebatur *catalepsi*, in poroxysmo caput & thorax antrorsum erat incurvatum, uti in emprostotano, brachium vero sinistrum contractum ad pectus, respectu dextri plane non incurvati, pedes vero non incurvati, in sella sedenti similes, extremitatibus plane frigidis, & in hoc situ rigidis immobilibus, oculis clausis, pulsu & respiratione vix sese manifestante, omnique conscientia plane sublata, qualia paroxysmi symptomata per 8. pluresque durabant horas.

Omnia symptomata uti in *tetano* - & *emprostotano* occurrebant, omnes naturæ vires in *asphyxia* quasi quiescere videbantur; istius generis tonica contractio fibrarum muscularium omnium corporis partium esse videbatur, quæ uon solum, qua effectus extraordinarii irritaminis nervorum considerandi sunt, sed qua vitium nervorum speciale. In

In hoc systematis nervei statu, sublata ad tempus, vi quoque sentiente & movente, frictiones membrorum frigidorum instituebantur ad pristinum caloris gradum: cognati infantis vero originem mali derivabant a terrore, confirmabatur hæc quoque opinio, dum medicus inopinato baculum mensæ imponeret omni vi, quod tantum excitavit terrorem a quo subito paroxysmus redibat omni vehementia. Signa crudidatum primarum viarum ansam exhibebant, ut ægro sal culinare in aqua solutum exhiberetur, quo alvus libera subito succedebat, conscientia redibat, & membra liberiori modo poterant moveri, clausis adhuc oculis.

Sequenti die præscribebantur *Tartari emetici* Grana 4. soluta in Unc. 2. *Aquæ commun.* quo vomitus 3. vehementes & alvi dejectiones subsequebantur. Per 11. dies continuabantur omni die dosis Gran. 1. *Tartar. emetic.* in Aquæ copia sufficienti, quæ quotidie alvum fortem exhibebant.

Pro *potu ordinario* infusum theiforme e *Melissa citrina* & herba *Botrys.* Post usum Granor. 14. *Tartar. emetic.* & imminutis paroxysmis, tum decoctum saturatum *Chinatum* cum *Liquore cornu cervi succinat.* adhibebatur, quotidie quater vasculum coffee dimid. Morbus cessabat tum spatio 3 hebdomadum, cum paralysi quadam membrorum remanente - balneis cessante. *Herzog.*

4) *Catalepsis* orta a suppressis *mensibus* sine febre, cum somno bimensi, sanabatur præcipue pediluviis & *Unguent. mercurialibus*, quotidie in sat forti dosi ad Drachm. 3. pedibus & reliquis artuum articulationibus uti in malo venereo, applicatis. Durante frictione hac mercuriali cla-

clamabat parum ægra, ſine accurata quadam loquela, quod in uſu balneorum antea nondum factum eſt.

Frictio quum mercurialis octava vice inſtitueretur, reſponſio tum fiebat affirmativa & negativa, per ja & nein, ſine voce diſtincta, ſomnus erat tum non tam profundus.

Purgans lene e *Caſſia* & *Manna* in *Sero lactis* adhibebantur, & pediluvia per horam, quo dein pedes movebat iterum levi modo ſine moleſtia, & menſtrua redibant per tres dies, poſt menſium ceſſationem adhuc bis frictiones mercuriales ſuſcipiebantur.

Mercurio lympha diſcuſſa fluidior fiebat, & impotentia membra movendi ſenſim ceſſabat, nil remanebat quam pedum debilitas, vacillatio quædam, quæ balneo tollebatur frequentiori, aqua a Bardon inſtituto: ad *Straſburger* Sammlung auſerleſener mediciniſcher Warnehmungen. II. Band.

5) *Catalepſis complicata* cum *Triſmo* curabatur veſicatoriis, venae ſectione, epithematibus diſcutientibus, remediis laxantibus & roborantibus, obſervat in Suecia D. *Hiörsberg*.

6) D. *Mudge* in anglia catalepſin, doſibus copioſis, reiteratis per longum tempus removit, Unc. dimid. nempe, bis in die, pulver. Radic. *Valerianæ*.

CONTUSIO.

1) Sacculum *Croco* impletum, *Vino albo* irroratum, *contuſionibus* imponendum ſuadet *Bergius*.

2)

2) *Sapo venetus* in *Spiritu vini campharato* solutus eximie quoque confert obſervat. *Reuſs.*

3) *Van Swieten* commendat præcipue in contuſionibus, uti & Mellin,

Sal. Ammoniac: depur. Unc. 1.
Solvendi in *Aquæ fontan* Unc. 20. cui addendæ ſunt,

Vini generoſi Unc. 5.
Aceti fort. Unc. 2. cum dimid.
Miſcendi probe uſui externo.

4) Pari modo eximie in contuſione levi ſanguinem diſcutit *Sal. culinare* in *vino*, l. *aceto*, l. *aqua communi* ſolutum, obſervat. *Plenck;* Si *Species cephalicæ* in vino coctae, ſi aliquoties, qua epithema imponuntur, eo celerior ſuccedit diſcuſſio.

CONVULSIONES.

1) In morbis *convulſivis* uti & in *intermittentibus febribus* de *Haller* & *Werlhoff.* eximio cum fructu adhibuere Guttas 20-30. *Olei animal. Dippelii* pro doſi, aliquoties in die, uti

2) In *convulſionibus*, qua egregium remedium Radicis *Valerianæ officinalis* uſum, tempore vernali collectae, & quidem ejus Drachmae 2. quotidie ſumendi, ſaepius expertus eſt *Bergius.*

3) *Convulſiones violentas* ope *Spigeliæ marilandicæ* in decocto l. pulvere, ſed cauta doſi ob vim ejus facile *narcoticam* & *ſopientem* curatas vidit *Bergius.*

4) In *Convulſionibus & Epilepſia* uſum *Daturæ Stramoni*, uti Extracti *Hioscyami* comprobarunt *Stœrck* - *Odhelius* - *Greding* - *Walbom.*



5) Pulverem foliorum *Atropæ Belladonæ* a Gran: 1-4. bis de die optimo cum effectu saepius praescripsit *Bergius* in convulsionibus; uti &

6) Pulverem e foliis siccatis *Paridis quadrifoliæ* in convulsionibus, & in *tussi convulsiva*, valde proficuum reperiit, aliquoties in die pulverem ad Grana 10-20, quo alvus leniter ducta-somnus tranquillior evasit, & symptomata successive remiserunt, observat. *Bergii.*

7) In morbis *convulsivis - Chorea St. Viti*, qua praestans *antispasmodicum* deprehendit flores *Cardamines pratensis.* s. *Nasturtii aquatici*, dosi à Granis 20-30. mane & vesperi *Backer.*

8) *Convulsiones* & *epistotonum* quoque dispulit jam eximie — subito usus *Olei animal. Dippelii* vel *Liquor. Cornu cervi* cum *Laudan. liquido Sydenh.* commixtus, & in dosi quidem sat forti adhibitus, observ. *Reuss.*

9) Pari modo eximie jam profuere *flor. Zinci.* Gran. 24. cum *Extr. Gentian.* Drachm. 1. ad massam pilularem redactis, eorum 24. de quibus 2-12. ter in die sumendas curavit optimo cum fructu in affectibus spasmodico-convulsivis. D. Bell: uti jam pluries *infantum convulsiones flores Zinci* sustulerunt meis & aliorum observationibus.

10) Pulvere valde mucilaginoso *Jaceæ tricoloris* s. *Violæ tricoloris*, cum *Sacharo* mixto, ad formam trochiscorum redacto facilius & commodius assumendo ab infantibus, in eorum *statu convulsivo* optime saepius adhibuit *Strak* & post eum varii alii medici; ob vim ejus vero leviter alvum adstrictam producentem, laxans lene saepius interponendi non incongruum est.

11) Opificis ſervus quidam, *convulſionibus* inopinato afficiebatur, cum tremore totius corporis, ſubitaneum auxilium optime praeſtitit *Cortex Peruv.* cum cortic. *Caſcarillæ.*

Rec. Cortic. *Peruv.* el. Unc. dimid.
Cortic. *Caſcarill.*
Croc. mart. aperitiv. St.
Succin. ppti. ana Drachm. 2.

Contuſis ad pulverem & diviſis in partes 22. aequales, de quibus bis terve una doſis ſumenda erat. teſtantib. Strasburger Samlungen auserleſener Abhandlung. 2. Band. p. 401. 1761. editis.

CUTIS AFFECTUS.

1) In *Scabie - varicibus - gutta roſacea*, commendat *Mellin* - caute applicandum, bis in die pro lavamento,
Mercur. ſublimat. corros. Drachm: 1.
Aqu. fontan. Unc. 6. Miſce.

2) In plurimis morbis rebellibus & chronicis- *cutis* e. gr. in *herpete - ſcorbutica diatheſi* qua valde efficax deprehendit *Razoux*, decoctum ſaturatum mundiſicans Stipitum ſiccatorum l: recentium *Solani - Dulcamaræ*, ſi ſtipitum Dulcamar. rec. Drachm. dimid. in *Aquæ* fontan: Unc. 16. coquitur ad Unc. 8. & decoctum cum *lacte* dilutum adplicetur prius teſte. *Bergio:*

3) Ad *cutis eroſiones, ulcera impura* vim eximiam - narcoticam - diuretiam - diaphoreticam herbae *Solani nigri* expertus eſt a Grano 1. hora veſpertina dato, ſenſim aſcendendo ad Grana plura; *Gataker - Bergius.*

4)

4) In cutis peculiaris affectu, *faciei* potius & parum in *abdomine*, cum exanthematibus squamosis saepius recurrentibus, sine dolore tamen & pruritu, in calore tantum sicco, pulsu naturali & alvo, per 9. menses durante, haereditate in lecto impuro orto, *vesicatorium Duncan* suasit in cruribus, & *Antimonii* pulverisati Scrupul. 1. omni mane & ad noctem, quo minime in melius mutabantur exanthemata, saepius recurrentia instar squamarum, ter in die tum cum usu adhibuit Scrupul. 1. quavis vice, ad locos exanthematibus hisce affectos, solutione aquosa *Mercurii sublimati corrosivi*, instar lavamenti, cujus Grana 2. solvebantur in Unc. 4. *Aquæ communis*, quibus addebantur semper Unc. 1. *Spiritus Lavendulæ compositi*, ad *Dispensator. Edinburg*, quo in brevi temporis spatio omnes in cute affectus successive cessabant.

Laxans aliquoties e *Sale mirabili Glauberi* in sat forti dosi ab hoc ægro cum fructu adhibebatur, qui dein plane sanescebat: teste in anglia *Duncan*.

5) Decoctum saturatum Radic. *Arctium Lappæ majoris*, uti & *Saponariæ* officin. qua lavamentum adhibitum, in cutis vitiis optime jam sæpius profuit, *Reuss.*

6) Feminæ 35. annorum affectæ inveterato *cutis statu* quodam *leproso*, *Lepræ* græcorum instar, squamis insignibus sæpius decidentibus, & in pedibus & in brachiis, sub squamis contenta cutis habebat rubedinem præternaturalem, sine peculiari exulceratione, quo dein novæ apparebant squamæ ejusdem naturæ, cum vertigine, matutino præcipue tempore, cepha-

phalalgia frequenti intercedente, mensibus irregularibus, diæta ejus erat lactea & e cibis multis salsis, fumo expositis consueto modo.

Huic suasit effectu exoptatissimo *Duncan*, *Mercur sublimat. corrosiv.* Gran. 4. in Unc. 7. *Aquæ puræ* & Unc. 1. *Spirit. Lavendulæ* composit. omni vespera ad noctem Unc. dimid. quod nullum excitavit sudorem, cujus prima dosis efficiebat in ventriculo dolorem gravativum, & laxantem dein effectum, qui in sequentibus cessabat dosibus.

Ob copiosam alvum & dolores colicos suasit *Duncan* interponendi omni mane in vitro *Aquæ commun.* Unc. 1. *Mixturæ* sequentis, constant, ex *Aquæ* commun. & *Syrup.* ana Unc. dimid. & *Acidi vitriolici* Drachm. dimid.

Quæ vomitum nullum, nauseam vero quendam efficiebat, in initio tantum, ultimo denique cessantem: hinc bis dein in hebdomade Unc. 1. & ½ sumsit *Sal. mirabil. Glauber.* in Unc. 8. *Aquæ* fervid. solut. qua lene purgans, quo dein plane malum cessabat, teste *Duncan.*

CATARACTA.

1) *Nicander* in Suevia *pulverem sternutatorium* e *Mercurio præcipitato* rubro.

Radice *Ari* & foliis *Nicotianæ* constante;

In *Cataracta*, qua optimum auxilium in hoc affectu deprehendit teste *Bergio.*

2) Quo modo in *cataracta incompleta* nondum *concreta*, si in humore aqueo aut lente cristallina impedimentum adest, quod radiis transitum neget, sicque visionem tollit substantia hæc heterogenea, adhuc fluctuans ante sui con-

 cre-



cretionem, inque membranæ consistentia coalitionem discuti, resolvi posse medicamentis, probat hicce casus, notabilis a D. *Marx* observatus.

Fœmina 55. annorum afficiebatur *cataracta*, & dein inopinato *Cæcitate plenaria*, in sinistro oculo *Gutta serena*, in quo lumen aut solis spendorem vix poterat perferre, in dextro oculo aderat obscuratio quædam, ita ut omnia ei obvenientia per fumum & nebulam occurrere viderentur, color pupillæ sinistri oculi plenarie, dextri minus glaucus, oculum inspicienti apparebat.

In primo morbi die *venæ sectio*, tum catharcticum, in tertio *vesicatorium* bis applicabatur: *Collyrium* dein ex *Aqua Chelidonii* major. cum *Spiritu Sal. ammoniac. Vitro antimon.* & *Camphora*, fumus e herbis *Euphrasiæ - Rorismarini - Majoranæ - Salviæ*, flor. *Chamomill.* fistulæ tabacar. immissis, ac accensis oculis inflabatur.

Interne pulvis e *Sulphure antimon. aurat.* tert. præcipitat. cum *Mercur.* dulc. mane & ad vesperam. Dosis pilular. ex Extract. *Centaur. minor. Cochlear. Hellebor. nigr. Fumar. Gummi. Juniper. Ammoniac. Acet. squillitic.* solutis, *Mercur. dulc.* & Extr. *panchymagog.* Croll. nec non *Infus.* e Radice *Fænicul. Valerian*, *Herbæ Melissæ - Salv - Betonic* - Flor. *Arnic.* Sem. *Fænicul.* & Cortic. *Citri.* diligenter adhibebatur.

Remediis hisce adhibitis per quoddam tempus, ægrotæ hujus feminæ visus restitutus est intra 5-6. hebdomades, omniaque ejus oculis obveni-

venientia ſpecilli ocularii ope commode & plenarie poterat perſpicere & obſervare teſtimon. D. *Marx.*

3) A metaſtaſi peculiari *febris purpuraceæ* oriebatur *Cataracta* & ſucceſſive denique *Gutta ſerena*, quæ tollebatur. feliciter per emetica fortiora, veſicator. pone aures, & tum denique ad materiam jam ſtagnatam reſolvendam pilul. e *Gumm. Amoniac. Sapon. veneto*, *Millepedibus*, & Rad. *Jalapp.* cum quantit. ſuffic. *Roob. Iuniperi*, quæ *ſucco* 60. contuſar. *Millepedum* in vaſculis 2. juſculi carnis, ſine adipe & ſale quotidie alternatim adhibebantur.


Externe Spiritum Lavendulæ & *Sal. Ammoniac.* volatilem, ana, manibus immiſſum, accurate in iis fricatum, oculis apertis admiſſum & ſupercilia ſuperiora eo inunctum, hocque tantum remedio ægrum plane reſtituebat in ſpatio 4. hebdomadum: obſervat. *Schmuker.*

Laudat iſte maximopere contra *Cataractam* uti & contra *Guttam ſerenam*, inprimis in nimis longis itineribus militum ortis, *Venæ ſectionem* & ſequenti die ſubito doſin ſat fortem *Tartari emetici.* pro ratione ſymptomatum *Laxans*, & *Spiritum* ſuperiorem externe.

In inveteratis caſibus *Venæ ſectionem* venae jugularis, *Emetica* reiteratis vicibus cum interpoſitis *Veſicatoriis*, quam maximum præſtiterunt, effectum teſtimonio *Schmuker.*

4) Ad duo momenta præcipue reſpiciendum eſſe in *Cataracta*, & eo magis quoque in *Gutta ſerena*,

1) Cauſam removendi,

2) & si facies non recurrit, nervos per irritantia congrue excitandi, cui scopo commendat pilulas e *Gumm. Galbano*, - *Sagapeno*, - *Sapon. venet.* ana Drachm. 1. Rad. *Rhabarbar.* Drachm. 1. & dimid. *Tartar. emetic.* Gran. 10. - Succ. *Liquirit* Drachm. 1. conficiend. pilul. Gran. 1. de quibus sumat æger per 6. hebdomades, bis mane & ad vesperam 15. pilulas, bis terve dosis in die sæpe, ut lenis suborietur nausea, optimo semper cum effectu.

Tartar. emetic Gran. 3. in *Aquæ commun.* Unc. 6. omni bihorio cochlear 1. æque bene profuere.

Remedia hæcce jam sustulerunt oculorum cœcitates, a variolis ortas, & altera vice jam inveterata ista mala plenarie tollebantur, in qua simul siccitas nasi plane enormis observabatur, quæ auferebatur eximio *hocce pulvere sternutatorio*, constante

e *Calcis vivæ* parte 1. cum
Sachar canariens part. 3.
Rad. *Valerian.* & *Lilior. convall.* ana part. 1.

Aethiops quoque *sacharatus* e *Mercurii* vivi part. 1. & *Sachar. canar.* part. 3. commixt. cum Rad. *Valerian.* & *Lil. convall.* part. 1. commixt. æque erant proficuæ.

Cel. *Schmuker* observavit accurate multoties, inconsuetam hancce narium siccitatem esse symptoma *consuetum ordinarium Guttæ Serenæ*; visus imminutionem cum siccitate narium, relationem semper habere quandam inter se.

Pul-

Pulvis hicce ſternutatorius Schmuker excitat vulgo vehementem muci excretionem e naribus, & ſi hæc libere & impedite ſuccedit, minuitur cœcitas, interdum non ſemper occurrit, quo tum proſunt remedia, quæ humores ad nares derivant, emolliendi ſcopo.

Varii alii quoque practici ſemper multo cum fructu uſi ſunt hoc *pulvere ſternutatorio Schmukeri*, cujus uſu effluxus e naribus tam copioſus, tam male olens, fœtidus ſucceſſit, & tam nauſeoſi aſpectus, ut ægri varii ab ejus uſu peraliquot dies abſtrahendi hujus cauſa cogerentur, quo dein ſummo cum fructu iterum adhibuere huncce pulverem, quod cataractam, æque ac incipientem guttam ſerenam & hydropem oculi fortunato ſuſtulit.

5) Succum recenter expreſſum *Millepedum* 60. (Sal continentium acre volatile-alcalinum, in minimis vaſculis ſtaſes reſolvens,) cum Unc. 1. *Vini rhenani*, omni mane per hebdomades aliquot ſumtum, cum vaſculo coffee juſculi carnis vitulini, & ſubjuncto uſu bis in die pilular. ſuperior. No 4. recenſitorum, valde proficuum quoque deprehendit in iſtis oculorum morbis *Schmuker*.

Uti *Spiritum* ejus oculo immiſſum e Spiritu *Lavendulæ-Lilior.-alborum-Roriſmarini-Sal. ammoniac.* ana Drachm. 1. & *Balſam. vitæ Hofman.* Drachm. dimid. ſcopo roborante nervino, in remanente oculorum debilitate, poſt Cataractam l. Guttam ſerenam remanentem, manibus immiſſum & ita ejus vapores oculis admiſſos, quo nec arnica nec electricitas quid efficere valebant.

Eodem tam efficaci modo *Schmukero* profuit usus *Tartari emetici*, Gran 3-4. in die, scopo discutiente, motum excitante in toto corpore, uti & in particulari hoc oculorum affectu, in cœcitate eorum orta, inprimis a metastasi peculiari in hisce partibus a materia arthritica, podagrica, variolosa, morbillorum, vel post febres petechizantes malignas orta, subjuncto usu *Succi recent. Millepedum.*

6) In *Cataracta* & *Gutta serena* a variolis malignis orta, usum pulveris sternutatorii e *Mercur. vivo, Sacharo* & *Valerian.* parat. conjuncto usu pilular. *Schmukeri* No 4. memorator. æque proficuum per hebdomades quasdam deprehendit *Richter* uti *Schmuker.*

CATARRHUS.

1) Pulvis *Catarrhalis Pharmacop. paup. Pragens.*

Rec. Flor. *Sulphur.* — *Nitri depur.*
Rad. *Liquirit.* — Sem. *Fœnicul.* ana Drachm. 2.
Misce fiat pulvis, cujus usus e titulo patet; ad 3. cultri cuspides aliquoties in die sumend.

CEPHALÆA.

1) Præclarum effectum expertus est multoties *Bergius* ex usu Radicis *Ari*, alcalinis-absorbentibus-& aromatibus maritatæ, in *Cephalæis sympaticis* pertinacissimis; quae omnes cephaleæ species alias consuetas eluserant medelas, antequam in *pulverem Ari compositum* inciderat.

Sympathia nempe ea est a primis viis, forte ab atra

atra bile profecta; dolore capitis insane vehementi cruciantur ægri, sæpe per intervalla recrudescente, absque febre, pulsu subinde nimis tardo plerumque vero naturali: Linguæ sæpius basis ipsique dentes nigrescunt, velut apud illos, qui ore tabaci fumum hauriunt.

Venæ sectiones - hirudines - scarificationes - vesicatoria - laxantia, - Aquæ minerales - in hac cephaleæ specie nil efficiunt, sed augent potius dolorem; qualem effectum quoque exserunt propinata salina: Pulvis vero hic *Ari compositus* nunquam non solatium attulit, *Bergio.*

CEPHALALGIA.

1) *Cephalalgias* sustulit *pertinaces*, sine dubio a vittio 1. viarum ortas,

Tinctura Colocynthidis Dalberg; de qua vide titulum *purgans.*

2) In *Cephalalgiis hystericis* profuit semper eximie, in anglia, medico vasculum *Coffèe*, sine lacte, sat forte cum guttis 18. *Laudani liquidi Sydenhami. Commentar. Edinburg*, uti &

3) Hæcce mixtura ad cephalalgiam pertinacem ex

Aether. Vitriol. Unc. 1.
Olei Nuc. moschat.
— *Lavendul.* ver.
— *Rorismarin.* ana Gutt. 8.

Mixtis probe, calidæ ope manus fronti applicandi. vel simpl. tant. *Aether Vitrioli.*

4) Rec. Rad. *Valerian.* Sylv. Drachm. dimid.
Cortic. peruv. Scrupul. 1.
Nitr. depur. Gran. 6 - 8.

Misce fiat pulvis pro dosi bis terve in die sumendus iu *Cephalgia* a debilitate nervorum, ad



obſervationib. medicorum quorundam in Anglia.

CLAVUS PEDUM.

1) *Clavum pedum* jam ſuſtulit eximie hocce remedium.

Rec. *Sevi cervin.* Unc. dimid.
Cer. Citrin. Terebinth venet. ana Drachma 2.
Miſce. liqueſc. ſuper. ignem, adde *Vitell. ovor.* No. 1. D. in pyxide ad uſum quotidianum, recenter ſemper imponendum.

2) *Folia* recentia leniter contuſa, atque *Aceto vini* immiſſa, *Sedi Telephii*, ſemper virentis. tum *clavis* applicata, dumque ſiccaverint renovata, multum levaminis afferunt. Qua ſub applicatione albeſcit *Clavus*, inſenſibilis fit, ſæpeque diſparet. *Bergius.*

3) *Clavo pedum* aqua calida antea emollito, *Gummi amoniacum* parum calefactum, corio applicatum, in magnitudine clavi, quavis veſpera per hebdomades quasdam applicatum, eximium jam edidit effectum, uti.

Oleum vitrioli, ope pennæ caute applicatum, mediæ tantum clavi parti, ita tamen ne nil applicetur lateraliter cuti ſanæ, dolorem alias haud exiguum excitans, bis - terve in hebdomade, quo clavus dein plane decidit, in ſpatio ſæpius octo ad decem dierum. *Reuſs.*

4) Ad *Roux* Journalde medecine, medicus quidam *Marechall clavos pedum*, & *verrucas* immiſit tantum *Aquæ calidæ* vulgari, *Sapone* ſaturato, & in ea iſtos tamdiu fricat, quotidie ali-

aliquoties, usque dum albescunt, per 8 - 14. dies.

Uti *Roux* eximie commendat Emplastrum e *Cera alba*,

Gumm. ammoniac. Unc. 2.
Aer. virid. Drachm. 6. parat.

Linteamini illinitum, dein Clavo, aqua calida prius emollito, applicatum, aliquoties repetitum.

5) *Saliva* a homine jejuno omni mane illinita clavis pedum, per 20 - 14. dies, & successive subtiliter derasa unguibus manuum, eradicat eos plenarie observat. *Reuss.*

6) *Emplastrum eradicans Plenk ad verrucas & clavos* pedum paratur e.

Ceræ flav. — *Gumm. ammoniac.* ana Unc. dimid.

Colliquatis *Ceræ flav.* & *Gumm. ammon.* ad de *Virid. Aer.* Drachm. 3.


Misce accurate illinendi linteamini l. corio, & applicandi clavo, antea aqua calida emollito.

7) D. *Rougens* remedium infallibile ad *Clavos pedum*, casibus plusquam 2000. comprobatum, constabat quoque mere e.

Ceræ flav. Unc. 2.
Gumm. ammon.
Virid Aeris. ana Drachm, 6.

Probe conquassatis, linteamini illinitis, & applicatis clavo pedum, antea probe aqua calida emollito, & excavato prius parum unguibus, teste *Reichart.*

8) Rec. *Emplastr.* de *Galban*, Croc.
— *Diachyl.* cum *gummat.*
— de *Ammoniac.* ana Drachm. 2.
Camphor Scrupul. 1.

Miſce accurate & applica clavis pedum & verrucis. *Renſs.*

COLICA.

1) In *Colica flatulenta* & a *refrigerio* orta multoties jam profuit,

Rec. *Tinctur. rhabarb.* aquos. Unc. 2. & ½
Syr. *cort. aurant.* Drachm. 3.
Spir. Sal. ammon. anis. Drachm. 1. & ½

Miſce dentur 1 - 2. cochlearia omni bi- vel trihorio. *Reuſs.*

2) In quibusdam Italiæ regionibns utuntur ruſtici foliis herbæ *Chamæpythis*, contuſis, e quibus cum vitello ovi ſibi parant epithema, abdomini applicantes in affectibus variis colicis, exoptato cum effectu, teſte *Ramazzini.*

3) Manipul. 1. turionum herbæ *Hyperici* l. virid l. ſiccator, ſi macerantur per horam in *Spiritu vini* electo, exprimuntur dein, & iſtud ægro a Guttis 30. ad 60. ſi exhibetur, tum tradit præcipuum confortans in *Colica* ex *refrigerio*;

Uti aliis *Vitellum ovi* & 3. cultri cuſpides *Sal. culinar.* accurate commixti Unc. 2 - 3.
Spirit. vin. ad dimid. aegro colica iſta laboranti exhibitae.

4) In *Colica hæmorrhoidali* Infuſum theiforme foliorum ſiccator. *Ceraſorum nigrorum* ſylveſtrium variis jam aegris, *Colica* laborantibus, magnam jam praeſtitit opem.

5) D. *Lyden* in anglia in *Colica flatulenta* & a *refrigerio orta* magno ſemper cum fructu utitur hacce mixtura.

Rec.

Rec. *Aqu.* destill. *Menth. crisp.* Unc. 10.
Spirit. Menth. crisp. Unc. dimid.
Lapid. cancror. pptor. Drachm. 2.
Laud. Liquid. Sydenh. Gutt. 40.
Olei. Sem. Menth. Gutt. 10.
Syrup. Menth. simpl. Unc. 1.
Misce accurate, de quo aeger sumat omni bihorio Cochlear. 2.


6) *Olei Ricini* genuin. recent. parat. Unc. dimid. ad 1. omni dimid.- hora sumta, & pro statu aegri ad Unc. 3-5. continuata, eximium est anodynum, & lene laxans in affectibus *colicis*. *Reufs.*

7) Archiatri quondam Würtenbergici, celebris D. *Mauchart* mixtura contra *tormina*, in *dysenteria* 1707. tam vehementer grassata praecipui erat usus, parata
e *Spirit. vini camphorat.* Unc. 10.
Extract. Croc. Drachm, dimid.
Theriac. Andromach. Unc. dimid.
Mixta accurate, omni bihorio 1-2. Cochlearia adhibita ab aegris, colica ista laborantibus.

DENTIUM AFFECTUS.

1) Ad *albedinem dentium* conservandam & gingivas commendat *Plenck*, usum *Aquæ Vitrioli*, per quoddam tempus continuandi, constantis,
Ex *Aquæ commun.* Unc. 6. &.
Vitrioli albi Gran. 9.
Cum *Syr. Rosar.* quant. suffic. dulcificandi.
Cujus usum commendat quoque in *Ulceribus oris* & *narium*.

2)

2) Rad. *Aristoloch. rotund.* ver. qua *pulvis dentifricius purificans* confert quoque eximie, observat. *Oetinger.*

3) *Spiritus Sulphuris* recens paratus, fronti, l. temporibus, & vertici capitis applicatus, lenivit jam eximie dentium dolores, eosque jam plane debellavit.

Succus quoque recens *Raphani rusticani*, linteamini involutus & temporibus impositus, pustulas leves trahendo discutit, & dolorem dentium eximie imminuit.

4) In *dentibus excavatis cariosis* egregium *antisepticum* exhibet, & dolores dentium imminuit eximio cum usu.

Gummi Mastiches, Oleo *Olivarum* & *Saliva* malaxat.
vel *Gumm. Mastiches* cum *Oleo Olivarum* & *Cera flava* malax.
& *Olei Cajeput* Gutt. 1-6.
inspersis antea, ope radii l. bacilli subtilis in excavatas l. cariosas dentes intrus. leniter; eximium semper præstitit usum in istis dentium affectibus, observat. *Brodbek*, & *Reuss.*

5) In *laxitate* nimia *gingivarum*, *eorum scorbutico statu-dentium vacillatione* de hinc orta, curandum est primario.

1) Ut os quotidie omni mane, & post prandium eluetur probe *Aqua pura communi:*

2) *gingivæ* probe succis balsamicis in statum restituentur pristinum sanum, & quidem.

Extract. Myrrhæ aquoso, probe soluto, in quantit. suffic. *Aquæ commun.* quo os & gingivæ probe fricandæ & eluendæ sunt, & sic reiteran-

randa eſt hæcce elutio oris hocce collutorio, aliquoties in die per plures ſeptimanas.

3) Sublato hocce modo ſtatu gingivarum relaxato, fibrillæ earum probe ſunt roborandæ, robur iis eſt reſtituendum priſtino collutorio, magis adſtringente-confortante,

e *Decocto ſaturato Radic. Tormentill.* conſtante, calide in os ſumto, loco prioris collutorii ex *Extracto Myrrhæ* parato, quo modo eximie priſtinum robur & ſtatum ſanum acquirunt gingivæ, creſcendo fortiter, & dentium vacillationem plane avertendo.

Si obſervatur ſimul accurate diæta, non ex acribus nimis ſalſis conſtans cibis, nec nimis duris tenacibus, quo forte dentes nimium intruderentur, & gingivarum caro adhuc mollis, & nimis adhucdum laxa nimium removeretur, & dislocaretur, uti ab acrimonia ſalſa nimis corroditur, & nimis laxum acquirit ſtatum.

Myrrha ſemper quoque conducit ſub pulveribus dentifriciis, e herba ſicca *Salviæ officin. Sale commun.* & *Pane combuſto*, parat.

DIABETES.

1) D. *Wintringhami*, Londini, in ea *externe* multo cum fructu utitur *Epithematibus* ex *Alumine* & *Aceto*, *interne* vero remediis incraſſantibus demulcentibus, acidis, parum laxantibus, cum *Cortic. peruv.* larga doſi commixtis.

D. *Brisbare* in anglia utitur præcipue *Emulſione amygdalin*, pro potu ordinario, ad ſitim & calorem nimium internum moderandum, & dolorem ardentem in ſcrobiculo cordis; cæterum qua hecticos tractat eos, *urinæ præternaturali excretione laborantes*, uſu moderato præcipue *Cortic. Peruv.*

DIARR-



DIARRHOEA.

1) *Colliquativa Diarrhœa* ſine ſpe decumbentem fœminam in vitam revocavit *Bicker*, hocce exoptato modo.

Rec. Extr. *Cort. peruv.* Unc. dimid. ſolv. in
Aqu. Cinnamom. ſine vino Unc. 6. add.
Olei Vitriol. puriſſ. Gutt. 30.
Eſſent. Cinnamom. Drachm. 2.

Miſce, dedit omni hihorio l. trihorio Cochlear 2 - 3.

2) *Decoctum album Sydenhami* juvat eximie in *profluviis alvi chronicis*, qua nutriens, demulcens-acrimoniam involvens.

Rec. *Raſur. Corn. cerv.* — *Gumm. arab.*
Mic. pan. alb. Similagin. ana Unc. 1.
Coqu. in *Aqu. fontan.* quant. ſuffic.
Colat. Unc. 24. add.
Syr. *Rub. Idæi* Unc. 2.

Miſce uſui, vaſculatim ſumendi.

3) *Diarrhœas*, mature propinata radice *Ipecacuanhæ*, ad Drachmam dimidiam doſi ita reſtricta & repetita, compluries curavit *Bergius*, uti & pari modo infantum *diarrhœas*, quæ in Suecia menſibus Julii, Aug. & Septembr. ſæpe epidemica eſſe ſolent.

4) In *dyſenteria diarrhœa* & aliis *alvi fluxibus* doloribus junctis, qua *anodynum* eximium commendat Conr. *Geſner*.

Succum baccarum *Atropæ Belladonnæ* in conſiſtentiam *Syrupi*, addito Sacharo, coctum,

De quo ſumat æger menſuram cochlearis parvi, ſingula vice.

5) In Suecia frequentis eſt uſus faba *Laurus Pichurim* in *diarrhœa*, & in *dyſenteria*, primis viis

viis prius probe purgatis, quæ mitigat tormina & alvum ſiſtit abſque damno. *Bergius.*

6) In *diarrhœis* & *dyſenteriis*, a laxitate inteſtinorum ortis, annoſis & protractis,

Infuſum herbæ tam recentis quam ſiccatæ *Salicariæ* ſ. *Lythrum Salicariæ* ſ. *Lyſimachiæ purpureæ*, commendant de *Haen*, *Blom.* & varii alii,

Qua ſtypticum mite agens, præmiſſis congruis laxantibus, uti & omni mane & ad veſperam in pulvere Drachm. 1.

7) In *diarrhœa colliquativa*, *tuſſi hectica* præcipue commendat *Infuſum* florum & herbæ *Tuſſilaginis*, *Percival.*

8) *Vogel. Rheda* & *Hofman obſervat in diarrhœis* eximiam jam præſtitit efficaciam uſus

Ceræ albæ, liquefactæ, ejus Unc. 12.
cum *Syrup. commun.* Unc. 48.
l. cum *lacte calida*, ſeorſim antea calefactæ, ad meliorem commixtionem, in vaſe jam calido, ſucceſſive in igne, ſub perpetuo motu, & quidem Cochlear 1. *non febricitantibus*, omni bihorio l. trihorio.

Febre vero *affectis* porrigebatur *Spiritu Vitrioli acidulus factus Spiritus ceratus*, qui hocce modo tormina, & irritamen omne placide ſuſtulit, ſine alias addito conſueto *Syrup. Papaver* alb.

Quibus alvus erat promovenda, iis adhibebatur uſus *Flor. Sulphuris* cum & ſine *Cremore Tartari.*

9) Melior ſolutio & commixtio *Ceræ* jam *liquefactæ*, tam proficuæ, in diarrhœis ſuccedit, commixtione.,

Gum-

Gummi arabici in *Aqua calida* ſoluti,
Fervide cum Cera prius liquefacta commixti,
Quo modo ſolutio ſuccedit plenaria inprimis, ſi partes Gummi & Ceræ ſunt æquales, (quæ admixtionem *Vitriolici acidi* perbene patiuntur,) & *Aqua frigida* eximie poterat dilui.
In *Vitello ovi* facile & plenarie quoque poterat ſolvi *Cera*,
Et *Acidum Vitrioli* commode admiſceri,
Uti & variis *Syrupis*, huic ſcopo convenientibus; quo modo ſolutio hæc eo ſuavior dein obtinetur, & qua optimum involvens acrimoniam in *diarrhæis* & *dyſenteriis* obtinetur, obſervat. *Hofman*.

10) Evacuantibus antea congruis præmiſſis, eximiam jam opem præſtitit, in diarhœa *pulvis* paratus.
E *Flor. Chamom. vulgar.*
Fœnicul. ana Drachma 1.
Semin. Rad. *Rhabarbar.* optim. Drachm.
Cremor. Tartar. Drachm. 1. dimid.
Laudan. pur. Gran. 1.
Omni bihorio, ſumtis cochlearib. ejus 2. Theè ſic dictis, obſervat. *Stark*.

11) *Diarrhæa* non lævis viri 68. annorum in ſpatio 4. dierum ſubito tollebatur, hocce modo.
Rec. Rad. *Rhabarb.* ver. Drachm. dimid.
Nitr. depur. Scrupul. 1.
Miſce fiat pulvis, mane jejune ſemper ſumebatur. &.
Eſſent. Caſcarill. ad Unc. dimid. præſcript.
Ejus Guttæ 60. ante quodvis prandium, obſervat. *Reuſs*.

12)

12) In *dysenteria*, & *diarrhœa* usum *Spiritus Salis ammoniac. volatil. caustic.* maximopere commendat *Kek*, & quidem ejus Drachmam 1. cum Unc. 4. *Aquæ commun.* omni bihorio Cochlear 1. sumend: quod levamen subitaneum exhibuit, accedente forsan acrimonia irritante: *emetica* tamen semper conjungenda erant. Qua *carminativum*, & in acrimonia primarum viarum Guttæ 15-20. hujus *Spiritus Sal. ammoniac. volatil. caustic.* eximie quoque profuere, *Kek.*

13) Qua *stomachale* remedium eximie *Diarrhœas* sistentem, & laxitati ventris, post exantlatas *dysenterias* egregie subvenientem corticem *Cascarillæ*, ejusque *Essentiam*, suadet *Bergius.*

14) *Musci Islandici.* s. *Lichenis Islandici* Decocto aquoso l. cum lacte, pertinacem *diarrhœam*, per tempus aliquod adhibitum, cohibuit; Qua *involvente-nutriente*; qua tam facilis digestionis conveniente, debili quoque stomacho languentibus, phitisique arreptis; uti Islandiæ incolæ eo utuntur, qua *alimentum* non solum salubre, sed & sapidum loco farinæ frumenti. *Bergius.*

15) In *Diarrhœis pertinacibus* chronicis valde proficuum denique deprehendit usum.

Aluminis cum *Gummi arabico*,
Vel *Opium*, additis interdum *aromatibus*;
Uti in *Diarrhœa cachectica.*
Lapid. Calaminar. a Gran. 5-20. qua adstringens;

Et *Clysmata* ex *Aceto plumbi* a Guttis 20. ad Drachm. 1. cum congrua *Aquæ* quantitate, observat: in anglia, *Adair.*

16) In *Diarrhœa* & *Dysenteria* Rad. *Salap.* s. *Orchis Morio*, in decocto, qua valde efficax se jam præstitit & involvens acrimoniam instinorum.

17) Uti *Alcali volatile fluidum* non solum in *spasmis* cum flatulentiis abdominis, sed in *diarrhœis* & *dysenteriis*.

18) In *diarrhœis chronicis* pertinacibus suadent *Vitrioli albi* usum, cum aliis commixtum remediis congruis; successive vero, *Commentar. medical* in *Edinburg.*

19) In *diarrhœis colliquativis* & in *dysenteriis* exoptatissimum jam sæpius præstitit effectum.

Vitrum Antimonii ceratum a Gran. 2.-3.
Cum *Diascord. Fracastor.* vel.
Cum *Extract. cortic. peruvian.* aquos.
Addit. *Conserva Rosar. rubrar.*

Ad bolos redactum, omni matutino & vespertino tempore unum bolum; *Reichart.*

20) Puellæ 22. annorum, per 4. menses affectæ *diarrhœa chronica - mucosa*, & denique *cruenta*, conjuncto simul *dolore continuo*, *mensibus* regularibus tamen, pulsu febrili - celeri - debili, horripilationibus intercurrentibus, ter de die sumtum profuit hocce remedium,

E *Sale Tartari* & *Oleo Vitrioli* paratum, Uti in *Calculo* & in *podagra* observat. *Hulme.*

21) Hæcce methodus eximie quoque jam multoties profuit.

Rec. Rad. *Rhabarb.* el.
Sal. Seignett. vel *Tartar.* Vitriol. ana Drachm. dimid.

Misce fiat pulvis una vice sumendus, & omni triduo reiterandus, cui interponendus est usus *Es-*

Essent. Cascarill. ad Gutt. 40. quater de die; *Reuss.*

22) In *Diarrhœa infantum* uti *senum* profuit jam pluries.

Rec. *Magnes.* simpl. Drachm. dimid.
Gumm. arabic. Drachm. 2.
Anis stellat. Drachm. dimid.
Syrup. Mastich. Drachm. 2.
— *Cydonior.* Drachm. 3.
Misce detur omni hora Cochlear. 1-2.

Qua *mucilaginosum-involvens* confert quoque *Sem. Psyllii* mucilago, uti qua *nutriens* simul *Emulsio amygdalina.*

23) In *Diarrhœa chronica pertinaci*, a dysenteria epidemica remanente, omnibus antea incassum adhibitis remediis efficacibus, tam *Simaruba*, quam *Quassia*, *Cortic. peruv. Cascarilla*, *Martialibus* & *Aqua Calcis*, præcipuum præstitit auxilium massa hæc pilularis.

Rec. Extract. *Gentian. rubr.* Scrupul. 4.
Gumm. ammoniac. depur.
Pulv. *Squill.* comp. St. ana Drachm. 1.
Magnes Nitri Gran. 15.
Sulphur. Antimon. aurat. opt. Gran. 5.
Misce fiant pilulæ 100. de quibus ter in die, quavis vice eorum Nro 6-7. adultis; junioribus vero & infantibus, pró ætatis conditione Nro 3-4-5. possunt porrigi.

Additis Gran. 3-4. *Syrup. Papaver errat.* majorem efficaciam quibusdam præstiterunt, uti aliis quibusdam

Aquæ Calcis Unc. 10. commixtæ cum
Spiritu Nitri dulc. Drachm. 1.
Spec. Diatragacanth. Drachm. 1. & ½ seu

 Gumm.

Gumm. arabic. Drachm. 2-3.
Mixtæ-ſumtæ omni quadrihorio ad vaſculum coffeé dimid. obſervat. *Vogler.*

DIGESTIONEM DIFFICILEM, SEU DYSPEPSIAM,

1) *Cullen* ſuſtulit quam optime, præmiſſis congruis laxantibus & evacuantibus, hiſce duobus remediis, qua valde efficacibus.
Rec. *Limatur martis* præparat. Gran. 10.
Pulv. *Columbo* Gran. 5.
Ocul. Cancror. S. *Magnes.* ſimpl. Gran. 10.
Miſce fiat pulvis, dentur tales ad ſingul. doſes æqual. Nro 12. Sign. ter de die pulvis cum Unc. 2. Infuſi ſequentis,
Rec. Pulver. *Cortic. peruv.* contuſ. Unc. dimid.
— *Serpentar. virginian.* Drachm. 1.
Sem. *Coriandr.* Drachm. dimid.
Aqu. fontan. Unc. 24.
Digere per horas 12. adde colatur.
Tinctur. amar. Unc. 2.
Miſce probe.

DIGESTIVUM INTERNUM,

1) Ad *reſolvendas cruditates viſcidas* inprimis viris, egregie obſervavit *Wedel*,
Rec. *Cryſtallor. Tartar.* Scrupul 1.
Rad. *Ari* pulv. Gran. 10.
Miſce fiat pulvis, ter in die, tres cultri cuſpides quavis vice.
2) Rec. Rad. *Ari* exſiccat. Drachm. 1.
Cremor. *Tartar.*
Magnes. ſimplic. ana. Drachm. dimid.
Miſce

Miſce fiat pulvis dividend. in 6-8. partes æquales, ter-quater in die commendat *Medicus*.

3) In *vitio digeſtionis* uti in *vomitu-putredine*, *ſcorbuto*, qua *nutrientem* commendat potum *Maltham hordei*, *Collin*.

4) Uti *Stark* hicce pulvis, (pariter ac hypochondriacis, in *vitio digeſtionis*,) eximiam præſtit opem,

Rec. *Tartar. Vitriolat*. Drachm. 2.
Magnes. alb. Drachm. 1.
Croc. Mart. Scrupul. 1.
Rad. *Rhabarb*. optim. Drachm. dimid.
Cortic. *Caſcarill*.
Semin. *Fœnicul*. ana Drachm. 1. & $\frac{1}{2}$

Miſce fiat pulvis, bis in die, duo cultri cuſpides ſumendi, cum ſubiuncto potu theiformi.
e ſol. *Cortic. Aurantior*.
Et *Semin. Fœnicul*. parat.

5) Huncce pulverem, qua *digeſtivum* præcipuum, commendat quoque dyſentericis *Medicus*.

Rec. *Cortic. Peruv*. Scrupul. 2.
Sal. Ammoniac. Scrupul. 1.

Miſce fiat pulvis;
vel Rec. *Sal. Ammoniac*.
Cremor. Tartar. ana Drachm. 1.

Miſce fiat pulvis dividend. in 4. partes æquales, Doſis. horum pulverum ter-quater quotidie.

DIURESIN PROMOVENTIA REMEDIA.

1) Fol. recent. *Petroſelin* Manipul. 1. *Vini albi* Unc 1-2. Expreſſus ſuccus mane propinetur, vaſculatim, *de Gorter*.



2) Rec. *Ciner. Genistæ* Unc. 12. Inf. frigid. in *Vini Rhenan.* Unc. 48.
Liquor. filtrat. servetur. *Dosis* Unc. 2. ter de die. *Diureticum* anglis longo usu familiare. *Mellin.*
3) Rec. *Milleped.* in *Vini albi* demers. quantum vis.
Exprime succum, & adde.
Sachari albi quant. suffic. ut fiat *Syrupus*, *Dosis*, cochleatim sumendus; *Cheyne.*
4) Rec. *Milleped.* vivent.
Sachar. albi ana Unc. 3. contunde simul & affunde,
Vini albi Unc. 12.
Misce in mortario & exprime,
Liquorem cola. *Dosis* singulis auroris. Uncias. 3. *Fuller.*
5) *Succus diureticus* Ph. *paup. Prag.*
Rec. *Succ. Raphani* rustic. Unc. 4.
Oxym. Squillit. Unc. 1.
Misce. uti
6) Decoctum Radic. *Ononidis* l. Herbæ *Digitalis purpureæ* Linnæi in decocto l. pulvere cum *Sacharo*;
Uti succus quoque recens expressus Herbæ *Mesimbryanthemi crystallini*, vel ad conservam paratus, confert eximie, vasculatim sumtus, diuresin promovendi. observat. *Lieb.*
7) *Diureticæ pilulæ Monro.*
Rec. Rad. *Scillæ arid.* Drachm dimid.
Gumm. ammoniac.
Sapon. alb. ana Drachm. 2.
Syrup. Zingiber quant. suffic.
ut fiat massa pilular. dividend. in pilul. 90. de quibus mane & ad vesperam sumendæ sunt pilulæ 3. cum Decocto sequenti.

Rec.

Rec. *Bacc. Juniper.* contuſ. Unc. 1.
Sal. Tartar. Unc. dimid.
Aqu. fontan. bullient. Unc. 18.
Infund, per noctem, dein adde
Tinctur. Cortic. Peruv. Unc. 2.
Cola tum, & dentur cochlear 2. ante meridiem.

DYSENTERIA.

1) Rec. Pulv. *Ipecacuanh.* recent.
Rad. *Rhabarbar.* ana Gran. 8-10.
Miſce, omni trihorio repetenda hæc doſis in *dyſenteria bilioſa*, obſervat. *Bicker - Janſen - Mellin.*


2) Rec. *Vitri. Antimonii*, cerat. Gr. 1-10.
Lapid. Cancror. præparat. Gr. 10-30.
Miſce fiat pulvis; Doſis pro ratione ætatis. Emeticum fortiſſimum *Anglis* in *dyſenteria* familiare.

3) Rec. Cortic. *Simarub.* Drachm. 2.
Coque in *Aquæ fontan.* Unc: 24. ad tertiæ partis conſumtionem: Colatum divide in partes 4. æquales. *Doſis* omni trihorio quarta pars ſumenda calide; cui ſaporis cauſa *Sacharum* l. *Mel* addi poteſt. *Degner - Werlhof.*

4) *Dolores* & *teneſmum* lenit in *dyſenteria chronica*, *Gummi arabicum* coctum in *Lacte*: uti & Infuſum theiforme florum *Chamomillæ*; *Pringle.* *Monro* commendat vero *Gumm. arabic.* Unc. dimid. coque in *Aquæ hordei* bullient. Unc. 24. ad ſolutionem Gummi. *Doſis* pro potu vaſculatim, cui addi poteſt pro conditione morbi *Spiritus Nitri dulcis.* Drachm. 1-2. *Monro.*

5) *Pulvis dyſentericus roborans. Ph. paup. Prag.*
Rec. Rad. *Arnic.* Drachm. 5.
Cortic. *Caſcarill.*

 Win-



Cortic. Winteran ana Drachm. 1 & ½. Miſce fiat pulvis.

6) *Dyſenteriam* in prima quaſi herba præciſam, ſæpiſſime vidit, mature propinata *Ipecacuanha*, ad Drachmam dimidiam, uti *Diarrhœas*, eadem doſi multoties curavit *Bergius*.

7) Qua *anodynum* & *roborans*, & hoc modo ſpecificum, *dyſentericis* poteſt cum ſucceſſu exhiberi *Strychnos Nux vomica*, doſi vero refracta a Gran. 5 - 10 - 20. ſub fine præcipue morbi, poſtquam emetica antimonialia, debitaque laxantia rite præceſſerunt: obſervationibus *Hagſtröm* & *Bergii*; alias vis vehemens Nucis vomicæ magis nocet quam prodeſt.

8) In *dyſenteria*, præmiſſis præmittendis nempe evacuantibus neceſſariis, ſalutari ſæpe cum effectu adhibetur *Cortex Simarubæ*, in Infuſo, qua tonicum præſtans & non ſtypticum. *Degner - Graſhuis - Schwenke* obſervat.

9) Nec *Pruna* nec *Fructus Horæi* ſ. Horæa *dyſenteriam* efficiunt, uti vulgo alias creditur, inprimis ſi bene maturi - nec deliqueſcentes ſint. Grata ſua enim aciditate bilis fervorem temperant, ejuſque putreſcentiæ reſiſtunt, hinc potius prophylaxis bona pariter, ac medela dyſenteriæ ſunt: *Dyſentericum* a *dyſenteria* curatum vidit e baccis *Ribium rubrorum* Libris 3. intra bihorium comeſtis, *Degner*, quum immaturi fructus noxam revera inferant, ſi crudi eduntur, quo tumor dein oritur abdominis, viſcera ſæpe infarciuntur, glandulæ indurantur, & *ſcabiei* quædam ſpecies ſupervenit, in corpore effloreſcens.

12)

10) Pleræque certe *dysenteriæ* minori cum discrimine, remediis *antimonialibus* sine *opio* curantur teste *Bergio.*

11) Irritamen dolorificum in *Dysenter. inflammator*, removit sæpius optimo cum successu massa, e *Syrupo papaver*, *Tartaro emetico* & *Cera* cum *Oleo Olivarum* cocta ad pilularum formam redacta; juncto simul interdum usu *Olei Ricini* per expressionem parati; pro potu vero ordinario Infusum copiosum *Seminis Lini*, & *Pulpa tamarindorum*: observat in anglia *Rollos.*

12) In *Dysenteriis chronicis* junctis simul *ulceribus intestinorum*, loco alias consueto *Syrupo papaver*: usum *Balneorum calidorum*, fomentationum, vesicantium, abdomini applicatorum valde proficuum deprehendit in anglia *Gilbert Blane*; uti & *Gordon* observationib. *Simarubæ* Decoctum lene, ejus nimirum Scrupulum I. ad *Aquæ commun.* Unc. 24.

13) Succus *Acaciæ*, a baccis immaturis præparatus, cochleatim sumtus, profuit sæpius optimo cum effectu in *dysenteriis* malignis, febre putrida juncta, & enormi abdominis tumore; uti

Decoctum saturatum radicis *Orchidis latifoliæ* Linnæi, loco magis pretiosæ Radic. *Salapp*, qua involvens mucilaginosum remedium, observat. *Büchoz-Akerman.*

14) *Gummi arabicum* qua, *involvens-* & *anodynum* tam in *dysenteria* quam in *diarrhœa*, in forma decocti pro potu, vasculatim sumendi commendat *Monro-Mellin.*
Rec. *Gumm. arabic.* Unc. dimid.

Coque in *Aquæ Hordei* bullient. Unc. 24. ad plenariam ſolutione *Gummi* arabici.

Spiritus Nitri dulcis Drachm. 1 - 2. addi quoque poteſt ad majorem ſuaveolentiam, in ægris quoque majori interdum affectis debilitate.

Uti *Decoctum Seminis Pſyllii* ſaturatum, egregium eſt involvens mucilaginoſum.

15) *Conrad Geſner* cum præcipuo fructu adhibuit *dyſenteria chronica* pertinaci affectis, ſuccum recentem expreſſum baccarum *Atropæ Belladonnæ*, in conſiſtentiam Syrupi addito *Sacharo* redactum, ter- quaterve cochleare parvum quavis vice, qui ſomnum intulit, fluxionibus alvinis inſtitit, hocque modo, qua grate ſimul ſapiens, dyſenteriam ſæpe plane ſuſtulit, obſervationibus quoque *Bergii.*

16) In *dyſenteria dolorifica*, concomitantibus vermibus, egregie contulit *Cortex peruvian*, in ſubſtantia cum *Limatura martis*; obſervat: *Krebs.*

17) In *dyſenteria pertinaci*, ſine febre, ſanguinis vero profluvio copioſo juncto, profuit mixtura ex *Aquæ Menth. ſimplic. Tinctur. Rhabarbar. Gumm. arabic.* & *Laudan. liquid. Sydenh.*

Tum inprimis, quum ob *tumores abdominis*, & *dolorificas excretiones alvinas epithemata* frigide pluries applicarentur ex *Aceto vini* genuino parata; & interne *pulvis* hicce:

Rec. Rad. *Ipecacuanh.* Gran. dimid.
— *Rhabarbar* Gran. 4.
Sachar Althèæ Gran. 5.

Miſce

Miſce fiat pulvis, & ejus Nro 12. ad tot chartas diſtinctas, omni 1-2. hora pulvis; interpoſitis frictionibus pedum reiteratis, & *Clyſmatibus* ex *Amylo* & *herb. adſtringentib.* ad imminuendas alvi tam copioſas excretiones; ob malam *indigeſtionem ciborum* quæ plane indigeſtæ excernebantur per alvum, hinc per quoddam tempus bis, ter in die, quavis vice, *Elix. viſceral.* Gutt. 100. cum *Spiritu vini*, ſummo cum fructu adhibebantur, obſervat. *Krebs.*

18) Rec. Rad. *Pimpin.* alb. — *Enul.*
— *Tormentill.* — *Cinnamom.* ana Drachm.
Zingiber. — *Myrrh.* 4.
Gentian. rubr. ana Drachm. 2.

Miſce fiat pulvis, cum *Succo juniper.* rec. ad Electuar. formam redactus, de quo æger *dyſenteria* vehementi chronica affectus & *flatulentiis*, ſumat nucis juglandis magnitudinem.

19) Rec. *Farin. alb. Tritic.* cum
Succo recent. Sambuc. ad paſtam redacta, e quibus panes in forma parva præparentur a piſtore, tum iterum pulveriſentur, & de novo miſceantur, cum ſucco eodem Sambuci, & præparentur iterum a piſtore ad panes iſtas parvas, & hoc tertia vice, antea ſemper pulveriſando, cui tum addetur pars anatica *Nuc. Moſchat*; de quo æger dyſentericus aliquoties in die in vehiculo aquoſo ſumat Gran. quædam quavis vice.

20) In *dyſenteria* uti in *hæmorrhagiis* laudat eximie ad Acta Academ. Bononienſ. *Syangi*, pulverem reſiduum e præparatione *Guttarum Sydenhami* ſiccatum, cum *Aceto forti* intime mix.



tum, iterum ſiccatum ſub nomine *Aethiops* e *Laudano*, ad. Grana quædam in die reiteratis vicibus.

21) D. *Biörnlund* in Suecia pluries in dyſenteria utiliter adhibuit caules, & folia *Roriſmarini ſylveſtr.* ſ. *Ledi paluſtr.* pulveriſata, vel in forma decocti ſaturati, vaſculatim adhibiti. Ad Unc. 48. in die, a quibusdam optime adhibebatur.

22) Quidam in Anglia medici utuntur *Terra Japonica*, hacce præcipue forma commoda.
Rec. *Terr. Japonic.* Drachm. dimid.
Cortic. *Cinnamom.* Drachm. 1.
Gumm. arabic. Unc. dimid.
Pulveriſata digere in vaſculo, *Aquæ bullient.* Unc. 8. pleno, per 3. horas, cola dein & adde
Syrup. diacod.
Aqu. *Cinnamom. ſpirituoſ.* ana Unc. 1.
Tinct. thebaic. Gutt. 60.
Miſce, dentur mixturæ hujus adſtringentis cochlear. 2. in die bis-terve. *Hal.*

23) In America gentes barbaræ utuntnr *Cineribus Clavellat.* ſ. Ciner. *Lignorum* cum *Rum.* Londinenſi Chirurgo *Couſland* profuit quoque hæcce curatio, præmiſſis congruis evacuantibus, quo tormina-teneſmus ſubito ceſſabant in ſpatio 7-10. dierum, dyſenteria chronica affectis ad Commentar. medical.

24) *Hofmanno* profuit quoque in ægris quibuſdam *dyſentericis*, febre ſimpl affectis, *Spiritus Vitrioli*, ſimplex, cum vehiculo aquoſo, vel cum *Syrupo cerato*, ſuperius jam deſcripto, commixtus ad gratam aciditatem.

Variis aliis ad meliorem ceræ ſolutionem adhibebatur *Gummi arabicum*, in Aqua fervida ſolut. & ita

ita Cera fervida liquefacta commixta, quo levior commixtio Gummi & Ceræ ad partes æquales succedebat.

Commiscuit quoque commode ceram liquefactam *Vitello ovi*, & *Vitrioli acido*, ad gratam aciditatem.

25) *Dysenteria* affecto puero 15. annorum, conjunctis simul doloribus vehementibus, & alvo cruenta copiosa, profuit dosis mane *Rhabarbar.* & ad vesperam *Bolus Theriac.* uti & *Nucis vomicæ*, Scrupul. 1. quotidie in *Aqua hordei*, quibus remediis liberabatur æger spatio 4. dierum.


Uti alio dysenterico D. *Hagstroem* suasit, præmissa venæ sectione ob plethoram, *Rhabarbar. Ipecacuanh.* cum *Cremore Tartari*, & ad noctem *Bolum theriacalem*; redeunte vero hoc malo sustulit iterum subito dosibus 2. *Nucis Vomicæ*, quæ in *Aqua calida* s. *Cerevisia* melius conducunt quam in vehiculo frigido. *Reichart.*

26) Variis *dysenteria* non levi affectis profuit subito, præmissis congruis laxantibus *Rhabarbarin.* Salib. mediis maritatis, hæcce mixtura,

Rec. *Aquæ Millefol.*
— *Cinnamom. Cydon.* ana Unc. 2. & ½
Electuar. Diascord. Fracastor. Drachm. 6.
Syrup. Cydonior. l. *Cortic. Aurant.* Drachmae 6.
Gumm. arabic. Drachm. 2-3.
Cortic. Peruv. Drachm. 2-3.
Spir. *Nitr. dulc.* Drachm. 1.
Vel *Liquor anod. min. Hofm.* Drachm. ½

Misce Dosis omni bihorio Cochlear. 2.

27) R. *Vogel* commendat qua simplissimum remedium antidysentericum, præmissis congruis reme-

remediis *Lac vaccinum*, in cujus Unc. 6. ſolvend. ſunt *Theriac.* 1. *Electuar. Diaſcord.* Drachm. 1. de quo calide aſſidue ſumetur vaſculatim, qua potus ordinar. & in forma Clyſmatis quoque per alvum applicetur, quo teneſmus ſimul mitigatur.

28) D. *Knaks* uſum Decocti ſaturat. fructuum Glandis *Quercuum* commendat impenſe; ejus Unc. 3. *Aquæ commun.* coctae ad ſaturation. cum *Lacte* & *Sacharo*, inſtar potus coffeè vaſculatim ſumti, qua involvens-adſtringens-roborans remedium eximium.

Uti decoctum ſaturatum *Vaccinium Myrtillus* cum *Aqua* communi, & *Cruſta panis* commun. *Sacharo* edulcoratum vaſculatim quoque ſumtum. *Reuſs.*

29) In *dyſenteria* robuſtis-ruſticis eximium jam uſum præſtitit.

Tartar. emet. cum *Syrup.* quodam commixtus, & ſubjunctus tum uſus *Cremor. Tartar.* cum *Rhabarbar.*

Pro potu ordinario *Decoctum* ſaturatum *Radic. Salapp.* Drachm. 2. ad Unc. 12. *Aquæ commun;* ad mucilagin. hordei formam paratum.

Suadent alii Decocti *Rad. Salapp.* aliam meliorem præparationem.

Rec. Rad. *Salapp.* pulveriſat Drachm. 1. immitte ad Unc. 8. *Aquæ* comm. *calidæ* ſolut. leni calore filtrata, quo dein in vaſculo ſic dicto figulino porcellain congelaſcit ad gelatinam ſuavem-valde mucilaginoſam, de qua commode omni bi-trihorio ſumi poſſunt Cochlear. 1-1 & $\frac{1}{2}$.

Gelatina iſta hoc modo parata facilius ſolvitur in *Aqua communi.*

Alii

Alii ſuadent pulver. *Rad. Salapp.* Gran. 24. in *Aqua fervid.* humectand, in qna plane diffluit ad mucilaginem, ſi Unc. 3. Aquæ commun. ad diſſolutionem addantur, cui Sacharum additum ſuavitatem conciliat, vel *Syrup. Capillor.* vener. l. *Papaver.* l. *Rub. idæi.*

Pulvis *radic. Salapp.* cum *lacte*, vel *juſculo carnis* commode coqui poteſt ad Decoctum ſuave, quibus magis arrident Decocta hocce modo parata, quam gelatinæ.

30) In *dyſenteria putrida-bilioſa* profuit ſæpius eximie D. *Biernſtiel* & aliis hæcce curatio.

Rec. Flor. *Arnic.* Drachm. 3. infund.
Aqu. *Fervid.* Unc. 9. poſt horam digeſtionis addentur colaturæ
Aceti optimi Unc. 3.
Syrup. Alth. ſ. Sachar. Unc. 2.
Miſce ad ejus uſum omni bihorio Cochlear. 2-3. cui dein mox ſubiungenda eſt hæcce mixtura.

Rec. *Aqu. Commun.* Unc. 3.
Spirit. Vitriol. Drachm. 5.
Miſce ſume ſæpius vaſculatim.

Adhiberi quoque poſſunt ſæpius vaſculatim pars. 1. *Vitrioli electi*, & *Aquæ* commun. part. 6. quo mox dyſenteria ceſſavit, præſentibus jam ſæpius petechiis, ſubiuncto ſimul quoque copioſo uſu Decocti emollientis.

31) Ad *teneſmum*, in *dyſentericis* ſaepius obvium, levamen jam inſigne praeſtitere ſuppoſitoria, Oleo *Camphorato* illinita, ſ. *Clyſmata* frigida *Aceto* parata, ſi nulla inflammatio vera, ſ. rhevmaticus adeſt ſtatus.

32) *Murſinna* obſervationibus optimum ei ſemper fructum edidit, in dyſentericis ejus aegris,



ægris, usus *Tartari emetic.* statim in initio morbi sumtus, post vomitus aliquot.

Cremor. Tartar. in Decocto *hordei* & *avenæ* ad mucilaginem redact. sequenti die *Sal. mirabile Glauber.* l. *Pulpa Tamarindorum*,
Gummi arabic. in Decocto,
& Clysma e *florib. Chamom.*
Sem. *Lini.*
& *Oleo Lini.*

Dolores mitigabantur *Epithematibus* calidis abdomini applicatis, uti &.
Unguento ex *Oleo Lini*, & *Camphora* cum *Syrup. papaver.* interne.
Plethoricis quibusdam *Venæ Sectio* profuit,

In casibus malignis, in quibus venæ sectio non profuit, *vesicatoria* eo magis efficiebant, abdomini quoque applicata, uti interne *Camphora* cum *Gummi arabico.*

In *retentione urinæ molesta* profuit ei quam maxime regioni pelvis applicatum *vesicatorium*, raro *Papaveris* succus, qui tantum profuit in ægris valde irritabilibus s. excessivis, subitaneum mortem minantibus evacuationibus, vim fibræ muscularis augendo.

Tenesmus alvi cedebat *laxantibus*, amaris-roborantibus subiunctis.

In *putrida* & *maligna dysenteria acidum Vitrioli* & *Vinum rhenanum* maximam præstitit opem; *Lac ebutyratum* eximie roborabat ægros, raro *Emulsio amygdalar.* & *Syrup. papaver*,

Juscula adiposa qua nociva semper deprehendit, uti & *Rad. Rhabarbar.* in substantia in primis periodis, in progressu morbi *Tinctura rhabarbar.* cum *Cremor. Tartar.*

Paraly-

Paralyſin remanentem & *nimiam inteſtinorum* irritabilitatem *Opium* & *balnea* ſuſtulerunt, uti in inflammationibus manifeſtis *Venæ ſectiones*, in quibus evacuationes alias nocebant.

In *dyſenteria campeſtri* vero profuit ei *Rad. Jalapp.-Rhabarb.* cum *Cremor. Tartar.* ana Gran. 10. 20. omni bihorio, ſolutio tum *Tartari emetici* qua reſolvens & laxans, in malignitate & debilitate *Spiritus Vitrioli*, & *Veſicatoria*, *Vinum rhenanum*, in fine denique *Cortex peruv.* & *potus frigidus.*

DYSPNOEA.

1) *Mixtura expectorans* Pharmac. *Londinens.*
Rec. *Oxym. Squillit*,
Aqu. *Cinnamom. hordeat.* ana Unc. 2.
Miſce fiat Mixtura, ſumat æger Cochlear. 2. ſæpius in die urgente *dyſpnœa.*

DYSURIA.

1) Rec. Herbæ *Malvæ* Manipul. 1.
Aqu. comm. quant. ſuffic. Coque ad reman. Unc. 8. adde
Syrup. Violar. Unc. dimid.
Miſce fiat Apozema vaſculatim ſumendi, obſervat. *Horſt.* & *Mellin.*

Uti mucilago & Decoctum *Semin. Pſyllii.* eximie conducunt in dyſuria.

2) *Dyſuriam* & *urinæ incontinentiam* in infantibus & adultis feliciſſime jam removit, *Cepa magna*, aſſata ad plenariam mollitiem, cujus interior mollis pars ad extus eſt convergenda, & ſic regioni umbilicali calide eſt affigenda tamdiu, donec alia nova iterum aſſata

exstat ad deligandum, si prior refriguit; & sic tertia-quarta vice est reiteranda hæc deligatio, quo Urinæ excretio libera succedit, & dolores tam insignes ardentes cessant.

EMACIATIO

Et conjunctus *virium defectus* sublatus jam est Decocto saturato *Radic. Salapp.* in *Lacte* l. in *Aqua;* Drachm. 1. in Unc. 3. *Aquæ* commun. ad $\frac{2}{3}$ inspissat. cui pro lubitu addi potest *Saccharum* ad edulcorationem; hocce decoctum confert quoque in *hæmoptysi*-in *diarrhœa*, ob gluten nutriens & involvens in haud exigua præsens copia. *Dolfus.*

EMETICA *seu* VOMITORIA.

1) *Emetico. catharcticum* remedium *Tissoti*
Rec. *Tartar. emetic.* Gran. 3.
Mann. elect Unc. 1.
Solve in Aquæ *Rubi Idæi* Unc. 6. vel melius *Aquæ Chamomill.* Colatur adde
Syr. de *Althea* Unc. dimid.
Misce detur cochleatim per vices.

2) Pulvis Herbæ *Gratiolæ* Scrupul. 1.
Bis una die sumtus, sæpius *alvum* duxit, cum *nausea* & *vomituritione*. qualis *purgatio* in posterum sæpe diem continuavit. Refracta vero dosi herba hæc sumta semper profuit sine noxa. *Bergius.*

EPILEPSIA.

1) Rec. Pulv. *Cort. peruv.* Unc. 1.
Rad. *Valerian.* Drachm. 2.
Syr. *Pæon.* qu. suffic. ut fiat Electuar.
Mead, Fuller.

2)

2) Rec. *Camphor.* Drachm. dimid.
Sachar. canar.
Mucilagin. Gumm. Tragac. ana Drachm. 1. probe tritis adde
Acet. vini Unc. 1.
Aqu. flor. *Sambuc.* Unc. 6.
Syrup. Papav. rhœad. Unc. 1.
Misce, capiat æger cochleatim. *Locher* incredibiles ab hoc remedio vidit effectus in epilepsia.

3) Rec. *Phosphori urinæ* Gran 2-3.
Conserv. Rosar. quant. suffic. fiat Bolus, pro dosi, bis- terve in die reiterandus. *Menz.*

4) Rec. *Cort. peruv.* pulver. Unc. 3.
Serpentar. virgin. pulv. Unc. 1.
Syrup. Pæon. s. *Cort. aurant.* quant. suffic.
Misce fiat Electuarium; de quo mane & ad vesperam Drachm. 1. sumenda est, & per menses 3-4. continuanda. observat *Fuller - Mead - Mellin.*

5) Rec. *Visci Querni* pulveris Drachm. dimid. fiat cum *Syrup. Pæon.* qu. suffic. Electuar. omni 6ta hora una vice sumend. cum Infuso hoc theiformi.
Rec. *Visci querni* contus. Unc. 4.
Flor. *Pæon.* Manipul. 1. Infund in
Aquæ bullient. Unc. 48. edulc.
Syrup. Pæon. Unc. 2. Misce probe.
vel Pulv. *Visci querni* Drachm. dimid. omni triduo cum Infuso theiformi Visci Querni observat. *Colbat. Læseke.*

6) Rec. *Cort. peruv* pulv. Unc 3.
Pulv. rad. *Serpentar.* virgin. Unc. 1.
Fiat cum *Syrup. flor. Pæon.* quant. suffic. Electuarium mollior. consistent. *Dosis*,

 Mane

Mane & ad veſperam Drachm. 1. per tres quatuorve menſes obſervat. *Fuller.*

7) Rec. *Fuligin.* ſplendent. —
Sachar. canariens ana Drachm. dimid.
Camphor. Gran. 4-6.
Miſce fiat pulv. divid. in 3. partes æquales
Doſis omni bihorio pulvis. *Mellin.*

8) *Potio epileptica.*
Rec. *Flor. Zinci* Drachm. dimid.
Aqu. fontan. Unc. 8.
Syr. *diacod.* Unc. 1.
Miſce. Ph. paup. Prag.

9) *Pulvis epilepticus Bicker.*
Rec. Rad. *Valerian.* ſylv.
Folior. Aurantior. ana Unc. dimid.
Miſce fiat pulvis.

10) In *epilepſia*, uti in *nervis irritabilibus* egregie prodeſt, Radix *Valerianæ officinalis* tempore vernali collecta, Drachmæ ejus binæ quotidie ſumtæ, obſervat *Bergius.*

11) In *Epilepſia* & *convulſionibus* uſum *Daturæ Stramonii*, uti *Extracti Hyoſciami* comprobarunt *Stœrk*, *Odhelius*-*Greding*-*Walbom.*

In *eclampſia* pueris familiari, -ſ. iſta *epilepſia* acuta, quandoque remittente-aut omnino continua, perutile vidit Extractum *Hyoſciami*, *Stœrk.*

12) Folia *Aurantiorum* multum levaminis attulerunt 9. *epilepticis*, e 15, qui ea adhibuerunt. obſervat *Locher.*

Foliorum aurantiorum recent. Infuſum theiforme, adhibitum aliquoties in die vaſculatim, profuit quoque ſæpe in *epilépſia* teſte, *Auenbrugger.*

13) *Electuarium antepilepticum Mellin.*
Rec. *Cortic. Peruvian.* Unc. 1.

Radic.

Radic. *Valerian. sylvestr.* Drachm. 2.
Syrup. *Cort. Aurant.* quant. suffic.

Misce fiat Electuarium, quater de die cochlear parvum sumend. *Mellin.*

14) Usum *Olei Cajeput*, Guttæ ejus quædam cum Drachm. dimid. Cort. *Chin. Chin.* in *epilepsia* valde proficuum deprehendit *Werlhof-Murray.*

15) Uti *epileptico* profuit observat *Duncan*, motibus junctis *convulsivis* in pedibus & manibus per dimidiam interdum horam, cum plenaria absentia animi, per 4. annos ita affecto, usus *Pilular. cærulear. Dispensator. Edinburg.* parat. e

Cupri Ammoniacal. Gran. 16.
Micæ panis Scrupnl. 4.
Spirit. Sal. ammoniac. simpl. quant. suffic. ut fiat

Massa dividenda in pilul. 32. æquales, quotidie bis ejus Nro 10. sumend. cujus prima tantum dosis levem efficit emesin.

Cuprum ammoniacale. jam cum usu suadent *Aretæus* & *Weisman* ad Acta Nat. curiosor.

16) *Epilepsiam* a *terrore* sustulit aliquoties exoptato cum eventu *Chinæ* ope, radice *Serpentariæ virginianæ* junctæ, *Gruelmann.*

17) *Epilepsiam* cum *melancholia*, uti *maniam* removit feliciter usus *Belladonnæ*, observat. *Mönch.*

18) Uti *epilepsia* personæ *hystericæ*, *Duncan* observat: cessavit usu *Cupri ammoniac.* s. *Sal ammoniac. cuprei* Gran ½ - 1. mane & ad noctem cum *Magnesia* simpl. per menses quasdam adhibiti.

 Sic

Sic *epilepticam* puellam, quæ frustra antea - Opium Camphoram - Chinam Flor. Zinci per 2 menses adhibuerat *Cuprum ammoniacale* plane restituit a malo ejus inveterato, observat. *Storer.*

18) Uti *epilepsia*, cum spasmodica *æsophagi* contractione, curata est *Cupri* ope - *ammoniacal.* in puella 42 annorum, omnibus 24. horis per spatium 3. mensium spumescebat ea eximie ex ore, motus spastici vehementes extremitatum simul aderant, huic porrigebantur optimo cum effectu *Pilulæ* mane & ad noctem No 1 - 2. quotidie per aliquot dies, paratæ

e *Cupri ammoniacal.* Gran. 32.
Micæ pan. Drachm. 2. & dimid.
Syrup. commun. quant. suffic. ut fiant Pilul. No 64.

Harum usu, in initio per 10. dies, insultus epileptici omni die per breve tempus recurrebant; tum bis terve in hebdomade, usque dum plane sese imminuebant.

Simulac *æsophagi spasmus* rediit, *Aether tum vitrioli* maximum produxit solamen.

Ob accedentem *cephalalgiam* & *alvi obstructiones Pilulæ Rufii* & *Asæ fœtidæ* cum *Syrup. Rhabarb.* paratæ ad noctem No 3. præcipuum edidere effectum ad *Reichart* medicin. Wochenschrift.

19) Usum foliorum *Corticum Aurantiorum* commendant van *Swieten* & *Stœrk* in hacce conjunctione cum aliis remediis.

Rec. *Flavedin. Cortic. Aurant.*
— — *Citri* ana Drachm. 2.
Calam. aromatic.
Cinnamom. acut. ana Drachm. 1.

Sa-

Sachar. cand. Unc. 1-2.
Olei Fœnicul. Gutt. 6.
Miſce fiat pulvis, de quo ſumi poteſt pro una doſi Drachm. dimid. ad 1. vel
Rec. Eſſent. *Aurantior.* immaturor.
— *Cinnamom.* ana Drachm. 2.
edulcor. *Sachar.* commun. quant. ſuffic. ad gratiam.
Miſce. Doſis Guttæ 40-50. ter de die.

20) *Colbat* & *Læſeke* commendant maximopere *Viſci Querni* uſum in *epilepſia* chronica, hocce modo,
Rec. *Viſci Querni* pulveriſat. Drachm. dimid.
Fiat cum *Syrup. Pœon.* quant. ſuffic. Electuar. omni 6ta hora ſumend. Nuc Jugland. magnitud. cum ſubjuncto uſu hujuſce Decocti,
Rec. *Viſc. Querni* cont. Unc. 4.
Flor. *Pœon.* Manipul. 1.
Infund. *Aqu. bullient.* Unc. 48.
Edulcorat. *Syrup. Poeon.* Unc. 2.
Miſce. Doſis. uſui vaſculatim.
Varii medici olim jam commendarunt uſum *Viſcus* omnis generis-*Betulæ*-*Coryli*-*Quercus*-*Tiliæ*-*Salicis.*

21) *Vitrioli albi* uſus continuatus per quoddam tempus levamen exhibuit non leve, in epilepſia uti in *chronicis diarrhœis.* (Ad Commentary medical a Edinburg.)

22) *Cullen* in Edinburg enixe commendat ad epilepticos inſultus,
Rec. *Theriac. Venet.* Uuc. 1. & ½
Pulver. Sal. Vitriol.
— *Chel. Cancror.* ſ. *Magnes.* ſ. ana Drchma 3.
Olei Juniper. Drachm. 1. & ½.



Misce fiat. Electuarium, de quo sumat æger mane & ad vesperam Nucis moschat. magnitudinem.

22) *Syrupus Jaceæ tricoloris* infantibus jam multum præstitit *epilepticis*.

23) *Epilepsia* quomodo *foliis Aurantiorum* feliciter jam curata, de eo testatur casus hic notabilis, observat. *Marx.*

Femina 42. annorum exiens in conclave ante 12. annos, die sexto post abortum, ad curandas quasdam res domesticas, terrore gravi inopinato afficiebatur, cui tum succedebat inopinato *epilepsia*, semper recurrens singulis mensibus, tempore isto vel prodeunte vel cessante fluxu menstruo, in quo temporis spatio peperit interea tres infantes sanos.

At cum primum menses post partum prodirent, epilepsiæ paroxysmum rursus passa est, cecidit illico in terram cum clamore & animi absentia plenaria; allidendo corpus ad corpora dura miserrime sibi nocuit, faciemque vulneravit.

Huic ægræ *lientaria* simul laboranti, & *febre lenta* plane emaciata, præmisso laxante *rhabarbarino* suasit *Marx* Decoctum saturatum *foliorum Anrantiorum*, mane & ad vesperam, & pro *lienteria* solutionem,

Extract. Cortic. Peruvian. cum *Cascarill.* & radicib. quibusdam amaris, quibus mediis plane curata est hæc ægra.

Venæ sectionem ista dein neglexit, spirituosa multum sumsit, animi pathemata in ea erant vehementia, terror quam facillime producebat epilepsiam, interdum pejori modo quam prima vice; uti in *Bonneti* sepulchreto puer plethor-

thoricus, qui post nimis lautum prandium humi cecidit epilepticus; & uti *Locher*, Viennæ observavit in epileptico malum recurrens a nimia vini copia.

EPIPHORA.

In *Epiphora*, a debilitate & laxitate partium istarum orta, *Vitriolum album* præprimis commendat *Mellin*.

Rec. *Vitriol. alb.* Scrupul. 1.
Aquæ Rosar. Unc. 1.

Misce *Dosis* Guttam 1. hujus liquoris sæpius immittendi in cantum oculi majorem, vel

Rec. *Butyr. insulf.* majal. Drachm. 2.
Vitriol. alb. Scrupul. 1.

Misce fiat Unguentum, de quo mane & ad vesperam pisi magnitudo in cantum oculi internum illinendum est. *Mellin.*

ERRHINA.

1) Rec. Fol. *Majoran.* — *Salviæ*,
Flor. *Lilior* convall. —
— *Lavendul.* ana Scrupul. 1.
Sachar. pulver. Scrupul. 2.
Olei Majoran. Gutt. 3.

Misce fiat pulvis errhinus, quotidie aliquoties sumendus. *Mellin.*

2) *Errhinum validum* exhibet quoque *Pomum Momordicæ Elaterii*, si cum Aqua teritur, naribusque intruditur, turunda exceptum.

ERYSIPELAS.

1) Rec. *Farin. fabarum* quant. placet.
Spirit. Vini Camphor. Gutt. aliquot.

Misce. Cataplasmatis locum supplet in erysipelate, *Mellin.*

2)



2) *Eryſipelati ſcorbutico tibiarum* identidem medicatus-ſum frictione cum *Pulpa Citri*, quo remedio quoque cum ſucceſſu uſus ſum adverſus *gingivas ſcorbuticas*, atque ubi noma oboritur, contendit *Bergius*.

3) *Extractum* foliorum *Betulæ albæ* in *eryſipelate* atque *arthritide*, optimo cum effectu propinavit *Joh. Af Darelli*, qua in re aſſeclas nactus eſt plures medicorum Stokholmiæ, teſte *Bergio*.

EXANTHEMATA.

1) In *variolis - morbillis - ſcarlatina febre - febribus* ardentibus - *putridis potio* hæc multum profuit.

Rec. Syrup. *Violar.* Unc. 6.
Spirit. V triol. Unc. 1.
Miſce. *Doſis* Cochlear. 1. in *Aquæ hordei l. commun.* quantit. ſuffic. *Roſen* & *Tiſſot.*

2) *Externe* contra *ſerpigines - tineas - ichores - pediculos* capitis - *impetigines* - & *ſcabiem* laudat Joh. *Frank* lavacrum e *Trifolio fibrino.*

3) In *exanthematibus retropulſis* commendat præprimis *fuliginem* hocce modo, *Mellin.*

Rec. *Fuligin ſplendent.*
Sachar. canar. ana Drachm. dimid.
Camphor. Gran. 4 - 6.
Miſce fiat pulvis, dividend. in tres part. æqual. ſ. omni biborio pulvis.

Fuligo exhiberi quoque poteſt in Pilul. & in *Spirit. vini*, qua Eſſentia.

4) In *exanthematibus ſquamoſis*, inſignis magnitudinis, *ſtatui* fere *leproſo* totius corporis æqualibus, cum vehementi pruritu quotidie immen-

ſa

ſa copia decidentibus unicam & præcipuam opem præſtitit *Mercurii ſublimati* ſolutio, conjuncto ſimul balneo univerſali calido, & uſu interno *Vini antimonialis*, ejus cochlearia duo ter in die, & *Sal. mirabil. Glauber.* doſin bis in hebdomade, cum *Infus Chamomill.* ad Recueil d' obs. de medicine *Richard.*

EXCORIATIONES.

1) Folia recentia *Bardanæ* (ſ. *Arctium Lappa*,) in *excoriationibus* & *ulceribus apertis*, extus adhibita, eximie laudat, ubi heroica alias remedia fefellerunt, *Schœnheider*, *Bergius.*

2) Ad *excoriationes cutis* utuntur angli *Aqua vegeto - mineral. Goulard*, vel *Spirit. vini* & *Amyli* quantum ſufficit ad pulticulam.

3) In *Sphacelo* a *decubitu*, *febre putrida* affecto ægro, inſignem ſæpius præſtitit opem *Extract. Saturni*, teſte *Krebs.*

Rec. *Extract. Saturn. Goul.* Scrupul. 1.
Aqu. fontan. Unc. 3.
Spirit. vin. Drachm. 3.

Miſce. *Doſis.* ad uſum pro lavamento loci ſphacelati, cui ſimul adplicabatur *Unguent. digeſtiv. - Extract. Saturn.* commixt. corio illinitum & ſæpius reiteratum.

4) *Excoriationes* ſimplices tam in hominibus, quam in equis & jumentis aliis, removit jam ſæpius ſubito *Sapo commun.* cum *Spiritu vini* commixtus ad linimentum: uti *urina calida* lavacrum.

5) De *Haen* inungere tantum curavit partes intertrigine affectas ſ. excoriatas exoptato cum effe-

effectu *Unguento*, parato *Albumine Ovi* & *Spiritu Vini*; uti

6) Emplastrum istud molle, temperans, non irritans, idem præstat e-*Cera*-*Croco*-*Butyro*-& *Semin. Cydonior.* confectum;
vel uti in levi excoriatione superficiali,
Charta Cera oblinitum,

Vel uti *Flores Zinci* pulverisati per, linteamen inspersi subtiliter loco, intertrigine affecto, qui per se s. in *Aceto* soluti, *Sal Zinci* continentes, subito quoque prosunt in *oculis intertrigine affectis*, uti qua pulvis subtilis mammis excoriatis inspersi, securius quidem quam sæpius pulvis *Cerussæ* & *Liquiritiæ*.

7) In *Linguæ* & *faucium excoriationibus* conducit præcipue *Mucilago Semin. cydoniorum*: uti

8) In *intertrigine infantum Sem. Lycopod.* cum pauca *Cerussa* l. *Tutia* commixt.

EXOSTOSIS.

1) In *exostosi* uti in *herpete-scorbutica diathesi* commendat *Razoux* Decoctum saturatum *Solani Dulcamaræ*, si stipitum ejus Drachm. dimid. in *Aquæ* fontan. Unc. 16. coquuntur ad Unc. 8. & Decoctum cum *lacte* diluitur.

EXPECTORANTIA.

1) *Linctus expectorans* Pharm. *Londin.*
Rec. Oxym. *Squillit.*
Olei *Amygdalar.* dulc.
Syrup. *Capillor. Vener.* ana Unc. I.
Sachar. alb. qu. suffic.

Misce

Miſce fiat *Linctus*. *Doſis*. cochlear. 1. ſæpius.

2) *Mixtura expectorans* Pharm. *Londinenſ.*

Rec. *Oxymell. ſquillit.*
Aqu. Cinnamom. hordeat. ana Unc. 2.

Miſce fiat Mixtura, ſumat æger Cochlear. 2. urgente *dyſpnœa*.

3) *Mixtura pectoralis* Pharm. pauper *Pragenſ.*

Rec. *Cremor. Tartar.* Unc. 1.
Borac. venet. Drachm. 2.

Miſce ſolve in *Aqu. bullient.* quantit. ſuffic. Colatur refrigerat Unc. 10 adde
Nitr. depur. Drachm. 2.
Oxym. ſimpl. Unc. 2. Miſce.

EXTRAVASATUS SANGUIS.

Rec. *Sal. ammoniac.* crud. Drachm. 2.
Acet. vini optim. Unc. 2.
Aqu. font. Unc. 4.

Miſce uſui ad lotionem & inungendum locum affectum ſanguine extravaſato, quo utuntur copioſe in anglia medici, teſte *Halyt.*

FEBRIFUGA.

1) Proxime ante *paroxyſmum febrilem* ſuadet *Sydenham*.

Rec. Pulver. Rad. *Serpentar. virgin.* Gr. 15.
Vini albi Unc. 3.

Miſce fiat hauſtus.

2) *Hauſtus febrifugus Lieuteaud* - magis ſæpe proficuus cortice peruviano, ineunte frigore.

Rec. *Flor. Chamom.* ordin. Manipul. dimid.
Cremor. Tartari Drachm. 2.

Bul-



Bulliant per dimidium horæ in *Aqu. fontan.* Unc. 12.

3) *Pulvis antifebrilis resolvens*, *Ph. paup. Pragens.*

Rec. *Arcan. duplic.* Drachm. dimid.
Sulph. aur. Antimon. ult. præc. Gran. 2.
Rad. Ari. Gran. 8.

Misce fiat pulvis.

4) *Pulvis febrifugus Doweri.*

Rec. Rad. *Ipecacuanh.*
Opii crud. ana Gran. 2.
Arcan. duplicat.
Nitri depur. ana Gran. 8.

Misce fiat pulvis.

5) *Julapium* in *febribus Anglis* usitatum.

Rec. *Sal. Nitri* Drachm. 1.
Aceti destill. Unc. 1.
Aqu. Cinnamom. s. vino,
Syr. *Cinnamom.* ana Unc. 1.
Aqu. Rosar. Unc. 3.

Misce signetur cochleare 1. omni hora, bis in die.

6) E *Baccis* maturis *Mori nigræ* paratum *Roob*, qua linctum refrigerantem in febribus, ad linguam aridam emolliendam, cum addito sæpius *Spiritu vitrioli*, commendat, *Bergius.*

7) *Electuarium febrifugum*, *Mellin.*

Rec. Cortic. *peruv.* Unc. 1.
Sal. ammon. depur. Drachm. 1.
Syrup. e *succo Limonum* quant suffic.

Misce fiat *Electuarium*, cochlear parvum quater in die sumendi.

8) *Pulvis antifebrilis Morton* multo cnm fructu ab eo adhibitus, constat e

Myrrha-Cort. peruv. ana Drachm. 2.

ante

Ante paroxyſmum, in pertinacioribus affectibus addidit
Piper. nigr. — & *Limatur. Martis* ana Drachm. 1.
Ter-quater in die, quavis vice tres cultri cuſpides, ad anglican: Tranſaction.

9) *Febres varias* pluries curavit ope *Arſenici*, alias ſpecifici in *Cancro*, præmiſſis congruis *digeſtivis-laxantibus Jacobi*, uti eo jam olim uſus eſt ad febres intermittentes, *Amatus Luſitanus.*

Rec. *Arſenici* part. 1.
Sal. Tartar. part. 12.
Aquæ commun. part. 168.
Coque ad dimidiam partem,
Mixturæ huic refrigeratæ affunde iterum.
Aquæ commun. part. 84.
Et parum *Spiritus vini*;
Miſce, dentur homini adulto Guttæ 30. pro doſi, & infantibus pro ætate diverſa, Guttæ 6-8-10-16.

10) *Pulvis febrifugus*, vilioris pretii pauperibus conveniens,
præmiſſis congruis, *digeſtivis*, *emeticis*, *laxantibus*, paratur optime,
e *Cortic. Fraxini* pulveriſat.
Et Rad. *Gentian.* ana Drachm. dimid.
Miſce. Per diem ad quatuor vices ſumetur doſis.

FEBRIS ACUTA.

1) *Oleum Palmæ* liquidum genuinum, e ſeminibus *Ricini vulgaris* bene convenit *bilioſis*, illiſque, qui *febribus acutis* & *inflammatoriis* vexantur;

Noce-

Nocere vero frigidis & phlegmaticis, *spasmos iis* inducendo.

Ab Unc. dimid. ad unam adultis, & Drachm. 1-2. infantibus, cum per se datur, tum in forma emulsionis.

In gratiam eorum, quibus oleum non arridet, illud cum mucilagine *Gummi arabici* vel *Vitello ovi* in emulsionem potest redigi, observat *Fraser* & *Bergii.*

2) *Potum ordinarium* in *febre acuta* & *putrida* commendat impense *Mellin*;

Rec. *Hord. mund.* Unc. 2.
Cremor. Tartar. Drachm. 2.

Coquend. in *Aquæ fontan.* quant. suffic. Colatur. propotu ordinar.

3) *Febre acuta-putrida* affectis, præmissis evacuationibus necessariis profuit sæpius eximie, *Sal. Tartari* cum *Oleo Vitrioli* combinatum,

Uti in podagra-calculo-*Hulme.*

Subiuncto *Decocto Cortic. Peruv.* saturato *Acido aëreo.*

4) *Febrem acutam* exanthematicam, & quidem cum *purpura*, epidemicam quam plurimis ægris sustulit exoptatissime *Krebs.* emeticis, derivantibus, evacuantibus multo potu *Seri lactis tamarindinato*, vel *Cremore Tartari* mixti e. g.

Rec. *Hordei perlati* Drachm. 2-3.
Tartar. Tartarisat. Unc. dimid.
Coquend. cum *Aquæ fontan.* Mensur. 2.
Refrigeratis adde *Sachari citrati* Unc. 2.
Colatura detur vasculatim propotu.

In accedenti virium prostratione derivantibus anti putrida subiunxit. Decoctum *Chinatum* & *Serpen-*

pentariæ cum *Pulpa Tamarindorum* — *Sale Sedlicensi* & *Syrupo acido.*

In *purpura retrograda Moschum* — *Camphoram* — *Sal. volatile Cornu cervi* addidit.

Rec. Rad. *Serpentar. virginian.* Unc. 1.
Infund. *Aqu. fervent.* Unc. 18.
Stent in digestione per aliquot horas, vel ebulliant leniter, tum add.
Sal. Volatil. Corn. Cerv. Drachm. dimid.
Moschi Gran. 15.
Vini Rhenan. generosiss. Unc. 6.
Syrup. Flor. Chamom. Unc. 2.
Misce Dentur omni bi-tri-horio Cochlearia 3-4.

Cujus usu exanthemata purpuracea & pulsus vigor conservabantur, primis viis antea depuratis, observat. *Krebs.*

Potus *acidi*, ex acido *Vitrioli* s. *Aceto vini* cum Syrupo demulcente, in *Aquæ* quantitate sufficente, s. *Limonade* dicto simul copiose assumebantur ab ægris, minime vero calefacientia, nec diaphoretica, aër vero liber purus. Copiose quoque pro *potu* adbibebant ægri.
Aqu. fontan. coct. Unc. 8.
Vini Rhenan. generos.
Oxym. simplic. ana Unc. 4.
Misce usui vasculatim. *Krebs.*

5) In *Febre acuta putrida* præmissis evacuationibus necessariis, profuit eximie,
Sal. Tartari cum *Oleo Vitrioli* sumtum, (uti in podagra-calculo,)
Cum subiuncto usu *Decocti Cortic. Peruv.* acido aëreo saturati; qualia remedia profuere ei quoque in omnibus exanthematibus, in *mania*, *convulsioniaus*, teste in anglia, *Hulme.*



FEBRIS BILIOSA — GASTRICA.

1) Rec. Pulv. Radic. *Ipecacuanh.*
Rhabarbar. ana Gran. 8-10.
Misce omni trihorio repetendum. *Bicker.*

2) In *febribus biliosis* repullulantibus, & in *quartanis autumnalibus* summo cum fructu, qua purgans adhibuit *Bergius.*
Rec. Herbæ *Gratiolæ* Gran. 10.
Rad. *Gentian.* Gran. 5.
Misce fiat pulvis, quovis bihorio sumendus.

Tres pulveres plerumque *duxerunt alvum* apud adultos, & interdum *vomitum* simul excitarunt.

Pulvis enim hujus Herbæ Scrupul. 1. bis una die sumtus, sæpius *alvum duxit*, cum nausea & vomituritione, qualis *purgatio* in posterum dein continuavit. Refracta dosi herba hæc sumta semper profuit sine noxa.

3) In *febribus biliosis* radicis *Columbæ* Grana 15. cum anatica portione *Tartari Vitriolati*, omni trihorio dedit summo cum fructu, quo putrida ventriculi saburra correcta fuit, & salutaris sæpe diarrhœa excitata, *Percival.*

4) In *febribus biliosis* optime qua *evacuans* profuit *Calomel.* Gran 5-10. pro dosi, subiuncto dein usu *Chinæ* cortic. quo irritamen quoddam in ventriculo ejus usu enatum est. Quibusdam eximie quoque profuit *Vesicatorium* simplex. cum emplastro emolliente commixtum, regioni ventriculi applicatum, observationib. angli *Gilbert Blane.*

FEBRIS

FEBRIS LENTA,

1) Cum *labe pulmonum*, *phtisica* quoque juncta *tussi*, in variis ægris sublata jam est multoties usu simplici.

a) *Liquor. Terræ foliat. Tartar.* aquos. ad Guttas 50-60. bis-ter in die;

b) tum comixt. quoque *Extr. Cortic. peruv.* Scrupul. 4 cum *Liquor. Terr. foliat. Tartar.* aquos Unc. 1.

Ad Guttas 50-60. bis-ter in die sumt. ascendendo tum *Liquor. Terr. fol. Tartar. simplic.* ad Drachm. 2. in die, conjuncto simul usu

Infus. saturat. theiform. Herb. *Capillor. vener.* & *Sachar. lact.*

c) Quibus *exanthemata* simul accedebant, profuere eximie *flores Sulphur.* Gran. 8-10. in die, & in intermissione, *Liquor. Terr. fol. Tartar.* Unc. dimid. cum *Extr. Rhabarb.* Scrupul. 2. Si diarrhœa nulla aderat, in hac tum usus *Gumm. arabic.* cum *Infus.* theiform. saturato superiori requirebatur, observat. *Reuss.*

2) Dux quidam afficiebatur *hæmoptysi*, præmissa *coryza* quadam vehementi, & subiunctis variis pectoris affectibus, variis remediis incassum adhibitis, inopinato quum vascula quædam, (sic dicta *Bouteillen*,) vino generoso impleta, probe claudere cuperet, pice liquefacta, & cera flava, ad partes æquales mixtis, ac antea exacte fusis in vasculo figulino igni leni superimpositis, non parum levaminis sentiebat

in pectore, & multo minori molestia excretio sputi & expectoratio reliqua succedebat.

Levaminis hujus multum attribuebat vaporibus, a liquefacta pice & cera ortis; hinc de novo massam quandam horum duorum corporum, vasculo figulino immissam antea igni exposuit, clausis probe janua & fenestra, in hoc fumo & in hisce vaporibus suscipiebat multas ambulationes, per quinque dies, aliquoties in die, quæ eum plenarie restituebant.

Jisdem vaporibus restituebatur dein quoque plenarie *miles - phtisi* purulenta pulmonum valde affectus in spatio 6. hebdomadum, in initio molestiam quandam efficientibus hisce vaporibus; iis prius plenarie assuetus, hos tum diutius poterat perferre.

FEBRIS MALIGNA INFLAMMATORIA.

1) Rec. *Cort. Peruv.* pulv. Grana 25.
Nitri depur. Gran. 5.
Camphor. Gran. 2.

Misce fiat pulvis pro una dosi, aliquoties in die reiteranda. *Mellin.*

IN FEBRIBUS

Navalibus - carcerum - nosodochiorum - contagiosis profuere jam sæpius optime

Evacuantia - lenia *Diaphoretica, - Spiritus Mindereri* cum *Vino Antimonii* & *Opiato*;

Tum in ulteriori morbi progressu *Vesicatoria-Chinatum* Vinum, quibusdam *opiata* cum *Camphora.* observat angli *Gilbert,* *Blane.*

FEBRES



FEBRES PUTRIDÆ.

1) Rec. Decoct. *Cort. Peruv.* ſimpl. Unc. 8.
Spir. Vitriol. ſimpl. Drachm. 2-3.
Syr. *Rub. Idæi* Unc. 1.
Miſce, ſumat æger vaſculatim. *Bicker.*

2) In *febribus putridis-ardentibus* & *exanthematicis*, ſuadent pro *potu ordinario Roſen* & *Tiſſot.*
Rec. *Syrup. Violar.* Unc. 6.
Spiritus *Vitrioli.* Unc. 1.
Miſce. *Doſis* Cochlear unum in *Aquæ* hordei l. commun. quantit. ſuffic. propotu ordinario. *Roſen* & *Tiſſot.*

3) In febribus *putridis-malignis-Huxham-Tiſſot*, qua antiſepticum commendant
Rec. Rad. *Serpentar.* virginian. Drachm. ½
Camphor. Gran. 10.
Roob *Sambuc.* quantum ſuffic. ad Bolum *Tiſſot.*


Rec. Rad. *Serpentar.* virgin. incont.
Cort. Peruv. pulv. ana Drachm. 2.
Coqu. in *Aqu. font.* Unc. 18. Colatur. add.
Aqu. Cinnamom. ſpirituoſ. Unc. 1. & ½
Syrup. *Caryophill.* Drachm. 2. Miſce.
Doſis. omni 4-6. hora Cochlearia 4. *Pringle.*

FEBRIS INTERMITTENS.

1) *Febres intermittentes* non cedentes uſui pulveris Cortic. peruvian. mitigabantur *floribus Zinci* & *Vitriolo albo-Blane.*

2) Rec. Flor. *Chamomill.* Manipul. ſem.
Cremor. Tartar. Drachm. 2.

 Bul-



Bulliant per horæ dimidiam, in
Aquæ fontan. Unc. 12.

Misce fiat Haustus, ineunte frigore exhibendus, loco Decocti *Cortic. peruvian.* quem commendat *Lieutaud*, uti pari modo

3) Rec. Flor. *Chamomill.*
Summitat. *Millefol.* ana Manipul. 2.
Flavedin. *Cortic. Citri.*
Semin. *Fœnicul.* ana Drachm. 1.

Conc. Contus. fiant. Species, uti Infusum theiforme adhibendæ, de *Haen* observat. practic.

4) Rec. *Sulphur. Aurat. Antimon.* Gran. 2.
Sal. *Absynth.* Scrupul. 1.

Misce fiat pulvis, detur ante paroxysmum febr. *intermittent.* pertinac. *Bicker.*

5) In *febribus intermittentibus - die apyrexiæ*, prægressis evacuationibus commendat *Bicker* pulverem huncce.

Rec. *Sal. Ammon. depur.*
Cortic. Peruv. ana Unc. dimid.

Misce fiat *pulvis*, dividendus in 8. partes æquales, omni trihorio dosis exhibeatur; uti *Mellin* commendat *Cort. Peruv.* Scrupul. 2. — *Sal. ammon.* Scrupul. 1. miscend. ad pulverem.

6) Die *apyrexiæ in febribus intermittent. commendat* *Bicker*,

Rec. Pulv. *Cort. Peruv.* Unc. 1.
Flaved. cort. Aurant. Unc. dimid.

Misce fiat pulvis divìdend. in 13. part. æqual. Capiat æger omni trihor. pulver.

7) Rec. *Sal. ammoniac.*
Cremor. Tartar. ana Drachm. 1.

Misce fiat pulv. dividend. in 4. partes, eorum omnes in 1. die adhibendi. Qua *pulvis digestivus*,

vus, conducens quoque in *febribus* intermittentibus, conjuncta ſimul debilitate ventriculi, obſervat. *Medicus*.

8) Rec. *Sulphur. aurat. Antimon.* 3. præcipit.
Cremor. Tartar.
Lapid. Cancror. ana Drachm. dimid.
Miſce divid. in 4. pulver æquales. Qua *Specificum* omnium febrium intermittentium confert obſervat. *Mellin.*

FEBRES INTERMITTENTES,

9) *Vernales* pertinaces debellandas ſuadet *Mellin.*
Rec. *Cort. Peruv.* Scrupul. 4.
Flor. Sal. Ammon. Drachm. dimid.
Reſin. Jalapp. Gran. 8.
Miſce fiat pulvis dividend. in 2. doſes, una 12. horas, altera duo tantum horas-ante paroxyſmum in Infuſo Thee ſumenda.

10) In *Febribus intermittentibus* & *morbis convulſivis* etc. proſunt Guttulæ hæ, teſtibus de *Haller* & *Werlhof*
Rec. *Olei animal.* Dippel. Drachm. 2.
D. in vitro, *Doſis* Gutt. 20-30.

11) Rec. *Cortic. Peruv.* pulv. Unc. 1. & ½.
Flor. *Chamomill.* Pugill. 2.
Coque in *Aquæ commun.* quantitat. ſuffic. ad
Conſiſtentiam cataplaſmatis.
Adplicetur in *febribus* puerorum *intermittentibus* more Gallorum.

12) Rec. *Cortic, Peruv. - Sal. ammoniac.* ana Drachm. 2.
Miſce fiat pulv. dividend. in 8. partes.
Doſis tempore intercalari in Infuſo Chamomillæ.
Omni bi-trihorio doſin. 1. *Mellin.*



13) Rec. *Sulphur.* Antimon. aurat. 3. præcipit.
Cremor. Tartar.
Lapid. Cancror. ana Drachm. dimid.
Miſce fiat pulvis dividendus in 4. partes.
Doſis pulvis immediate ante paroxyſmum.
Unzer.

14) Rec. *Sulphur. aurat.* Antimon. 3. præcip. Gran. 12.
Fiant cum *Extract. Centaur. minor.* quant. ſuffic.
Pilul. Ponder. Gran. 2. Doſis. Nro. 2-3. *Medicus.*

15) In *febribus autumnalibus* profuit eximie Infuſum *Trifolii fibrini* *Bergio.*

16) *Febres intermittentes protractas*, & repullulantes, cum ſucceſſu plerumque ſine relapſu ſuſtulit pulvere ſeminis *Piperis* indici *Bergius.*
Rec. *Semin. Piper. indic.* ſ. capſici Gran. 6.
Baccar. Lauri Scrupul. 2.
Miſce fiat pulvis, dividendus in 3. partes æquales, quarum *prima portio* ſumenda incipiente primo rigore; *ſecunda* poſtridie eadem hora; *tertia* vero tertio die.

17) *Febres intermittentes protractas*, inveteratas *Aſa foetida* ſæpe medetur,

Uti varia hujus familiæ ſemina & ſucci parem præſtant effectum, obſervat. *Bergii* & *Schulzenheim*, quibus in recente febre nunquam ſucceſſit. Sumendus eſt Scrupul. dimid. harum pilularum ter l. quater de die ſub remiſſione. — Sæpe expedit has pilulas cum Chinachina jungere.

Idem porro præſtant *ſemina Paſtinacæ - Coriandri - Leviſtici - Phellandrii.* &c. teſte *Bergio.*

18)

18) Vim ſeminum *Phellandrii aquatici antifebri* lem pariter laudat *in febribus intermittentibus*, ſi Drachm. 1. vel ultra, ad Unc. dimid. usque, ante paroxyſmum, & dimidia hæc portio extra paroxyſmum mane & veſperi, propinetur obſervat. Conr. *Ernſting*.

19) In *febribus autumnalibus* repullulantibus præclara jam præſtitit

Allium ſativum, uti in *febribus quartanis*, incipiendo a bulbo unico mane & veſperi, ſed quotidie bulbus unicus ſuperaddendus, uſque dum 4. vel 5. bulbos ſumſerit æger, qualibet vice.

Si febris tunc evanuit, diminuenda erit doſis, & ſufficit, poſtea ſumere unicam, vel etiam binos bulbos, mane & veſperi, per plures ſeptimanas teſte. *Bergio*.

20) Surinamenſes decoquunt *Corticis ligni Quasſiæ* Unc. dimid. in *Aquæ puræ* Unc. 72. ad dimidiæ conſumtionem, & decocti hujus quovis bihorio propinant Unc. 3. in *febribus intermittentibus*, teſte *Fermin*.

21) In *febribus intermittentibus protractis* cum ſtatu *leucophlegmatico* bonum effectum ſæpius expertus eſt ab Extract. *Aconiti* a Gran. 1-10. bis l. ſæpius de die, *Bergius*.

22) In *quartanis febribus* compluries exoptato cum effectu præſcripſit

Extract. Aconiti Gran. 5. quovis bihorio, *Bergius*:

Et ad Drachm. dimid. dedit quotidie *Collin*.

In parca doſi inchoandum eſt ſecurius, quam in nimis forti, in delicatioribus præcipue perſonis.



23) In *febre tertiana Semina sinapios* cum successu propinavit *Fagræus*,

Qui semina hæc paroxysmum tertianæ vernalis exquisite sustulisse sæpius vidit, idque ita, ut infirmo postea relapsui vix fuerint proni.

Integra sunt sumenda *semina*, mensura cochlearis majoris, quater l. quinquies de die, sub apyrexia, & absque masticatione deglutienda.

Sub ejus vero usu id probe est notandum, ut ægri *abstineant* a *potu calido* post sumta semina, qua methodo primas non afficiunt vias, nec ardorem iis imprimunt, sed aluum leniter ducunt.

Hac methodo tamdiu utendum est, usque dum febris evanescit, quod plerumque brevi fit,

Ego, inquit *Bergius* hacce via curavi plures, & nullam insecutam vidi noxam.

In *quartanis* vero *autumnalibus* semina hæc nequidquam profuerunt.

In *febribus intermittent. protractis* & repullulantibus semina *Sinapios* pulverata cum *China China* junxit, neque id sine bono effectu; sed ardorem in ventriculo subinde passi sunt ægri, absque tamen detrimento, observ. *Bergius.*

24) In *febribus intermittentibus* Decoctum saturatum *florum Chamomillæ* multum confert;

Pulvis florum si *cortici Peruviano* additur, efficit, ut febris, semel curata, adeo non facile repullulet. *Bergius,*

25) In *febribus intermittentibus* præmissis congruis laxantibus, commendat *Duncan*;

Rec. *Cortic. peruv.* pulver. Drachm. 6.
Sachar. albi. Unc. dimid.
Nuc. moschat. Drachm. 1. & ½.

Piper

Piper. Jamaic. Unc. dimid.
Syr. Papav. alb. quant. ſuffic.

Miſce fiat *Electuarium*, de quo ſumat æger magnitudin. *Nuc. moſchat.* omnibus tribus horis. Qui

26) *Febres intermittentes protractas* quoque curavit Florib. *Arnicæ* Manipul. dimid. quem in cereviſia infudit, & 2. horis ante paroxyſmum propinavit.

Validum effectum dedit hoc Infuſum, cum vehementibus vomituritionibus, ſed tamen ſuſtulit apud unam ægram poſt binas doſes, apud alteram vero poſt unicam, in Dania *Aaskow.*

In *febrib. quartanis* herbæ *Arnicæ* Unc. dimid. coquere fecit cum cereviſia, cujus colaturam per plures dies omni mane ſumſerunt ægri, ſed febrem non ſuſtulit, uti pariter pulvis radic. *Arnicæ*, teſte *Bergio.*

27) Eximium uſum radicis *Serpentariæ virginianæ* in connubio, cum *Chinchina*, ad curandas *febres intermittentes*, pluribus caſibus clinicis obſervavit-anglus *Dan-Lyſons.*

Parare is ſolet pulveres
e *Cortice Chinchinæ* Scrupul. 2.
& Rad. *Serpentar virginian.* Scrupul. 1.

Quos quavis tertia l. quarta hora ſub apyrexia propinat.

28) In *febribus intermittentibus*, pulveres dedit quovis bihorio *Bergius*, optimo cum eventu,
e Rad. *Ari* ſolid.
Tartar Vitriolat. ana Scrupul. dimid.
Rad. *Rhabarb.* elect. Gran. 5.

Qui alvum purgarunt mediocriter, & ſubinde febrem ſuſtulerunt, quandoque abſque relapſu;
Sen-

Sensibilioribus vero tormina excitarunt, quare tunc dosis Ari diminuenda erat.

29) In *febribus intermittentibus* chronicis inveteratis - pertinacibus Corticis *peruviani* usum reformidantibus optime profuere

Flores Zinci Gran 2. quavis vice & ter in die;

Uti & *Vitriolum album*, observat: angli *Gilbert Blane.*

Tinctura vero *Rhabarbari spirituosa* Unc. 2. *Tinctur. Sennæ* Drachm. 6. commixta, septem l. octo horas ante paroxysmum sumta in hisces febribus tam pertinacibus, ab usu quoque Cortic. peruv. quam maximum auxilium præstitit, observat. angli *Saunder.*

30) Rusticus 40. annorum per 3. menses misere afficiebatur *febre intermittente* quotidian. Variis frustra adhibitis mediis, facie tamen subflava, somno & appetitu imminuto, paroxysmis non diu durantibus, debilitatem vero reliquentibus, ad cruditates varias e primis viis eliminandas emetica & laxantia, *Rhabarb.* cum *Sale ammoniac.* & solutio ex *Extract. amaris* cum *Tartaro tartarisato*, cum usu insigni adhibebantur, appetitus præcipue augmento, & sudorum nocturnorum imminutione.

31) Post octiduum usum horum remediorum Decoctum saturatum *Chinæ*, cum Cortice Salicis per 3. hebdomades sine effectu ullo adhibebatur, ad $\frac{3}{4}$ Libras *Cortic. Chinæ.*

Cui hinc. *Cort. Cascarillæ usus*, per 14. dies jungebatur, dein *Extract. cortic. Hippocastan.* ad Bucholz præscriptionem.

Sed

Sed hæc omnia remedia nil efficiebant, major virium proſtratio in ægro occurrebat, major anxietas in quovis paraxyſmo, cum diarrhœa fortiori, quæ Extracto ligni *Campechenſis* & *Terræ Catechu* in *Aqua Cinnamom.* ſoluta auferebatur.

Virium debilitas indies cum pulſu [debili-parvo ſeſe augebat, cum ſudoribus ſæpius intercurrentibus frigidis;

Omnibus hinc fruſtra ſumtis remediis tam variis antifebrilibus, *Extract. Cortic. Quercus* in *Aqua Chamomill.* ſolut. addita quantit. haud exigua *Terræ foliat. Tartar.* cochleatim inſigni cum fructu adhibebatur, in tanta copia, ut in initio per diem Scrupul. 1 - 2. Extract. aſſumerentur ab ægro.

Poſt uſum Drachmar. 3. paroxyſmi jam fiebant debiliores, & ceſſabant denique per totam diem.

Uſus hujus *Extr. Querc.* tamdiu continuabatur, uſque dum Drachm. 7. plane conſumtæ erant, quo dein omnis paroxyſmus febr. intermittent. ceſſabat, & mox vires reſtituebantur hujus ægroti, tam proſtratæ.

Nulla obſtructio alvi occurrebat in uſu hujus Extracti, quam præcipue ſal medium reſolvens additum avertebat. Per tempus quoddam Infuſum concentratum *Trifolii fibrini* adhibuit quotidie æger, ad vires ſuas eo magis roborandas & confirmandas, quo dein optima ſanitate fruebatur per biennium poſt, quo publice juris faciebat hancce obſervat. in *Baldinger* Magazin, medicus *Ilmenau.* D. *Pfündel.*

33)

32) *Febres quartanas* feliciter jam ſuſtulit *ſapone Starkey*, cum *Sulphure aurato* Antimonii mixto, *Wendt.*

33) *Febrem intermittentem* pertinacem debellandam commendat *Büchner*

Alumin. crud. Scrupul. 1. ad Drachm. dimid. cum

Sachar. æqual. ponder.

34) In *Febre tertiana* pluries profuit R.

a) die paroxyſmi in æſtu

Rec. *Cremor. Tartar.*

Rad. *Rhabarb.* el. ana Scrupul. 1.

Sem. Anis. ſ. Scrupul. dimid.

Miſce fiat pulvis laxans, una vice ſumendus, tum

b) vomitorium,

Rec. Rad. *Ipecacuanh.*

— *Rhabarb.*

Tartar. Vitriol. ana Gran. X.

Miſce fiat pulvis mane & jejune, die vacuo intercalari-non febrili; &

c) ad *ſupprimendum paroxyſmum* febrilem, die non febrili

Rec. *Sal. ammoniac.* depur.

Rhabarb. ver. ana Drachm. 1.

Sulphur. aurat. Antimon. 3. præc. Scrupul. 1.

Cortic. Peruv. Drachm. 6.

Miſce fiat pulvis in 12. part. æqual. dividend. Signetur omni trihorio pulvis 1. uti

35) In *febre Quartana* multoties hæcce remedia jam profuere,

Rec. *Conch.* citrat. ſ. *Magnes.* ſ.

Tartar. Vitriol.

Sulphur. aurat. Antimon. 3. præcipit. ana Drachm. dimid.

Miſce

Misce divid. in 4. part. æqual. Dentur ad tot chart. dist. Signetur omni die bis dosis, & Pulver. *Cortic. Peruv. alcoholisat.* Unc. dimid. in uno die. adhibeatur, conjuncto hoc vino stomachali,

Rec. Rad. *Gentian.* rubr.
Summitat. *Centaur. minor.*
Flor. Chamom. romar. ana Unc. dimid.
Sal. Tartar. Drachm. 1.

Misce, signetur *Species.* coquend. cum Mensur. dimid.
Aquæ fontan. per dimid horam, cui tum Mensur. dimid.
Vini elect. antiqu. affundend. & quotidie ejus vitrum 1. absolvend.

36) *Febris quartana - verminosa* juncta, in puero eo affecto tollebatur plane usu pulveris herbæ *Gratiolæ officinalis Linnæi*, ejus Granis 5. per 5. dies, quotidie sumtæ, quibus insignis copia ascaridum expellebantur. Post spatium 21. dierum pari modo continuata hæc methodus, cessabat effectus laxans, & post spatium 8. dierum cessabat tum plane quoque febris quartana verminosa. *Erhart.*

37) *Febres quartanas* multoties sustulisse, abdomine jam tumido juncto, usu tantum continuato *Sulphuris aurati Antimonii*, contendit *Gruelman.*

38) Ad *febres intermittentes* debellandas loco Cortic. chinæ, plusquam 300. ægris, optimo cum effectu adhibuit *Tartar. emetic.* in forma pilular. cum Extract. amaro, post evacuationem ana & kato, in tanta dosi, ut nauseam tantum quandam producerent, usu dierum tantum 7-8.

Uti



Uti in febrib. intermitenttibus, sæpius immediate ante paroxysmum febrilem, optimo cum effectu ordinavit

Syrup. Papaver. alb. Drachm. 2.
Laud. Liquid Sydenh. Guttas 25 - 30.
Sal. Ammon. depur. Drachm. 1.

Misce probe pro una dosi, coniuncto semper usu pediluvii subcalidi, teste in Medical Comentary *Crusland.*

39) In *febribus intermittentibus* Cochlear. 1. pulveris subtilis *Semin. Phellandrii aquatici*, ante paroxysmum, cum cerevisia calida sumunt rustici Brunsuicenses sine noxa, effectu potius exoptatissimo, observat. *Lange.*

40) Breviter ante paroxysmum febr. intermittentis, propinavit multoties bono cum effectu *Sydenham*, Rad. *Serpentar. virginian.* cum sudore copioso dein expresse instituto.

Rec. Rad. *Serpentar. virginian.* pulver. Gran. 15.
Vin. alb. Unc. 3.

Misce, usui, vasculatim adhibendi.

41) *Unzer* & *Medicus*. laudant eximie *Sulphur.* aurat. *Antimon.* qua specificum in *intermittentib. febrib.*

Rec. *Sulphur. aurat. Antimon.* 3. præcipit. Gran. X.
Cremor. Tartar.
Lapid. Cancror. ana Drachm. dimid.

Misce fiat pulvis, dividend. in part. 4.

Adhibeatur pulv. 1. ante paroxysmum, & repepetatur per quoddam tempus, hocce modo, & tum in forma pilulari cum Extracto amaro,

Rec. *Sulphur. Antimon. aurat* Gran. 12 - 15. fiant cum *Extract. Centaur. minor.* quant. suffic. Pilul. ponder. Gran. 2. quorum No. 2 - 3.

No 2-3. adhibeantur pro doſi, teſte *Medicus* & *Mellin.*

41) *Febres intermittentes protractas* ſæpius jam plane removit uſus *Aſæ fœtidæ*, in pilular forma adaptat.

42) Chirurgus quidam, (in *Panſa* ad *Baldinger* Magazin,) uſum *Arſenici* tam in *melancholia*, quam inprimis in *febrib. intermittent.* valde proficuum ſemper deprehendit.

Solvit nimirum *Arſenici* Gran. 2. in
Aquæ commun. Unc. 12.
De quo febricitanti exhibet Cochlear 2-3. quotidie.

In cujus regione ſanat fortunatiſſime alius Chirurgus *febres intermittentes pertinaciſſimas*, ſolutione *Arſenici* in *Aqua commun.* & *Cinerib. Clavellat.*

43) In *Febrib. intermittentib.* doloribus dorſi vehementer junctis permultum ſemper profuit frictio *Olei Terebinthin.* ad longitudinem ſpinæ dorſi. Uti *Decoctum* ſaturatum Rad. *Chin. Chin.* qua enema adhibitum magis profuit, quam alias per os ſumtum; uti ad recurſum febr. intermittent, ei permultum ſemper profuit *Vinum ſtomachale* amarum-martiatum, teſte *Richard* in Recueil d' obſervat de Medecin.

FISSURÆ

1) *Cutis*, in *facie* & *manibus*, a *ſiccitate-aſperitate* ortæ, tolluntur commode mucilagine *Seminum Cydoniorum.* *Re.*

FONTICULOS.

1) Apertos ſervandos, utuntur Turcæ Globulis e radice *Iridis florentinæ* confectis. *Forſkal.*



FISTULÆ.

1) In *fistula lacrymali* commendat *Plenk* injectionem per syringam *Anellianam*, paratam ex *Aqua vitrioli*; constante hac
ex *Aqua communi* simplic. seu Aqu. *Rosar. rubrar.* Unc. 6.
Vitriol. alb. Gran. 9. accurate mixtis.

2) In *Fistula maxillæ superioris*, personæ *scorbuticæ-siphiliticæ* eximium edidit effectum *Solutio herbæ Cicutæ* cum *Spiritu Salis culinaris* aucta, *Klein.*

FLUOR ALBUS, SEU LEUCORRHOEA.

1) In *Leucorrhœa* lotiones ex *Infuso Conii* multum levant, præcipue si usus *Conii* internus iis jungitur. *Bergius.*

2) Femina 28. annorum, temperamenti sanguineo-phlegmatici, post partum gravem non rite pertractatum, *fluorem album benignum* acquirebat, in tanta copia & reiteratis vicibus, ut menses eo plane cessarent, chlorosis, prostratio virium, appetitus imminutus, & melancholia tum accederent.

Simulac *Fluoris* hujus *albi irregularitas* quædam occurrebat, anxietas præcordiorum, cephalalgia, palpitatio, calores volatici exæstuantes irregulares oriebantur tam molestissimæ; fortiora emmenagoga adhibita primum efficiebant *hæmorrhagiam uteri*, cum ægrotæ enormi debilitate; menses tum cum sanguinis jactura nimia aliquoties recurrebant, quibus affectibus nullum anteponebatur remedium, per longum temporis spatium.

Ulti-

Ultimo denique methodus hæcce D. *Sandrats* optimo cum effectu adhibebatur.

1) Ob congestiones fortiores ad caput tendentes, & ob pulsum plenum, durum, *Venæ Sectio* in pede suscipiebatur;

2) Quotidie, bis Guttæ 60. *Tincturæ alcalinæ martialis:* & ad potum ordinarium,

Infusum *Chinæ* - *Sarsuparillæ* & rad. *Bardanæ.* Tinctura hæc *alcalina - martialis Niezky* paratur e *Limaturæ ferri* puræ parte 1. cum *Nitri* part. 3. mixtis, fusis in mortario candenti successive detonatis, & ad massam compactam fusis, in mortario ferreo, ante refrigerium pulverisatis, & in vasculum calefactum *Spiritu vini* rectificatissimo infusis, digestis, & quidem ter repetitis ac dein commixtis.

3) Omni vespera pilulæ ex *Extracto Cicutæ* - *Saponar.* & *Millefolii* - *Sapon. venet.* & *Limatur Martis.*

4) Quavis die quarto - quinto lene Infusum evacuans e *Pulpa Tamarindorum*, *Manna* & *Rhabarbaro.*

5) *Balnea* subcalida parata e *Valeriana* - Rad. *Petroselini* - *Fumar.* - *Majoran.* - *Meliss.* - *Cumini* vulgar. - *Matricariæ* & *Chamomill.* roman.

Quæ in linteamen circumvoluta, in balneo cocta, abdomini imponebantur, & aqua, iis cocta cum balneo commiscebatur.

In balneo hoc apparebat mox multum *muci* supernatantis, & uti iste sese imminuebat balnei usus intermittebatur, & ægra in spatio quatuor hebdomadum plane sanescebat. (ad *Baldinger* Magazin.)

3) *Fluorem album inveteratum* multoties plenarie sustulit *Oetinger* hisce pilulis;

 Rec.

Rec. *Sapon. venet.* Unc. dimid.
Asæ fœtid.
Baccar. Laur. ana Drachm. 1.
Pulver. Squill. Scrupul. 1.
Misce fiant lege artis pilul. Nro 60. Dentur, signentur omni bihorio eorum 2-3. cum subjuncto usu hujus *Infusi.*

Rec. *Herb. Millefol.* Unc. 1. cum
Aquæ commun. Mensur. 1. incoquend. ad Infusum saturatum, cujus vitrum 1. cum pilul. semper adhibend. est.

4) *Flores martiales* cum *Gummi arabico* in pilularum formam redact. præmissis congruis evacuantibus, in fortiori dosi adhibit: eximium præstiterunt usum, medico in anglia *Justamond.*

5) Uti alio medico in *fluore albo*, *angina venerea* simul juncta, profuere semper hæcce remedia

Rec. *Extract. panchymag. Croll.* Drachm. 1.
Mercur. dulc. Scrupul. 1.
Sulphur. aurat. Antimon. Scrupul dimid.
Misce fiant lege artis pilul. Nro 42. Dentur omni mane eorum 10-15. cum
Decocto saturato *Specierum Decocti Lignorum*, tum ad meridiem & ad noctem, Guttæ 90. sequentis Mixturæ.

Rec. *Tinctur. Antimon. acr. Hofm.*
Balsam. Copaiv. ana Unc. dimid.
Spirit. Sal. ammon. anisat. Drachm. 1.
Misce.

6) *Fluorem album inveteratum* hisce pilulis sæpius tantum sustulit, *Reuss.*

Rec. *Extract. Absynth.*
— *Millefol.* ana Scrupul 2. & $\frac{1}{2}$
— *Aloes Gummos.*

Gumm.

Gumm. Guajac. ana Scrupul 1.
— *Galban.* Drachm. dimid.
Vitriol. Mart. factit. Scrupul 2.
Sal. *Polychr. Seign.* Drachm. dimid.
Olei Anis. Gutt. 30.

Misce fiant cum mucilagin. *Gumm. Tragacant.* Pilul. ponder. Gran. 2. Consperg. Sem. Lycopod. Dentur, Signentur, mane & ad vesperam eorum 8-10. sumend.

7) *Cullen fluorem album* diuturnum sustulit plerumque hocce tantum pulvere, præmissis congruis evacuantibus.

Rec. Pulver. *Cortic. Peruv.* Drachm. dimid.
Rad. Columbo,
Specier. aromatic. ana Gran. 3.
Alumin. Crud. Gran. 6.

Misce fiat pulvis subtiliss. hujusmodi Nro 12. quotidie 1-2. sumend.

8) Feminæ per octo annos *fluore albo* misere affectæ D. *Trouchut* auxilium præstitit exoptatissimum hisce remediis.

Rec. *Gumm. ammoniac.*
— *Heder.* arbor.
Extract. Myrrh. aquos.
Trifol. fibrin. ana Drachm. 1.
Balsam. Copaiv. Drachm. dimid.

Misce fiant pilulæ cum
Syrup. Cort. Aurant. quant. suffic. ponder. Gran. 2. Consperg.
Pulver. *Semin. Lycopod.*

Dentur signentur eorum 10-12. bis in die.

Partes genitales mane & ad vesperam *Aqua tepida lavabantur*,

Et in vagina *Injectio* applicabatur e *Decocto* saturato *Avenæ*, quo mitigabantur subito dolo-

 res,

res, ardor urinæ & genitalium, & acrimonia in hisce partibus auferebatur plenarie. — *Fluor albus* magis vergebat in albidiorem colorem, & ejus copia sese imminuebat, *roborantia* hinc optimo cum eventu suasit.

Rec. Pulver. *Cort. Peruv.* optim. Unc. 2.
Cortic. Simarub.
— *Cascarill.* ana Unc. 1.
— Aurantior.
Rad. *Gentian. rubr.* ana Unc. dimid.
Misce fiat pulvis subtiliss. cui affund.
Vini Rhenani optim. Mensur. 1.
Digere leni calore per 24. horas, Colatur. adde.
Olei Tartari per deliquium Gutt. 20.
Detur, signetur, mane, post meridiem, & ad vesperam ut adhibeantur Cochlear 2.

Subjunxit tum injectionem hancce in vaginam.

Rec. Pulver. *Cortic. peruvian.* elect. Unc. 1.
Coque in *Aquæ fontan.* Unc. 10. ad remanent. Unc. 4. Colatur. adde
Aquæ Rosar. simpl. rubrar.
— *Vegeto-mineral. Goulard.* ana Unc. 2.
— *Calc. Viv.*
Tinctur. Myrrh. aquos. ana Unc. 2.
Misce accurate. *Reichart.*

FUROR UTERINUS

Sublatus plane *Aqua frigida*, injecta in vaginam uteri, & in intestinum rectum, & fomentationum ope ex *Aqua frigida*, ad partes genitales & circa caput.

In femina nimirum 26. annorum religiosa, ad amorem nimium intensa, affecta denique furore uterino, cum subsequentibus convulsionibus,

nibus, anxietate. Inanis plane erat usus Venæ sectionum, antiphlogisticorum mediorum, quimera *aqua* frigidissima profuit tantum, & quidem quater-sexies in forma *Clysmatis* in anum, uti & qua *injectio* in vaginam muliebrem applicata, & qua *epithema* frigidissimum ad partes genitales, & abdominis regionem; ad calorem vergentia semper noviter frigidissimis reiterabantur.

Aqua frigidissima, qua *Clysma*, adplicata eximie quoque profuit in *uteri spasmis*, diuturnis *obstructionibus alvi*, aliisque *tumoribus tympaniticis* ad *Frize Annalen.*

Sine ullo additamento - nec Oleo quidem, (quod vim ejus valde imminueret, roborantem,) mera *Aqua frigidissima* adplicabatur, quotidie bis - terve ad Unc. 6. alvo semper aperta manente.

Clysmata, fomentationes, injectiones ex *Aqua frigidissima* in vaginam uteri, & intestinum rectum adplicata, imminuebant subito æstum & calorem harum partium enormem, uti & humorum exæstuantium, expansionem nimiam vasorum & fibrarum, ac motus nimios, fibrarum contractiones, aucto eo magis motu & æstu sanguinis. Hocce modo roboratæ fibræ resistebant extensioni forti vasorum & comprimebant eo maiis humores, circulum impedientes & motum nimium. *Nicolai.*

GALACTOPÆA.

1) *Species pro Infuso Galactopæo Bergii.*

Rec. Rad. *Fœniculi* Unc. 2.
Herb. *Fœnicul.* — *Aneti*,
— *Cerefol.* ana Unc. 1. & ½ qua superfluum:
Semin. *Fœnicul.* Unc. 1.

Conc-



Conc. Cont. Misce fiant *Species*, ad parandum ex iis *Infusum*, quotidie in copia sumend.

GANGRÆNA.

1) In *Gangræna* & *Sphacelo* ad usus *externos* commendat *Bicker*.

Rec. *Sal. ammoniac.* depur.
Myrrh. rubr. ana Unc. dimid.
Nitr. depur. — *Camphor* ana Drachm. 2.
Misce fiat pulvis externe applicandus.

2) Ad *Gangrænam* externe confert quoque

Rec. *Myrrh.* el. — *Camphor.*
Nitr. depur. ana Unc. 1.
Misce fiat pulvis.

3) Ad *Gangrænam* - *Ulceraque cancrosa* herbam *Erysimi* - *Alliaria* valde proficuam deprehendit *Bergius*.

4) Rec. *Alumin.* Unc. 12.
Vitriol. alb. & *Virid.* ana Unc. 6.
Sal. Nitri. — *Sal.* Commun. ana Unc. 4.
Misce cum Aceti quant. suffic. ad Mellis consistentiam, super ignem impone tum, & adde
Pulv. *Cerussæ* Unc. 3.
Boli armenic. læv. Unc. 1.
Gumm. Thuris — *Myrrhæ* ana Unc. 2.
Misce, bene agitando donec fiat omnium massa dura, cujus solve Unc. 1. in Aceti Unc. 8. eaque linteum madefactum applicetur sæpius partibus *gangrænosis*. Quo remedio angli utuntur optimo cum usu, teste *Halyt*.

GLANDULARUM

1) *Infarctus* - *obstructiones resolvendas* commendat *Bicker*,

Rec.

Rec. Extr. *Taraxac.* — *Cicut.* ana Drachm. 2.
Terr. fol. Tartar. Drachm. 3.
Solv. in *Aqu. Taraxac.* per ferment. parat. Unc. 8.
Miſce capiat æger cochleatim ſæpius per diem.

2) Pulvere *Radicis Atropæ Mandragoræ* Melle exceptæ, vel etiam in Lacte coctæ, externe *tumoribus duris glandularum* maximo cum levamine applicuit *Hofberg*, qua *reſolvens-repellens.*
Radicis Grana 3. propinavit inſequente effectu, velut qua narcotico valido.

3) *Eſſentiæ Aconiti Napellus*, uti & ejus *Extracti* effectus in tollendis *glandularum colli tumoribus*, *ſcirrhoſis* eximie commendat *Greding-Stærk-Kæmpf.*

4) In *ſcrophuloſis* & *ſcirrhoſis glandularum colli tumoribus*, profuit præcipue *Succus* recens *expreſſus Gladioli lutei*, externe applicatus, & interne pluries *emetica* ex *Antimonio*, omni mane *Sal. polychreſt.* cum *Rhabarb.* interpoſitis ſimul aliquot doſibus *Calomel.* obſervataque ſimul diæta regulari morbo appropriata, *Armſtrong.*

5) Ex Aceto *Lythargyrii* ſ. ex *Aqua vegeto-minerali* parata *Epithemata*, circa collum applicata, ad glandulas induratas-obſtructas-roborandas, præmiſſis congruis antea reſolventibus, & evacuantibus mediis, commendat *Reichart.*

GONORRHOEA,

1) Pilulis *Conii maculati*, & Infuſo ſimul Conii largiter hauſto, ſæpiſſime intra menſem ſecure curavit *gonorrhœas recentes*; & in *gonorrhœ-*

 is

is inveteratis Conium cum *Mercurio ſublimato* conjunxit, *Bergius.*

2) In *Go orrhœa inveteratiſſima* pulverem, ex *Aconiti Extracto* & *Sacharo* paratum, valde proficuum deprehendit *Lebmacher - Stœrck*, uti

3) Inunctionem *Unguenti mercurialis*, *Fordyce.*

4) In *gonorrhœa* ſine infectione orta commendat *Plenck injectionem vitriolicam* paratam, ex
Aquæ commun. Unc. 6.
Vitriol. albi Gran. 9.

5) *Gonorrhœam virulentam*, cum *ulceribus* valde dolorificis in urethra, in perſona 20. annorum, ſubito & plenarie ſuſtulit *Oetinger* hiſce remediis.

Rec. *Virid. Æris* ſubtiliſſ. alcoholis. Drachm. 1.
Ceræ flav. Unc. dimid.
Therebinth. venet. Drachm. 3.

Miſce fiant *Cerei* in urethram applicandi, inuncti prius Balſamo hoc vulnerario.

Rec. *Aquæ phagaden.* Unc. 2.
Olei Momordic.
— *Verbaſc.* — *Hyperic.*
Liquor. Myrrh. per *deliquium* ana Unc. 1.
Vitell. Ovi Nro 1.

Miſce, ſignetur uſui, ad Cereos hocce Balſamo vulnerario inungend.

Rec. *Eſſent. Balſam peruvian.*
— *Succin.*
Tinctur. Antimon. acr. ana Unc. dimid.

Miſce. ſignetur uſui, mane, ad meridiem & ad veſperam Guttas 60. in Aqua Commun. ſumend.

Rec. *Spec. Decoct. Lignor.* Unc. 6.

Signetur uſui pro potu ordinario, per 3. hebdomad. continuand.

Rec.

Rec. *Aqu. Balſam. River.* Unc. 24.
Syrup. de *Althea Fernel.*
— *Symphyt.* ana Unc. 2.
Miſce, ſignetur, ter in die, & quavis vice tria cochlearia ſumend.

Rec. *Butyr. rec.* non ſalſi Unc. dimid.
Mercur. præcipit. rubr. Gran. 12.
Miſce uſui externo, ad *bubones* emolliendos.

6) Le *Clark* in Anglia injicit in *gonorrhœa* vix enata *benigna*, in urethram; uti in *fluore albo* in vaginam uteri,
Aquam ſaturninam, paratam ex
Aquæ Roſarum Unc. 8.
Sachar. ſaturn. Drachm. dimid.
Vitrioli albi Gran. 5.
Miſce.

Dolores hinc enatos *urentes* tollit ſemper injectione, dein ſubſequente, parata ex *Oleo* dulci-molli. *Bubones inguinales* ſuſtulit evacuantibus temperatioribus, regimine frigido, & *Unguento mercuriali.*

7) *Species* hæ *diureticæ* in *gonorrhœa* uti in *hydrope* non parum ſæpius profuere *Pl.*
Rec. Rad. *Saſſapar.*
— *Gramin.*
— *Liquirit.*
Lign. Saſſafr.
Summitat. Pini
Herb. *Capillor. vener.*
— *Heder. terreſtr.*
Semin. Fœnicul.
— *Apii* ana Unc. 3.
Miſce.

HÆ.



HÆMOPTYSIS.

1) *Angli* multo cum fructu utuntur hacce mixtura in hæmoptysi,

Rec. *Sal. Tartar.* Drachm. 1. solut. in
Aquæ commun. Unc. 8.

Dosis Cochlear. 3. pro dosi. Subito superbibat æger de sequenti mixtura eandem dosin.

Rec. *Spirit. Vitrioli* Drachm. 2. commixt. in
Aquæ commun. Unc. 8.

2) *Infusum* saturatum Herbæ *Millefolii*, cum summitat & florib. *Hyperici* ad partes æquales, in *incipienti hæmoptysi* non parum sæpius profuit, æque ac Decoctum saturatum *Lichenis islandici*, uti & sequentia remedia;

3) Rec. *Lapid. Cancror.* s. *Magnes simplic.*
Nitr. depurat.
Tartar. tartarisat. ana Drachm. 2.
Extract. Cascarill. Scrupul 2.

Misce fiat pulvis, bis-terve duo cultri cuspides sumend.

Quibus conjungi potest usus *Sal. Sedlicens* s. *Sal. mirabil. Glauber.* ad alvum simul apertam tenendam.

Ad *pulmones* iterum *roborandas Electuarium* hocce præcipue confert,

Rec. *Nitr. depur.* pulverisat.
Gumm. arabic. — ana Unc. dimid.
Sal. polychr. Seignett.
Rhabarb. ver. ana Unc. dimid. ad 1.
Cortic. peruv. elect. Drachm. 2.
Pulp. tamarind.
Sachar. alb. ana Drachm. 6.
Balsam. vulnerar. Dippel. vegetab. Drachma 1. quantum sufficit ad *Electuarium*

um mediæ consistentiæ. Signetur *Usui* omni bihorio *Nuc. Jugland.* magnitud. sumend. — *Oetinger.*

4) In *Hæmoptysi* (sanguinis spumosi,) juncto quoque *spasmo-emesi*, profuit eximie *Krebs*,

Rec. *Aquæ Menth.* sin. vin. Unc. 4.
Olei Lini Drachm. 6.
Laudan. vinos Gutt. 50.

Misce. Dedit cochleatim hancce mixturam.

Ob statum junctum biliosum adhibuit simul cum fructu per octo dies.

Pulverem e *Cremor. Tartar.*
Sale mirabil. Glauber.
Sachar. Lactis cum
Theriac. Cœlest.

5) In *hæmoptysi* multi rubri sanguinis, juncto *tussi vehementi*, uti & *expectoratione* flava mucosa-insipida-inodora, nulla præsenti anxietate pectoris, nec ejus oppletione, adhibuit semper minori haud cum fructu, hancce mixturam, *Duncan.*


Rec. *Infus* folior. *Rosar.* Unc. 2. (ad Edinburg. Dispensat.)
Mucilagin. Gumm. arabic.
Syr. *Consuet. pectoral.* ana Unc. 1.
Aqu. destillat. *Hyssop.* Unc. 3.

Misce omni trihorio Unc. dimid. ut sumat æger; quam ægri sine molestia continuarunt.

Huic mixturæ addidit quoque mane & ad noctem pulverem e
Nitr. depurat. Drachm. dimid.
Gumm. arabic. Drachm. dimid.

Qui *tussi* in nocte *molesta* afficiebantur, & *dolore pectoris*, suasit istis loco prioris Mixturæ e Gummi arabic. muco, & Syrup. simplic.

Tin-

Tincturæ thebaicæ Drachm. 2. (ad Edinb. Dispensator.)
Aquæ Hyssop. Unc. 4.
Ut ejus Unc. 1. sumat æger omni vespera ad mitigandam tussim.

HÆMORRHAGIÆ VARIÆ.

1) Rec. *Succ. Millefol.* express. depur. Unc. 12.
Sachar. alb. Drachm. 2.
Misce. Dosis, bis de die Unc. 3. in quavis hæmorrhagia. Qua arcanum ab alio medico commendat *Fuller.*

2) Rec. *Vitriol.* alb. Drachm. 1.
Aqu. commun. Unc. 1.
Misce. *Externe* cum plumaceolis adplicandum, sanguinem mire sistendo, teste *Swieten - Mellin.*

3) Rec. *Herbæ Millefol.*
Summitat. *Millefol.* ana Manipul. 1.
Sem. *Fænicul.* Drachm. 2.
Conc. misce fiant Species, ad Infusum theiforme valde proficuum contra hæmorrhagias. *Fuller. Mellin.*

5) Qua certissimum - securum & exploratissimum remedium profuit *Voglero*, *Mixtura* ejus *sedativa* - dicta in *Sanguinis profluviis nimiis, hæmoptysi - narium* & uteri *hæmorrhagiis*, a venæ sectionis neglectu - *hæmorrhoidum* & *mensium* suppressione & emansione oriundis.
Rec. *Aqu.* florum *Acaciæ*
— *Rubi Idæi* ana Unc. 3. 1. Aquæ commun.
Aceti vulnerar. vegetabil. Dippelii.
vel *Aceti destillat.* simplic. Unc. 1.

Ni-

Nitri depurat. Scrupul. 4.
Magnes. Nitri optim. Drachm. dimid.
Pulver. *Granor. Kermes* Scrupul. 1.
Extract. Opii Gran. 3.
Syrup. *Papaver erratic.* Drachm. 6.
Misce. *Dosis* omni bihorio Cochlearia 2.

6) Qua specificum in *sanguinis profluviis* laudat *Infus.* fungi *Melitensis* restringent. s. *Cinnomorii Coccinei* Linn. apud Melitenses, qua medicinam domesticam, *Boccone*, teste *Bergio*.

7) Ad *hæmorrhagias* varias, præcipue quoque e gingivis, ab excisione dentium, profuit eximie *Dolfus*, *Gypsum* Aqua communi ad epistomium redactum, gingivis excavatis, dentibus orbatis subito immittendi, & curandum ne quid deglutietur ex hoc epistomio.

8) Ad quasvis *hæmorrhagias* nimias, qua optimum & efficacissimum remedium *antihæmorrhagicum*, commendat *Dolfus* pulverem subtilissimum *Aluminis*, vulneri immediate inspersum;

Uti in *hæmorrhagia narium* cavitatibus narium immissum s. applicatum, coloribus variis oblinitum ad majorem suavitatem.

9) In viro 60. annorum *hæmorrhagia narium* pertinax subito tollebatur *Aqua vulneraria Theden*, variis antea incassum adhibitis remediis, tam epithematibus frigidis, quam Spiritu vini rectificatissimo, solutione Aluminis, Venæ sectione, teste *Reichard*.

10) D. *Syargi* laudat enixe in *hæmorrhagiis* quibuscunque, pulverem a præparatione *Laudani liquidi Sydenhami* remanentem, qua siccum cum Aceto forti intime miscendi, exsiccatum dein subnomine *Aethiops e Laudano*, per Grana adhibendi, uti in *dysenteria* ejus usum

usum eximium deprehendit, ad Tom. V. Actor *Bononiens.*

11) *Hæmorrhagias* tam *narium*, quam *hæmorrhagias* a vulneribus ortas, subito qua sistens medium, commendat *Aquam Aluminis*, *Plenk.*

12) Uti iste quoque ad *hæmorrhagias narium* speciatim commendat *Aquam vitrioli stipticam*, paratam ex

Aquæ Rosarum Unc. 2.
Vitrioli alb. Drachm. 2.

Mixta probe naribus ope syringæ immittendi.

Vel *Vitriolum calcinatum* ad *albedinem*,
in *Aqua communi* solutum,
Syringæ ope naribus immissum.

Quod in pulveris forma alias valde nocentem vim exserit.

In *hæmorrhagiis* narium quidam qua amuleto cum fructu utuntur *Radice* purificata *Urticæ vulgaris*, & *Rutæ officinalis*; uti alii apices acutissimas trium *Ovorum* crudor: cultro supra excisas, pulverisatas, aceto commixtas ad pulticulam, patinæ immittunt, sanguinem tum per hæmorrhagiam e naribus emissum huic pulticulæ decidere jubent, quo subito hæmorrhagia cessabit.

HÆMORRHAGIA UTERI.

1) *Ipecacuanham*, sub parcissima dosi, nempe dimidia parte *Grani*, quovis bihorio l. trihorio datam, *hæmorrhagias uteri* feliciter suppressisse docet N. *Dalberg.*

Eadem via plures ego fœminas sanavi, etiam ubi quasdam e protracta *hæmorrhagia uteri* ferme *enervatas* deprehenderam; & quod sæ-

pe

pe miratus sum, curat sic *Ipecacuanha* sine relapsu, agit in hoc morbo, ut verum *specificum*.

Subinde enim vidi fœminas, post paucas ejusdem doses, levatas, atque deinceps curatas, & si tota summa Ipecacuanhæ, ab ipsis sumtæ vix Scrupulum 1. excesserat.

Veruntamen idem de *aliis* non valet *hæmorrhagiis*, in *hæmoptisi* nunquam mihi Ipecacuanha successit; *hæmorrhoïdes nimias* eadem semel quidem vidi sufflaminatas fuisse, sed non ita multo post recruduisse, in *mictu cruento* ter eam frustra præscripsi contendit *Dalberg*, teste *Bergio*.

2) *Hæmorrhagia uteri* laborantibus propinant in Sibiria Decoctum saturatum Herbæ *Ptarmicæ* s. (*Achillæa ptarmica*,) teste I. G. *Gmelin*.

3) *Hæmorrhagia uteri*, per duo annos affectæ feminæ, 60. annorum, cum conjuncta *Ischiade*, & grumosi nigri-fœtidi sanguinis magno profluvio, post usum *Extracti Aconiti Napellus* tolllebatur plenarie.

Jam die sexto sanguis tenuior & pallidior apparuit, & die septimo mutabatur in serum album, die undecimo plane profluere cessavit; *dolor ischiadicus* quoque sensim sensimque imminuebatur. Quo modo feliciter curata & a malo suo ægra liberata est, teste *Blom*.

4) Ad *Hæmorrhagias uteri puerperarum* compescendas commendat Le Roux, uteri orificio immittendas *turundas*, e *spongiis Quercuum* paratas, immersas in Decocto saturato *Gallarum Quercuum turcicarum*,

Conjunctis simul epithematibus ex Aqua frigida, & constrictionibus, levi quidem modo, sed



ſed tamen fortioribus linteaminibus abdomini congrue applicatis. Obſervat le *Roux*.

5) *Hæmorrhagiam uteri* pertinacem, mera *Aqua frigida* regioni pubis applicata, feliciter ſemper ſuſtulit in anglia *Fizpatrik*.

6) *Succus* recens *Sorbi aucuparii* in *hæmorrhagiis uteri* multum profecit in *Suevia Buchkav*.

7) In *hæmorrhagia uteri chronica* bonum effectum ſæpius expertus eſt.

Ab Extract. *Aconiti*, a Gran. 1. 10. bis l. ſæpius de die *Bergius*.

8) Femina 36. annorum, per plures menſes omni tertia hebdomade *hæmorrhagia uteri* forti, & in tempore intercalari *fluore albo* copioſo afficiebatur, varia adhibuerat remedia fruſtra, pulverem denique quoque a medico præſcriptum e *Nitro*, *Tartaro*, *Sacharo*, & paucis Granis *Ipecacuanh.* quotidie duo portiones ſumend. ita ut a rad. *Ipecacuanh*. Gran. ½-1. ad diem ſumeretur, cujus uſu annuo *hæmorrhagia* non ceſſabat, *fluor vero albus* magis copioſus, acris, & fœtens evadebat.

Quo tempore elapſo mixtura tum ab eodem medico præſcribebatur

ex *Aqua Commun.* Unc. 6.
Nitri, Drachm. 1. *Opii* Gran. 3.
Magnes. Drachm. dimid.

Quæ multoties repetebatur, ſine nulla hæmorrhagiæ imminutione, majore potius juncta debilitate, ad ſyncopem usque, in tanto ejus gradu, ut e lecto ſe non amplius petere poſſet.

Fluor albus in tam enormi dein accedebat quoque copia, ita ut materia fœtens ichoroſa in lecto linteaminibus copioſe appareret, quo virium proſtratio enormis ſubſequuta eſt, frigus

gus corporis, pulſus parvus & debilis, cum ſyncopes affectibus reiteratis.

Medicus hinc noviter electus cauſam hæmorrhagiarum tam copioſarum & longinquarum quærebat in *Nitri* tam longo uſu, ſanguinem facile reſolventis & acrimoniam inferentis, uti & in *Opii* uſu nimio, ſanguinem jam tenuem nimis reſolventis - exæſtuantis - & pellentis.

Hæmorrhagiam uteri, qua ſymptoma urgens, curabat iſte potius imminuendi uſu *Elixir acidi Halleri* cum *Decocti Hordei* quantit. ſuffic. Quale remedium eum nunquam fefellit. Ad *obſtructiones alvi* tam diuturnas *imminuendas*, a longo *opii* uſu ortas, *Cremor. tartari* cum *Sale Glauberi* aliquoties ſumend. ſuaſit; qua ſalia præcipue ſecure conducentia in ſanguine reſoluto & perſonis tam debilitatis,

Hæmorhagia uteri mox ceſſabat, & *Fluor albus* imminuebatur cum minori fœtore.

Elixir acidum Halleri per quoddam tempus continuabatur, poſt tres hebdomades; hæmorrhag. recurrebat quidem, in tam exigua copia, ut femina e lecto varia negotia ſuſcipere poſſet.

Simulac *planarie hæmorrhagia hæc uteri ceſſabat*, adhibuit ægra multo cum fructu *Decoctum* ſaturatum *Cortic. peruviani*, cui ob flatuum moleſtias *Liquor anodin.* addebatur, cujus uſu continuo, conjuncto ſimul interpoſito *Elixir acido Halleri*, hæmorrhag non tam copioſe retrocedebat, nec copiam menſium ordinarior. ſuperabat, ſine ulla virium jactura.

Ob *fluorem album* vero non plane ceſſantem ſuaſit medicus, quavis veſpera doſin *Rhabarbar.* rad. (ad *Tralles* conſilium,) combinandi cum

 remed.

remed. prægressis, qua valde efficax remedium, & specificum contra huncce effectum.

Viribus vero partim restitutis *Seri lactis* usum commendabat *Saponibus vegetabilibus*, & *Clysmatibus antispasmodicis* viscerum obstructiones & irregularem statum removere studebat optimo eventu, ad hujus ægrotæ plenariam restitutionem D. M. (non denominatus in *Baldinger* Magazin.)

9) Vidua sexaginta annorum, mensium cessatione in ea occurrente in ætatis ejus anno quadragesimo sexto, afficiebatur *uteri hæmorrhagia*, continuo fere guttatim succedente isto uteri fluxu, conjuncta simul nausea ciborum, tumore sub scrobiculo cordis, emaciatione, debilitatione totius corporis, variis antea frustra adhibitis remediis, nil sumebat ea per longum tempus, quam *Aquam ferro* candefactam pro *potu ordinario*.

Ob *alvum* semper adstrictam, & ob nauseam contra usum clysmatum, adhibuit ea cum fructu mane & ad noctem *Cremor. Tartari* Unc. dimid, quæ tres ad quatuor sedes produxerunt: *Cortic.* tum *Peruvian.* Drachm. dimid. quavis vice mane & post prandium.

Post primam assumtam dosin succedebat vomitus, sequentes producebant alvi sedes 2 - 3.

Die quarto continuabat debilitas corporis, tumore vero abeunte, *hæmorrhagia* vero *uteri* adhuc continuabat, & urinæ effluxus copiosus. Observata quiete simul congrua corporis & animi, Decoctum *Cortic. chinatum* aquosum saturatum cum eadem mellis quantitate, vasculatim adhibebatur, cujus usu nullus succe-

debat

debat vomitus, & alvus regularis, urinæ vero copiosa excretio.

Die vero sexto, usu continuato Cortic. peruvian. in hacce dosi vires augebantur, & *hæmorrhagia* uteri plenarie cessabat, e quo temporedein quoque in posterum nullus aderat novus insultus, sed in pristinam redibat sanitatem hacce curatione; teste *Reichart.*

10) In *hæmorrhagiis uteri pertinacibus-chronicis* sæpius, non subito utero se contrahente in puerperis, sed sanguine perpetuo effluente, profuerunt *epithemata Aqua frigida* parata, abdomini ita applicata, uti & *injectiones Aquæ frigidæ* in uteri vaginam. Quibus non sufficiebant, & breviter tantum sanguinis fluxum sistebat, tum fortiorem excitabat effluxum, in istis magis proficuum deprehendit *Mohrenheim*, si sanguinis partes quædam congrumatæ in utero remanent, ad uteri vaginam clausam tenendam, & sanguinis effluxum continuum impediendum, conjuncta vero simul abdominis continua fricatione, deligatione artuum.

Usum *Tincturæ Cinnamomi in initio hæmorrhagiarum* uteri non tam universaliter applicandum esse deprehendit quoque *Mohrenheim*, sed in casibus quibusdam tantum determinatum, uti in utero debili-relaxato, nimia corporis debilitate simul juncta.

In *hæmorrhagia* uteri a *plethora* orta, *venæ sectio* tum & *temperantia* conducunt, uti in *spasmodica*-antispasmodica.

Strobilos istos e sanguine congrumato in vagina uteri ortos, placenta prius uterina post partum accurate educta, qua unicum remedium secu-

rum



rum commendat *Mohrenheim* in *hæmorrhagiis* iſtis copioſis - *pertinacibus uteri*, ſtatim in initio mali adhibitos.

11) *Murſinna* valde proficuum deprehendit uſum *Syrupi Papaveris*, in *hæmorrhagiis* præcipue *nimiis uteri*, gravidis obviis, debilitatis jam nervis, conjunctis pectoris anxietatibus, - ſyncope - convulſionibus, conjuncto ſimul uſu remediorum externorum frigidorum repellentium, & in uteri vaginam immiſſorum, qua anodynum - ſopiens motus, qua contrahens fortiter partes relaxatas, & ad motus fortiores tamen excitans iſtas.

12) *Acida*, *papaverina*, & ſpeciatim *Alumen*, ad Grana 12 - 18. ter - quater in die ſine orta obſtructione, in majori quoque doſi, eximie ſemper profuere in *hæmorrhagiis uteri*, ad Baldinger Magazin - *Crell*,

13) Aliis practicis ſubitaneam jam ſæpius opem præſtitit *Decoctum* ſaturatum herbæ *Rutæ* in *Aceto vini*, ſpongia eo impleta, regioni pubis feminini ſexus adplicata, & ſæpius repetitis vicibus calefacta impoſita, ſimulac frigeſcere incipiunt.

Uti *Dolfus* valde proficuum deprehendit in hiſce affectibus *Axungiam ſuillam*, *Aceto vini forti* madefactam, calide inter linteamen involutum regioni pubis applicatum;

Vel uti *Fuligo furni* ſeu aheni, cum *Aceto vini* ad *Cataplaſma* redact. tum tepide genubus applicata, & ſimulac ſicceſcere incipit, iterum Aceto vini madefacta hæmorrhagias uteri ſubito ſuſtulit; *Dolfus*.

14) *Femina* 30. annorum, laborabat *irregularitate menſium*, inopinato arripiebatur *hæmorrhagia*

hagia uteri vehementi, quo per tres ſeptimanas valde debilitabatur, ſentiebat ſimul *pruritum* haud exiguum circa *anum*, & in recto inteſtino *niſum* ſæpius *ad* frequentem *alvi excretionem;* variis antea fruſtra adhibitis, cogitabat mox de *aſcaridum* præſentia, quum in conſilium vocaretur D. *Marx*, quæ facillime poterant excitare hancce ſenſationem vellicantem & irritantem. Senſatio hæc præternaturalis ob viciniam circa uterum multum ſanguinis ad uterum dirigebat, ac hocce modo multum ſanguinis effluxum, interdum nimis copioſum producebat; *Enema* hinc ex *Oleo Lini* paratum, & ita adplicatum eximie inſignem aſcaridum copiam expulit, & enemate hocce aliquoties repetito hæmorrhagia uteri ceſſabat ſucceſſive. Cauſa enim mali ſublata, ceſſabat ejus effectus, ſtimulo ab aſcaridibus ceſſante, hæmorrhagia quoque uteri eo tollebatur teſte D. *Marx*.

15) *Cortex Peruvianus* in connubio *Seri lactis aluminoſo* eximias jam virtutes præſtitit in *hæmorrhagiis uteri.*

In *femina* 44. annorum *hyſterica*, *iracunda*, *irregularitate menſium* affecta, earum interdum plenaria obſtructione, ſiti vehementi, cephalalgia, *Syncope*, ab *enormi hæmorrhagia uteri* orta, cum *pulſu debili*, *Aceto vini* impletum *ſpongium*, qua *epithema frigide* regioni ejus pubis applicatum, ſubitaneum præſtitit auxilium, quam alias conſuetus Liquor cornu cervi, alternatim ſimul adhibito pro potu ordinario *Limonade*, ſic dicto, cum *Spiritu Vitrioli*; & qua roborans, *Extract. Cortic. Chin.* Drachma I. iu *Aquæ Cinnamom.* Unc. I. ſolut. *Sy-*



rupo Acetositat. Citri. vel *Rub. Idæi* edulcorat. quater in hora quavis Cochlear parvum pro Dosi. Ob reiteratos recursus hæmorrhagiae ex utero, sumsit dein aegra in majori dosi vasculatim *Decoctum* saturatum *Cortic. Peruviani*, omni trihorio, cum interposito potu copioso *Seri lactis aluminoso*.

Huic decocto per quoddam tempus adhibito subjunxit medicus usum *Extract. Cortic. peruv.* in pilular formam redactum. conjuncto simul usu *Seri lactis aluminoso*; & ultimo denique adhibuit ea multo cum fructu *pulverem Cortic. peruv.* in *lacte* cum *sacharo*, & ad *potum Serum lactis aluminosum*.

Serum hoc *lactis aluminosum* parabatur e *Lactis vaccin.* Unc, 18. & *Alumin.* pulverisat. Drachma 2. quod ultimo denique solum ab ægra sumebatur, omni hora cochlearia 2-3. quo hæmorrhagia uteri dein plenarie cessabat, & excrementa erant fœtida iterum lumbricis impleta.

Post spatium 6-8 dierum commutabat ægra Serum lactis aluminosum cum pulver. Cortic. peruv. in lacte per 8. tantum dies Hisce remediis plenarie ea sanescebat, & menses quoque regulariter iterum recurrebant. *Reichard.*

Cel. *Mead* & alii antiquioris jam ævi medici commendarunt usum *Seri lactis aluminosi* in *hæmorrhagiis uteri*, uti e recentioribus quoque *Leake* commendat *Decoctum* saturatum *Chinatum*, cum *Elixir Vitrioli* & pauca quantitate *Tincturæ Cinnamomi*, in doloribus nimiis uteri *Syrup. papaver.* edulcorat.

HÆ-

HÆMORRHOIDES.

1) Rec, *Vitell. ovor.* 5. Conquassantur cum
Aqu. Rosarum Unc. 3. adde
Croci Drachm. 1.
Misce fiat *Cataplasma* anodynum. *Mellin.*

2) *Pulvis hæmorrhoidalis Pharm. paup. Prag.*
Rec. *Sachar. alb.* Unc. dimid.
Flor. *Sulphur.*
Nitri depur. ana Drachm. 2.
Misce fiat pulvis.

3) *Hæmorrhoidale Unguentum. Pharm. paup. Præg.* & *Hamburg.*
Rec. Unguent. *Verbasci* vel. *Ungu. Altheæ* Unc. 1.
Camphor. in *Olei Lini* quant. suffic. solut. Scrupul. dimid.
Opii pur. Gran. 5.
Misce.

4) In *affectibus hæmorrhoidalibus* etiam cæcis, uti et in *varicibus hæmorrhoidalibus* eximie profuit *Voglero Cortex peruv.* cum *Cremore Tartari.*
℞. *Cort. peruv. alcoholisat.* elect. Drachm. 6.
Cremor. Tartar. Drachm. 2.
Misce fiat pulvis.

5) *Suber ustum* in *hæmorrhoidibus cæcis* adhibetur - unguento immixtum, *Bergius.*

6) *Linimentum hæmorrhoidale Anglorum* quorundam medicorum, valde proficuum ita paratur.
Rec. *Opii.* puri,
Camphor. ana Scrupul. 1.
Solve in *Spiritu Vini* quant. suffic. adde
Sachar. Suturn. Drachm. dimid.

Ungu-



Unguent emollient. Unc. 1.
(ad Pharm. Londin. vel Edinburg parat.)
Misce fiat *Linimentum*, in cujus usu simul hocce remedium combinandum est.

Rec. *Electuar. Lenitiv.* Unc. 2.
Flor. Sulphur. Unc. 1.
Syrup Rosar. quantum sufficit.
Misce fiat *Electuarium. Dosis.* Sumat æger mane & ad vesperam nucis Juglandis magnitudinem. *Halyt.*

Utuntur quoque angli hocce *Linimento hæmorrhoidali* cum multo fructu.

Rec. *Sachar. Saturn.* Drachm. 2.
Solve in *Oleo florentin.* Unc. 7.
Tinctur. Thebaic. vel
Laudan. Liquid. Sydenham. Unc. $\frac{1}{2}$
Misce fiat Linimentum mane & ad vesperam adplicandum. *Halyt.*

7) *Unguent. hæmorrhoidale Essich.*
Rec. *Unguent. Hyoscyam.* Unc. 2.
Croci. Scrupul. 1.
Camphor. Scrupul. dimid.
Misce fiat *Unguentum*, leniens dolores hæmorrhoidum cœcarum, & eas discutiens.

8) In *Hæmorrhoidibus coecis - dolentibus* ter in die, *Aquam vegeto - mineralem Goulardi*, loco dolenti, qua epithema adplicuit, & tum *Ceratum Saturni*, quod magis profuit, quam Unguentum de Linaria vel Altheæ, vel alia consueta emollientia Unguenta, & Emplastra magis nocentia quam proficua; *Theden - Reuss.*

Flores Zinci & inflammationibus oculi, & in excoriationibus cutis alias tam proficui ad Unguenti

guenti formam redacti, æque proficuam præstare possunt opem, *Reuss.*

9) *Nodis* & *tuberculis hæmorrhoidalibus* profuit sæpius eximie *Duncan*, hocce Electuarium.

Rec. *Flor. Sulphur.* Drachm. 2.
Cremor. Tartar. Unc. 2.
Syrup. Papaver. quant. suffic.
Misce fiat Electuar. de quo ter in die Drachm. 1. sumetur ab ægro.

HEMICRANIA.

1) In *Hemicrania* Radicem *Valerianæ* qua specificum laudat *Fordyce*, cum quo consentit quoque *Strandberg*; radix vero tempore vernali collecta esse debet, magis efficax quam alio tempore, Drachmæ ejus nempe 2. quotidie sumtæ.

2) *Hemicraniam* vehementem *arthriticæ* feminæ, in latere *capitis dextro*, conjuncta simul *odontalgia* gravi, cum rubedine faciei, pulsu tamen celeri parvo, & interlatente affectu bilioso, sustulit primum solutione *Tartari emetici*, *vesicatorio*, & pulvere e *Cremore Tartari*, *Camphora*, *Glycirrhiza*, & externo *anodyno* e *Naphtha vitrioli*, cum *Laudano* parato, per 10 dies, tum suasit Guttas 40. *Sulphur. aurat. Antimon. liquid.* quo sudor succedebat salutaris; — ob continuam vero *rubedinem faciei*, & capitis, ejusque dolorem atque *tumores frigidos*, profuit ei præcipue subjunctus usus *Elixir* ex *Extracto Quassiæ*, — *Sulphure aurato Antimon. liquid.* — cum Aqua *Menthæ piperitid.* D. *Krebs.*

HEPA-

HEPATIS AFFECTUS.

1) In *Obstructionibus hepatis* egregios effectus jam præstitisse contendit Anonymus anglus, *Infusum foliorum Lauro Cerasi*, uti *Cataplasmata* e foliis & farina in *tumoribus scirrhosis*, qui *Aquæ* quoque *Lauro Cerasi* Guttas 30-60. ter-quaterve dedie dedit, & potentissimam ei adscripsit vim, ad *viscidum* tenax resolvendum. *Bergius.*

2) In *hepatis morbis* eximiam efficaciam jam præstitit Radix recens *Taraxaci* s. *Leontodon Taraxaci*, *sero lactis*, l. jusculis & apozematibus incocta. Sæpius cum successu resolvit *duritiem hepatis* teste *Bergio*, cum jusculo, parato e radice recent. *Taraxaci*, & folior. rec. *Acetosæ*, in sero lactis coctis, vel in Aqua, addito vitello ovi, quod jusculum quotidie per plures septimanas, imo menses, sumserunt ægroti, propinato simul *Cremore Tartari.*

Quale regimen exoptata quoque præstitit in *Calculo felleo* & in *ascitide.*

Uti aliis medicis Decoctum saturatum *Radic. Cichorei* vel Herbæ *Chelidonii* major. qua potentissima resolventia.

3) *Hepatis inflammationes* optime removit *Unguento mercuriali* externe, & interne usu *Calomel* a Gran. 1-5 in die cum Conserva discutiente, ad bolum redact. ob *dolores* nimios vero conjunctos Syrupo *papaveris*; in anglia *Hamilton.*

4) *Tumore* sub *costis spuriis* insigni afficiebatur in latere *dextro* æger quidam in Anglia, ad umbilicum usque sese propagante, in initio sine insigni molestia, excepta *tussi* titillante a pres-

pressione tumoris, & respiratione molesta, anhelosa, cum siti exiguo, appetitu debili, somno irregulari, pulsu valde celeri, urina naturali, per biennium continuabat hicce tussis, & tumor major fiebat, vomitus succedebat cruentus, hinc ægro suasit *Duncan* cum effectu exoptato *Acidulam*, & externe

Unguentum mercuriale, ejus Unc. 1. addidit.

Camphor. Gran. 10.

De quo pro dosi semper Scrupul. 1. probe per frictionem erat applicandus, loco tumido usque dum globuli mercuriales plane disparuerant, cujus usu dolor sese imminuebat.

Ob *tussim* vero fortiorem, molestam nec minorem per tam longum tempus, suasit *Mercur. vivi depurat*. Gran. 1. *cum Conserva Cynosbatos*, tamdiu fricat: usque dum globuli mercuriales plane disparuerant, & bolus parari ex eo poterat, qui ab ægro omni vespera alternatim sumendus erat.

Imminutionem jam quandam *doloris* & *tumoris* sentiebat æger ab usu Bolorum horum tantum sumtorum 3. sine ulla molestia, conjuncto usu Unguent. hujus mercurial. externo, continuabantur per quasdam septimanas hæcce remedia, usque dum dolor quidam molestus in gingivis sese manifestabat, cum minore tamen tumore dolente, quam ob causam unguentum tantum mercuriale continuabatur, per quoddam tempus, usque dum ægro denique suadebat ultimato pilulas *Thebaicas* s. pacificas Dispensator. Edinburgens. paratas ex *Opio*, --- Extr. *Glycirrhiz*. --- *Sapone*, --- *Jamaicens*. Pipere

Ripe-

& quidem eorum Scrupul. dimid. omni vespera alternatim sumt. quo modo æger plane sanescebat. *Duncan.*

HERPES.

1) *Succus Allii sativi herpeti* illinitus, sæpe profuit *Bergio.*

2) In *herpete* externe applicatum, *Gummi Guttæ*, commendat *Barrere.*

3) *Herpetem* feliciter jam sustulit *Gregory* hacce methodo,

Rec. Rad. *Oenanthe Crocat.* Unc. dimid.
Vini albi Unc. 8.

Macera per biduum. *Dosis*, capiat æger ter in die Gutt. 30-40. cum

Infusi Lini Unc. 2. Quo modo continuavit Infusum ad Drachm. 1. ter in die, ad Drachm. 2. dein quater in die.

Qui commendat quoque usum pulver. *Doveri* Gran. 10. & *Julapp. diaphoretic.* Unc. 1. ante eruptionem sudoris, & inter sudandum Decoctum *Avenæ*, in & externe.

Commendat quoque *Mercur. sublimat. corros.* Gran. 2. solut. in mucilagin. *Gumm. arabic.* Unc. 6.

Dosis. Unc. dimid. quater in die ascendendo ad Gran. 3.

4) In *herpete furfuracea* eximie jam profuit *Essentia Myrrhæ* cum *Aquæ* commun. part. 2. commixt. externe applicata, uti in aliis *Emulsio amygdalar.* cum *Gummi arabico* commixta.

5) *Herpetem circumvagantem* jam sustulit feliciter Unguentum e *Sapone veneto*, — *Extract.* sa-

Saturni, & *Aqua Calcis*, uti in maligna usus Infusi & pulveris *Violæ tricoloris*. *Stark* observat.

6) In *Herpete* inveterata commendat *Emplastrum* e *Succo Tabaci*, *Cera* & *Therebinthin*. paratum; & lavamentum *Aceti destillati* ope, *Herz*.

7) In affectibus *serpiginosis* usum Infusi vinosi l. aquosi *Solani dulcamar*. valde proficuum deprehendit *Carrere* & *Stark*.

8) *Tincturam cantharidum* externe applicandi commendant angli, cuti serpiginosæ furfuraceæ, quæ ejus usu plane glabra fit.

9) *Decoctum* corticis *Ulmi* saturatum *herpetem* plane sustulit, rubedinem præcipue cutis sæpius tam enormem, in spatio 2-3. hebdomadum, observat: *Baunaus*.

10) *Borax* cutem eximie purificat, a *serpiginoso* statu, ejus excrescentiis, a nævis quoque maternis, uti a maculis solaribus s. lentiginibus, si lavamentum inprimis instituitur omni mane & ad vesperam, cum Unc. 1. *Aquæ Rosarum*, in qua Drachm. 1.
Boracis soluta erat; exsiccatum plane hocce lavamentum, post aliquot temporis intervallum aqua pura iterum abluitur, quo dein cutis insignem acquirit glabritiem & mollitiem, cum blanditie eximia, observat. *Fuchs-Stark*.

11) *Gummi cerasorum* solutum in *Spiritu vini*, *calorem cutis* valde imminuit in statu ejus serpiginoso, observat. *Oet*.

12) *Achores* inveteratas, (herpetis species,) optimo semper cum eventu sustulit usus *Cremor. Tartari*, adipe quodam commixt. & ita applicat. juncto vero simul largo potu Decocti ligno-

rum hæmocatharcticor. per quoddam tempus *Reuſs.*

13) In *herpetibus variis* inprimis *miliari*, commendatur a recentioribus medicis uti jam olim *Hofmannus* commendavit, *Unguent. Lythargyrii*, in haece vero combinatione.

Rec. *Unguent. Lythargyr.* Unc. 2.
Cremor. Lact. Unc. 1.
Fuligin ſplendent. Unc. dimid.
Cret. hiſpan. (ſ. vulgar. elect.) Unc. dimid.
Sachari ſaturni Drachm. 1.

Miſce. *Doſis*, ter in die locus affectus eo illinendus eſt, qua emolliens-temperans-balſamicum-exſiccans.

Unguent. vero *Lytargyr.* ſemper recens eſt parand. ne ranceſcat. (Ad Fragmente zur Arzneikunde und Naturkunde.)

14) Acta Natur. Curioſor. commendant ad locum ſerpiginoſum *Emplaſtr. Catharid.* per 14. dies in fluxu conſervandum.

15) Decoctum ſaturatum radicis *Althææ officinalis* tam mucilaginoſæ pluries profuit, qua collutorium in *ſerpigine*, in *exanthematibus ſerpiginoſis*, ita ut

Rad. *Althææ* Unc. dimid coquatur cum
Aqu. commun. unc. 6. ad Unguent, formam. *Reuſs.*

Uti alii utuntur *Succo Lapati acuti* in *Aceto Vini* cocto.

Vel uti quidam multo cum fructu jam adhibuere in *ſerpigine*, in *excoriationibus cutis*, & in *fiſſuris labiorum oris* - mucilagin. *Cydoniorum.*

16) *Societ.medic.Hafnienſ.*in ejus collectan.commendat ad *ſerpigines*, *herpetes* uſum laxantem Radic. *Ialap-*

Herpetes usum *laxantem* Radic. *Jalappæ*, tum *Electuarium* e *pulver. Chin.* partib. 2. & *Cortic. Sassafr.* part. 1. cum *Mellis.* quant. sufficient. ter de die, Cochlear. 1. Coffee sic dictum sumend.

Externe vero *Oleum Palmæ* illinitum loco affecto, & ultimo denique lavamentum manuum, in Aqua frigida successive.

17) *Martinet* in *herpete* suadet *Alkali volatil. fluor*, Guttas 12-15. in *Aquæ commun.* Unc. 1-2. tam ad internum, quam externum usum.

18) *Serpigo antibrachii dextri venerei* tollebatur primum *Unguento Basilici*, cum *Unguent. mercurial.* & tum usu *Aquæ calc. viv.* plenarie exsiccabatur, subjuncto dein usu externo *Lactis*, omni mane & ad vesperam, cujus dimidia pars *Decocto* radicis *Chinæ aquoso* commixta erat, interposito laxante. v. Samlung auserlesener Abhandlungen. I. Band.

19) *Serpigines* hacce via optime sustulisse refert *Weikart*, (in seinen vermischten Schriften.) *Decocto* saturato *Radic. Sarsaparillæ*, conjuncto harum pilularum usu.

Rec. *Calomel* lævigat Scrupul. 1.
Sulphur. aurat. Antimon. Scrupul. 4.
Pulver. *Gumm. Guajac.* Drachm. 1.
Balsam. peruvian. quant. suffic.

Misce fiant *pilulæ* No. 40. *Dosis*, omni vespera, ut 2-3. eorum sumentur, conjuncto usu hujus remedii.

Rec. *Vini Antimon.* Unc. 1.
Tinctur. aromat. Edinburg. seu
Aquæ Meliss. compos. Unc. dimid.

Misce. Dosis. Guttæ 60. cum *Decocto Sarsaparillæ.*



Quo mox abiere, mox poſt aliquot tempus rediere quidam ſerpigines, ſeu ſtatus hicce herpeticus, usque dum *Aſa fœtida* adhiberetur, per quoddam tempus, a Gran. 12-18. una vice, bis in die, & in quavis ſeptimana purgans interponeretur.

Uti in *puella* quadam *herpete* affecta inveterata *Aſa fœtida* præcipuum præſtitit fructum, præmiſſo tantum hocce remedio per quoddam tempus.

Rec. *Sulphur. Antimon.* aurat. Gran. 2.
Calomel. Gran. dimid-1.
Antimon. diaphoret. ſimplic.
Gumm. arabic. ana Gran. 10.

Miſce fiat pulvis, dentur in 12. plo, ad tot chart. diſtinct.

Doſis, mane & ad noctem pulvis. 1. conjuncto uſu *Decocti* ſaturati *Rad. Rub. Tinctor.* & *Rad.* aliorum *hæmocatarcticorum.*

HYDROCEPHALUS.

1) In *Hydrocephalo interno Calomel* in haud exigua doſi, & *Emplaſtrum Cantharidum* capiti adplicatum, eximium exſeruit uſum in anglia *Letſons.*

2) *Hydrocephalum internum Mercurio* feliciter ſuſtulit, uti uſu *Calomel. Armſtrong.* in anglia, D. *Campbell.*

3) D. *Eaſon* in Mancheſter profuit *Calomel*, & interne & externe *Unguentum mercuriale.* (ad Medical Commentary.)

4) D. *Hunter* uſus eſt cum fructu *hydrocephalo interno* infantis 3. annorum *vaporibus aquoſis*, & *Cortic. peruvian.* Gran. 7. bis in die, & in

in fine *balneo* in *Aqua marina*. Medical *Commentary*.

HYDROPS.

1) In *Hydrope* post suppressas *menses*, vel post exanthemata retrogressa, l. cum obstructione *viscerum* juncta, profuit.

Tartarus emeticus in exigua dosi, cum *Squilla* & *Cremore Tartari*. *Willich*.

2) Rec. *Squill. pulver.* Drachm. dimid.
Gumm. ammon. Drachm. 1.
Sapon. venet. Drachm. 1. & ½
Sachar. quant. suffic.

Misce fiant lege artis pilul. Gran 1. Dosis No. 20. *Mellin*.

3) Rec. *Squill.* recent. Unc dimid. Inf. in
Vini boni Unc. 24. *Dosis* cochlear. 1.

4) *Potus hydropicorum* ordinarius de *Wolter*, -*van Swieten*.

Rec. *Baccar. Juniper.* probe contus. & sacculo inclus. Pugill. 2.
Coqu. in *Aqu. fontan.* Libris 8-6. Cola.

5) Rec. *Limatur. Cupri* Scrupul. 1.
Spiritus Sal. ammoniac. Unc. 2.

Concute sæpe in vase clauso, ut fiat *Tinctura* cyanea tandem violacea.

Dosis in Aqua cum Melle Guttæ 3-24. gradatim; conjuncto simul motu proportionato. *Bœrhave*.

6) *Frictio* cum *Oleo Olivarum* est optimum remedium externum in *hydrope*. *Mellin*.

7) Rec. *Sulph. Antimon. aurat.* ult. præcip. Drachm. dimid.
Mercur. dulc. Gran. 15.
Extr. Rad. Belladon. Drachm. dimid.

 Balsa.

Bals. Copaiv. quant. ſuffic. fiant Pilulæ ponder. Gran. 2.

Doſis 10-15. Pilul. bis in die. Ph. *Prag. pauper.*

8) In *hydropis ſpeciebus inſanabilibus* egregium levamen attulit *Voglero Electuarium viſcerale.*

Rec. Pulver. *Squillæ* præparat.
Gumm. ammoniac. depur,
Tartar tartariſat. ana Drachm 2. vel
Salis Fridericiani ana Unc. dimid.
Nitri depurat. Scrupul. 2.
Magnes. Nitri. Drachm. dimid.
Sal. ammoniac. depur. Scrupul. 1.
Sulphur. Antimon. aur. ult. præcipit. Gran. 6.
Aquæ *florum Caſſiæ* Drachm. 1.
Oxym. ſimplic. l. *Syrup. Capill. vener.* qu. ſuffic.

Miſce fiat *Electuarium:*

Qua *Electuarium viſcerale* reſolvit ei potenter *viſcerum obſtructiones*, humores pituitoſos viſcidos ſtagnantes incidit, eosque per pectus, vias urinarias, aut poros cutis eduxit.

Profuit ei quoque inprimis in *morbis pituitoſis*, *apoplexia ſeroſa*, *aſthmate pituitoſo*, in affectibus *ſoporoſis*, *urinæ- alvi- ſuppreſſione; linguæ impotentia*, *lethargo*, *hemiplegia*, *cachexia*, *ictero*, *oedematoſis* variis affectibus, *leucophlegmatia*, *hydrope ſcroti.* &c.

9) In *hydrope* vim eximiam diureticam herbæ *Solani nigri* expertus eſt, a Grano 1. hora veſpertina dato, ſenſim aſcendendo ad Grana plura. *Gataker.*

10)

10) *Syrupus Rhamni Catharctici*. qua *purgans*, confert eximie in *hydrope*, aliis mixtus remediis. *Bergius - Reuſs.*

11) In quavis ſpecie *hydropis Cremoris Tartari* uſum largiori doſi, ad minimum Unc. dimid quovis die exhibiti, pereximium deprehendit *Vinc. Menghini.*

12) *Decoctum* corticis *Ebuli* ſaturatum amarum, & emeſin cum purgatione alvina producens, in *hydrope*, ubi alia remedia fefellerunt, curam jam ſæpius perſolvit, urinam ciendo - obſervation. *Brocklesby.*

13) *Succus corticis Sambuci nigræ* ſ. vulgar. præclara præſtitit in *hydrope*, qua nauſeoſum emeſin facile movens.

Siccati cæterum *flores Sambuci ædemati - rheumatismis - eryſipelati* cum fructu adplicantur, conjunctis interdum floribus *Chamomillæ* vulgar. *Bergius.*

14) Qua validum *purgans - hydragogum, in hydrope commendat Barrere - Bergius*,


Uti alii radicem *Senegæ*, ſ. *Polygala Senega*; quæ vero caute adhibenda eſt, ob peculiarem ejus ſaporem, dum febris urget, pulſusque eſt durus.

15) Qua *purgans* & *diureticum* commendantur in *hydrope* Grana Tilli, ſ. *Croton Tiglium*, *Bergins.*

16) Pomum *Momordicæ Elaterii* exſiccatum, tum pulveratum & propinatum bonum eſſe *hydragogum*, obſervavit *Bouldüc.*

Qua forte *purgans hydragogum* in *hydrope* ab antiquis jam temporibus uſitatum, caute tamen ejus uſus eſt inſtituendus, in minima doſi, a Grana dimid. ad 1.

 Sunt



Sunt qui Gran. 1. bene ferunt; gravidis abortum sæpe efficit.

In *hydrope* nocent, cum pulſus eſt durus, viſceraque obſtructa. *Bergius.*

17) In *hydrope* optimo cum eventu propinavit interne *Squillam*, in pulverem recenter contuſam, vix ante ejus uſum; & *externe Unguentum* e recenti *Felle Tauri* cum *Oleo Olivarum* commixto, quo tumor abdominis leniter aliquoties in die diu infricatur, & involvitur foliis recentib. calefactis *Betulæ*, & quaſi fomentatur, quod ſudorem ſemper lenem, excitabat & imminutionem tumoris, obſervationibus *Paulizky.*

18) *Hydropem abdominis* optime removit, non qua *purgans* tantum, ſed qua *diureticum* quoque ſolutio *Gummi Guttæ* in *Oleo Tartari* per deliquium, & in *Aqua communi*, addito ſimul *Syrupo Rhamni cathartici*, ſ. *Spinæ cervinæ*, obſervat. *Hofman.*

19) In *hydrope* multum jam profecit miſcela e *ſale* eſſentiali *Cardui benedicti* - *Centaurii minoris* - *Abſynthii* - *Sale anglico*, omni veſpera Cochlear. 1. parvum.

20) Angli multo cum fructu in *hydrope* utuntur *Oxymell. Colchic.* uti & *Extract. Lactuc. ſylveſtr.* uti Collin - Störk Viennæ jam eas quoque commendarunt.

21) *Ad hydropem* pertinacem commendat anglus D. *Grive.*

Decoctum e *Reſin. Ialapp.* Gran. 8. ſolut. in pauca quantit. *Gumm. arabic.* dein adde.

Sal. Nitr. Scrupul. 1.
Succin. volatil. Scrupul. dimid.

Syr.

Syr. ſimplic.
Aqu. Cinnamon. ana Unc. dimid.
Miſce fiat hauſtus omni ſecunda die mane fumend.

22) D. *Niwen* anglus *ſuadet* in *hydrope* pertinaci *Balneum vaporis.*

23) *Hydropicis* majorem vidit fructum uſu radic. *Senega*, nec tanta moleſtia in ventriculo, quam alias uſu *rad. Squillæ. Wendt.*

24) *Hydropem* uti & *hydrothoracem - œdemata pedum - phtiſin* pulmonum *purulentam - ulcera ſcrophuloſa, - hydropem ovarii, - peritonæi, - aſcitidem - hydrocephalum - aſthma humidum*, præclari imminuit modo, quinimo multoties plenarie ſuſtulit in anglia *Monro* ad philoſophical Tranſact. uſu Decocti herb. recent. *Digitalis purpureæ*, Unc. 4. ad Aquæ commun. Unc. 24. (2. Pinten,) incoctas ad Unc. 12. dein filtrat: commixt. cum *Spiritus Vini* Unc. 2.
Miſce. Doſis, omni hora Unc. dimid mane, ad nauſeam usque continuanda, cujus uſu tumor hydropicus die jam tertio & quarto evanuit, partim per urinam, partim per alvum, larga aquæ copia ſemper excernebatur, interdum evacuatio minime erat ſenſibus externis manifeſta, & tumor hydropicus ſubito tamen ſeſe iminuebat.

Tonica - roborantia tunc ſubito ſubjungebantur, Decoctum nempe *cortic. Chinæ* cum *Marte* ſaturatum; & omni veſpera Opii Gran. 1. cum *Aloes.* ſ. *Rhabarbari*. vel *Calomel.* Gran 1 - 2. ad alvum quotidie liberam ſervandam, conjuncta diæta e carnoſis, & e vegetabilibus paratis alimentis, aromatibus ſimul conditis, inprimis quoque largo uſu *Naſturtii* aquatici,

 Apii



Apii petroselini, modice vero *Vini* genuini, non sulphurati, & cerevisiæ tenuis pro potu sufficienti ordinario.

25) *Guttulæ hydragogæ Pharm. pauper. Hamb.* tam convenientes in *hydrope*, ita parantur.

Rec. *Gumm. Guttæ* Drachm. dimid.
Solve in *Olei Tartari* per deliquium Unc. dimid.
Misce *Dosis*. Guttæ 20-30. ter quater in die.

26) *Species diureticæ*, tam in *gonorrhœa*, quam in *hydrope* inprimis *proficuæ* Pl.

Rec. Rad. *Sarsaparill.* - *Gramin.*
— *Liquirit.*
Ligni *Sassafras.*
Summitat. *Pini*,
Capillor. vener.
Heder. Terrestr.
Semin. *Fœnicul.*
Semin. *Apii.* ana Unc. 3.
Misce.

27) *Pulvis diureticus Pharm. pauper. Hamb.* in *hydropico*-uti & in *œdematoso* statu conveniens.

Rec. *Nitr. depurat.*
Cremor. Tartar. ana Scrupul. dimid.
Radic. Squill. Gran. 1.
— *Zingiber.* Gran. 2.
Misce fiat pulvis pro dosi.

28) *Pulvis diureticus camphoratus, Pharm. pauper. Hamb.*

Rec. *Pulver. diuretic.* Scrupul. 1.
Camphor. Gran. 2.
Misce fiat pulvis pro dosi.

29) *Pulvis diureticus martialis.*

Rec.

Rec. *Pulver. diuretic.* quantitat. design.
Limatur Mart. subtiliss. pulveris. Scrupul. dimid.

Misce fiat pulvis pro dosi.

30) *Pilulæ hydragogæ.* s. *hydropicæ Bontii* ad *hydropem* tam proficuæ.

Rec. *Gumm Ammoniac.* Unc. 2.
Pulv. *Squill.* folior. *exsiccat.* Drachm. 3.
Aloe succotrin.
Gummi. Guttæ ana Drachm. 2.
Extract. Cucumer. s. *Citrull. asinin.* Gran. 17.
Tinctur. Amar. quant. suffic.

Misce fiant *Pilul.* Gran. 2 *Dosis* Pilul. 8-10-12. bis terve in die.

31) D. *Hamilton*, in anglia medici, curatio constat in *hydrope* diaphoreticis, - *pulvere Doweri*, - *balneis* tepidis, - mercurialibus, ad cutem efficientibus, - vestimentis *e lana* confectis, immediate corpori applicatis.

In *hydrope*, junctis simul *exanthematibus* chronicis, Decoctum *Radic. Ulmi* & *Ledi sylvestris* non parum profuit, ad schwedische Abhandlungen.

32) *Hydropem abdominalem*, s. *anasarcam* feliciter sæpius sustulit F. *Hofman*, uti jam olim *Sydenham*, hacce curatione.

Rec. *Ligni Juniperi.* exsiccat.
— *Genist.* exsiccat. ana Unc. 36.
Stipit. Fabar.
Herb. Absynth. ana Unc. 6.

Omnia combusta in cineres redigantur, cineribus in ollam inditis adfundatur Mensura 1. *Vini calidi*, & dein ad clarificandum reponatur. *Dosis.* vasculatim.

 Qua-

Quale remedium jam expulit in variis hydropicis permultum *Aquæ commun.* Libras plus quam 125.

33) D. I. *Ring*. medicus Londinensis, suadet ad medical Commentar., *Cortic. Peruv.* hocce modo parat. & commixt.

Rec. Decoct. *Cortic. Peruv.* saturat. Unc. dimid.
Tinctur. Cortic. Peruv. Drachm. 3.
Olei Juniper. Guttas 4.

Misce, fiat *haustus*, ante meridiem & ad noctem sumendus.

34) D. *Gardanes*, in Anglia medicus, in peculiari tractatu de effectu *Tabaci* in *hydrope* commendat quoque, inprimis qua remedium valde efficax, & forte diureticum in hoc malo, hacce via vero.

Rec. *Fol. siccat. Nicotian.* virginian. Unc. 1.
Aquæ bullient. Unc. 12.

Infus. in vase clauso, in balneo Mariæ posit. dein hujus *Infusi* Unc. 14. exprime & colatur, adde *Spirit. Vinos. rectificat.* Unc. 2.

Misce. *Dosis.* Guttæ 40-80. quotidie ter in die. a Guttis 5-10. incipiendo ad 80-200. Guttas, qua ad summam dosin.

Qua forte diureticum efficit quoque *Cinis foliorum Tabaci.*

35) Vir 53. annorum, structuræ robustæ afficiebatur *œdemate pedum & genuum*, qua ensium politor & armorum fabricator, qui multum negotii habebat in aqua, pedibus semper frigidis-humidis, quo transpiratio supprimebatur, cœterum sanus, sine impedimento negotii sui ordinarii, in initio cupiebat tantum medium

um topicum, hinc ſuaſi ligaturam circa tumorem, e linteamine viridi ſubtiliter cera obducto paratam, (feinem Grünen Wachſtuch,) cum tibialibus laneis valde craſſis.

Ad veſperam pedes quotidie, & crura, nude per dimidiam horam reponebat in vaſculum, arena calida impletum, tum fricare & tibialibus iis obductis lectum ſubito ſe petebat, parique modo mane, ſi e lecto ſurgebat omnia accurate inſtituebantur, quo *oedema* plane in ſpatio 17. dierum evaneſcebat.

Per dimidium annum plane ſanus, in autumno ſubſequente, & ad hyemem verſus ſubito corripiebatur univerſali corporis *Oedemate*, & *Anaſarca* in ſpatio 4. hebdomadum, quod plenarie eum impediebat negotiis ejus ordinariis, appetitu tamen, ſomno, excret. alvina, excretionibusque aliis naturalibus in ſtatu ſano manentibus, aſthmate ſicco ſimul juncto, debilitate majore & ſiti ſucceſſive ingruente - *veſicatoria camphorata* primum applicabantur ſuris, per 11. dies aperta tenebantur Ungu. digeſtivo, interne vero Decoctum e *Cremor. Tartar.* cum *Gummi ammoniaco*, *Oximell. ſquillitic.* - *Tartar. emetic.* & *Sacharo*; & omni mane & ad veſperam pilulas *Ludolfi*, (ad Diſpenſator. Edinburg. Baldinger. emend. edit.) Grana. 8. quæ ſedes alvinas quotidie procurabant 3 - 4 - 5. copioſas, cum multo muco tenaci, ſomno magis reficiente juncto, reſpiratione levi, tumore vero non inſigniter ſe imminuente, omnia reliqua media interna perhorreſcebat.

Aliquot hebdomadum ſpatio reſpiratio tam moleſta ſubito fiebat, ut cubitum non amplius petere poſſet, ſed ſurſum in ſella ſemper dormire debe-

deberet. Ob insignem anasarcam, - tumorem scroti, evacuationem per urinam & transpirationem suscipiebat hinc D. *Keup*, frictiones lenes, transpirationem subtilem iis producendi, & interne *Decoctum* e Radice *Senega*, - *Spiritu Mindereri*, — *Gummi amoniac.* — *Tartar. emetic. Huxhami*, — cum *Syrupo* quodam demulcente, in tanta dosi, ut vomitus nullus subsequeretur.

Post octiduum mixtura e *Cremore Tartari* cum *Gummi Guttæ* exhibebatur, quo noviter fortiter laxatio subsequebatur, die sequenti continuabatur medicina prior, cujus usus per 14. dies sine ulla mutatione continuabatur. Remedium hinc fortius agens requirebatur, usum hinc *Digitalis purpureæ*, qua præcipui remedii noviter detecti *antihydropici*, inchoare incepit ad *Whitering* præscriptionem; adhibuit nimirum æger quotidie bis *pulverem* e Granis 2. folior. recent. florum siccatorum recenter, bene asservatorum *Digitalis purpureæ* cum Granis 15. pulveris baccar. *Juniperi* & Gran. 8. *Elæosachari Citri*; qualem pulverem vix per triduum poterat perferre æger ob enatum dolorem spasticum in ventriculo, nauseam & conatus vomendi; *infusum foliorum Digitalis* purpureæ dein per quoddam tempus sine ullo effectu sumsit, cum plenaria appetitus imminutione & alacritatis alias consuetæ, cum subsequente nausea ad omnia remedia.

Aliquot dein diebus elapsis insigne subito acquirebat æger concupiscentiam ad *Vinum rhenanum*, omnia enim alias consueta potulenta ei erant fastidio, qua antisepticum, roborans, diureticum, ejus usus quasdam per hebdomades restituit

ei

ei appetitum edendi, ad alias consueta esculenta gravioris quoque digestionis, in statu ejus sano, quibus dein junxit usum vini vilioris pretii, exoptatu cum eventu quotidie ad mensuram 1 - 1 ½. sine ulla molestia.

Loco potus *Coffee per* 3. hebdomades usum infusi theiformis *baccarum Juniperi* cum *Cinnamomo*, ad horam nonam semper edebat maximo cum appetitu *jusculum* e *Vino* paratum; & ad meridiem vero hora 12. prandium suum consuetum, in sat larga quantitate. Hacce diæta imminuebat sese tumor manuum, pedum, dein quoque circa ventriculum, respiratio erat levior, vires magis auctæ, levior cubitus in dorso, somnus reficiens, & post *usum* tam diuturnum *potus* hujus *vinosi* in mensura, (ad sic dictum Ohmt,) sanescebat plane vir hic morti antea tam proximus; ut negotiis suis antea consuetis dein posset incumbere, remanentibus tantum paucis residuis a tumore quodam pedum, alvus aderat naturalis & transpiratio, tanta vero urinæ excretio, ut in nocte multoties ea turbaret ejus somnum, quo diabetes facile dein erat metuenda, roborantibus dein mediis plane sublata.

Quo exoptato modo restitutus hicce æger, fruebatur dein plane diæta sua ordinaria in potu, & cibo, & quovis die mane vitrum parvum Spiritu vini juniperato impletum.

Cæterum vir hicce antea plane sanescebat, raro antea ægrotabat, & a juventute quotidie assuetus *vasculum Spiritus vini* bibendi; pater ejus demortuus erat quoque *ascitide*.

D. *Keup*. observavit præterea quamplurimos hujusmodi opifices affici plerumque *febre quartana*,

tana, *ascitide*, & *phthisi* cui vitæ genus & occupatio in aquosis locis multum ansam exhibet. Effectus eximius *Vini Rhenani*, quo vir hicce restitutus plane est, omnem semper excitat attentionem, viribus naturæ suffulciendo & eas restituendo. Minime hinc ea ægris sunt deneganda, quæ omni cupiditate tam enixe sæpius optant, edendi vel bibendi, si nulla manifesta inprimis occurrit causa noxæ cujusdam: observat. *Sohlingen* & D. *Keup*.

36) D. *Whitering* observ. exemplis plus quam 165. effectum tam eximium *Digitatis purpureæ* in *hydrope* in *anasarca*, qua tam egregie specifici & diuretici.

Utitur foliis recentibus breviter ante florescentiam decerptis, & successive siccatis, vel in *pulveris* forma, a Grano 1 - 3. bis in die, additamento quodam aromatico; vel in *infuso*, cui scopo Drachma 1. foliorum horum cum dimidia sic dicta

Pinte, Aquæ ferventis per 4 horas digeruntur, addita simul Uncia 1. *Aquæ Cinnamomi* 1. alius aquæ aromaticæ, ad Unc. 1. quotidie bis sumendi. In *decocto* & in *pilularum* forma adhibuit *Digitalem purpuream*.

Effectum si *purgantem* exserit, cum *opio* ejus usus combinatur; alvi adstrictionem si producit parum *radic. Jalappæ* additur.

Raro effectus ejus est exoptatus, si *purgantem* magis exserit vim, quam ad renes-*diureticam*, hacce etiam via in *hydrope* specifice præcipue agit.

Nausea plerumque non citius evenit D. *Whitering* ægris, quam si Grana 30. *pulveris Digitalis* hujus *purpureæ*, vel Unc. 8. *Infusi* hujus plantæ assumtæ sunt: aliis jam evenit ægris

hæc

hæc nausea, post primam statim dosin, & in *infuso* assumtam, effectus diureticus nequaquam dependet ab excitatione hujus nauseæ, qui sæpius minuitur nausea.


Multum hic quoque conducunt potus copiosus & appropriata involutio abdominis in debili præcipue ægro, & in evacuationibus sæpe succedentibus copiosis, tum quoque si omnis evacuatio subito evenit; remediorum horum diureticorum per quasdam dies, si plane cessat usus, nil obsunt tum remedia *roborantia* & *nutrientia*.

Whiteriug observat. in dosibus exiguis Grana 2. quotidie *Digitalis purpureæ* sustulerunt semper *hydropem*, successive lenem vim diureticam exserentibus.

Quibus vero dosis nimis fortis non arridet, iis qua antidotum semper confert, additum *Opium* - *Vesicatoria* & sufficiens copia Infusi theiform. *Menthæ piperitidis*, in cujus usu & effectu exoptato non parum confert corporea ægri peculiaris constitutio, in personis magni roboris, in fibris nimis intensis, in æquali calore, vegeto aspectu l. in pulsu duro & nimis stricto usus Digitalis purpureæ est raro eventus tam exoptati; uti & si in ascitide abdomen est intensum - durum, & in anasarca membra compacta elastica.

Si vero pulsus debilis s. intermittens, facies ægri pallida, & frigida, & in ascitide abdomen molle & fluctuans, vel in anasarca levis digitorum pressio foveas relinquit, evacuatio tum bona & exoptata per vias urinæ semper est expectanda.

No-

Notatu hinc dignum in affectibus inveteratis, constitutionem ægroti permutandi salibus mediis, venæ sectione, cremore tartari, &c. quorum usui nec paralysis nec calculus vesicæ urinariæ impedit, leniter hæc planta congruis sub cautelis diuresin promovet, & magis sine molestia quam *Squilla* & alia æqualia remedia.

Si *hydrops* adest cum paralysi - laxitate enormi juncta, læsis visceribus, summa debilitate s. aliis junctis morbis, tum æque minus quid efficit, Digitalis purpurea, quam ullum diureticum, quo tantum vero temporis lucratur ut seminio morbi præcipuo congruis mediis occurretur.

In quavis hydropis specie confert ea, excepta in saccato s. cystico hydrope

Peculiarem hæc planta exserit effectum ad cordis motum, valde proficuum.

Anasarcam plane ea tollit, si vero abdominis viscera valde sunt expansa, ad magnam redacta molem, cum pallore externo post mortem, nec ulla copia aquæ in cavitatibus abdominis, si adest, morbus tum semper est incurabilis, si aquæ quædam copia vero adest, hæc potest removeri.

Quum multæ hydropum species a statu quodam paralytico vasorum lymphaticorum inhalantium oriri videantur, annon eximie forte efficeret hæc planta in paralysi partium.

Hydrothorax usu *Digitalis purpureæ* sæpius sanata est, *Withering* observat. qui pectoris oppletiones aquosas curatu facilius esse credit, quam abdominales.

Hydrocephali causam in inflammatione latere credit, & aquam post obitum deprehensam, non causam sed effectum morbi esse; duobus

ægrotis

ægrotis in initio statim morbi *Venæ sectiones* locales, emetica, purgantia, optimo cum effectu adhibebantur & *Digitalis purpurea* dosi sat forti.

In puero 6. annorum *hydrocephalo interno* affecto profuit *Venæ sectio*, in brachio instituta ad Unc. 6. die sequenti vero reiterabatur in arteria temporali, pilis derasis, omni quarta hora 6. Pintæ sic dictæ, *Aquæ frigidæ capiti* infundebantur, cruribus vero quotidie Scrupuli 2. *Unguenti mercurial.* infricabantur, per 5. dies, quo febris sese tum imminuebat, & humiditates extravasatæ dissipabantur, Infuso inprimis Scrupulor. 2. foliorum siccatorum *Digitalis purpureæ* cum Unc. 3. *Aquæ Commun.* omni tertia-quarta hora ad Cochlear 1. quo sat copiosa urinæ excretio succedebat cum plenaria ægri restitutione, testimonio D. *Whitering*. & *Keup*. ad *Baldinger* Magazin 9. Band.

36) *Bœrhav*. in quavis *hydrope* hocce remedium qua valde efficax semper deprehendit, & hinc ejus usum enixe commendat.

Rec. *Limatur. Cupri* Scrupul. 1.
Spirit. Sal. ammoniac. Unc. 2.
Concute sæpe in vasculo clauso, ut fiat *Tinctura* cyanea-tandem violacea.

Dentur in Aqua vel Melle ejus Guttæ 3-24.
Conjuncto simul motu corporis sat convenienti.
Externe *frictionem* cum *Oleo Olivarum* commendat *Bœrhav*. cui consentit quoque *Mellin*.

37) Usus *Brassicæ-Rapæ albæ* pulverisatæ, qua forte *diureticum* in variis regionibus a plebe multo cum fructu adhibetur, uti succus *Raphani rusticani* in istis quoque, quibus paracentesis jam instituta antea erat; uti pastori

cui-

cuidam ovium *hydrope* abdominali affecto, cui jam paracentesis suscepta erat, & redierat hydrops, radicaliter eum liberavit sine recursu ab hoc malo, permultum Aquæ expellendo. Si subiungeretur tum usus remediorum congruorum tonicorum roborantium, multo cum majori fructu *Raparum albarum* usus tum posset adhiberi.

38) Ad *tumorem oedematosum-pedum*, ad *hydropem* commendat *Sydenham* hocce remedium, qua validum diureticum, hydragogum, tonicum, in hisce affectibus præcipue efficax.

Rec. Lign. *Juniper* exsiccat.
Genist. exsiccat. ana Libr. 3.
Stipit. Fabar.
Herb. *Absynth. exsiccat.* ana Libr. dimid.

Mixta omnia combusta in cineres redigantur. Cineribus in ollam inditis adfundatur Mensur. 1. *Vini calidi* & postea ad clarificandum reponatur.

Dosis in initio ter-quodie Cochlearia 3. s. vitrum vini mediocriter impletum: qua resolvens mucosum, humores tenaces nimis-diluens-ad excretiones adaptans, qua aperiens vasa obstructa, glandulas mucosas, acidum corrigens, spasmos in ureteribus egregie leniens, partes expansas contrahens, tonum restituens, & nimium humidum s. aquosum expellens per ureteres.

Die quarto *laxans* requiritur, cum subjuncto usu Elaterii s. Gummi de Goa, s. Diagrydii sulphurat: adhibita dein quotidie *Essent. Absynthii* ad Guttas 50. bis in die.

39) Hydropem debellandam commendat D. *Bacher*, pilulas paratas, ex

Ex-

Extract. fibrar. *Hellebor.* nigr.
Myrrh. inspissat. ana Unc. 1.
Herb. *Cardui benedict.* Scrupul. 10.
Misce ad formandam massam, sicco aere exsiccandam, ad pilulas convenientem. *Dosis*, pilulæ 10-15. adulto, omni bi trihorio, cum copioso potu juscul. carnis, l. ptisanæ sic dictæ, quæ continuandæ sunt, & majori interdum dosi, si nulla succedit evacuatio.

Bacher - & *Milman* commendant *fibras Hellebori nigri*, qua excitans fibras musculares, qua tonicum, Hippocratis jam observationibus, privata in iis prius vi eorum emetica-laxante, congrua earum præparatione.

Milman commendat *Helleborum nigrum* foliis angustioribus semper virentibus; ob vim radicis & fibrarum nimis irritantem, cum acrimonia junctam vehementi, in mola eas conterendi suadet, tum vasculo figulino immittendi, infundendi eas *Spiritu vini* rectificatissimo, per 12. horas aliquoties interdum concutiendi, affundendi tum *Vinum Rhenanum*, bonum, in tanta copia ut 6. digitorum latitudo superet quantitatem fibrarum Hellebori nigri, qualis massa spatula agitanda sæpius, post 48. horarum spatium, vinum novum affundendum est, materia ista præparata coquenda probe est per dimidiam horam, & filtranda: radicibus remanentibus istis novum vinum affundendum est, & iterum incoquendum, tum exprimendum secunda vice, remanens pars lignea abjicienda est, qua superflua & inefficax materia.

Filtrationibus hisce duobus, & incoctionibus acquisitæ materiæ affundenda est, singulæ par-

 ti,

ti, *Aquæ commun.* part. 2. cum iis incoquendæ in vasculo figulino ad *Syrupi formam.*

Extracti hujus pars 1. novæ *Aquæ ferventis* partibus 2. inspissanda est denuo ad Extracti formam congruam, in quo omnes partes irritantes acres - volatiles - nauseosæ separatæ & evaporatæ sunt, continua coctione remanentes vero correctæ sunt.

Si istis iterum adfunditur *Spiritus vini* rectificat. pars $\frac{1}{9}$ & inspissatur massa ad Extracti consistentiam, cum therebinthina convenientem, egregium tum exhibet remedium discutiens-resolvens-*tonicum*, continens partes resinosas-salinas-gummeas-amaras.

40) *Hydropem* a venerea causa ortam, feliciter sustulit, omnibus aliis incassum adhibitis remediis, *Solutione Mercurii* in *Acido Nitri*, spatio 14. dierum. *Selle.*

41) Hydropicos varios, *ascitide* inprimis insigni affectos, curavit feliciter pluries in anglia *Gregori* hisce remediis.

Rec. Fol. *Digital. purpur.* Drachm. 3.
Affund. *Aqu. bullient.* Unc. 24.

Post spatium horarum 6. Coletur Infusum.

Dosis capiat æger Unc. dimid. omni bi-trihorio per quoddam tempus continuand.

Inungentur simul crura & abdomen *Oleo Camphorato*, subjuncto usu enemat: & hujusce Electuar.

Rec. *Cryſtall. Tartar.* Drachm. 2.
Syrup. Cortic. peruv. quant. suffic. ut fiat Electuarium tenue, de quo capiat æger Cochleare parvum, secunda quoque hora ad tertiam vicem sumenda.

Ca-

Capiat tum æger Liquor. dicti *Punſch* Unc. 10. in die.

Tum ſubjungat æger pilulas haſce mercuriales, parat.

e Maſſæ *pilul. Mercurial.* Gran. 4.
Rad. *Squill.* ſicc. Gran. 1.

ad formand. ex iis pilul. 8. de quibus capiat æger bis in die mane & meridie.

42) Liquor *Nitri fixi* validum diureticum in hydrope edidit effectum, multoties a Guttis 15. in Decocto *Lapati acuti*, aſcendendo ad Guttas 50. una vice per quoddam tempus. (Act. Nat. curioſor. 1776.)

43) Uti in *aſcitide* enormi, ad diſruptionem abdominis fere tendente, omnibus antea fruſtra adhibitis remediis, lixivium e Cineribus *fabarum vulgar.* & cum ſubjuncto uſu *Extract. amar.* mirifice profuit. Act. nat. curioſ.

44) Mixtura hæcce reſolvens-*diuretica* multoties hydropicis in affectibus profuit, *Reuſs.*

Rec. *Terr. foliat. Tartar.* Drachm. 2.
Aqu. Caſcarill. Unc. 4.

Miſce. *Doſis* quater in die Cochlear. 1-2. & ſubjuncto tum uſu hujus mixturæ continuato.

Rec. *Aqu. Caſcarill.* Unc. 4.
Extr. *Card. bened.-Milleſol.* ana Drachm. 1. & ½
Sal. Herbar. Drachm. 1.
Sulphur. aurat. Antimon. Scrupul 1.
Pulver. Squill. Scrupul dimid.
Syrup. Diacod. Croc. Drachm. 6.
vel *Colchici* ad *Collin.*

Miſce. *Doſis* omni hora tertia Cochlearia 2.

45) *Hauterſierk* eximium ſemper præſtitit uſum tam in *hydrothorace*, quam in *aſcitide*, ac in aliis



aliis *hydropis* ſpeciebus, Succus radic. *Taraxat.* recent. cum *Oxymell. ſquillit.* vaſculatim adhibitus per quoddam tempus.

46) *Monro* commendat *Mercurium* cum *Balſamo Sulphuris*, per triturationem intime mixtum in *hydropicis* affectibus, (ad Diſpenſator. Edinburg. paratum:) qua validum diureticum. Feminam pauperem 50. annorum, a tumore inſigni *abdominis*, a retentione urinæ orta, ad *hydropicum* fere vergente ſtatum, plane liberavit in ſpatio 14. dierum, ſolo uſu *Infuſi* baccarum *Juniperi* & *Gentian.* ſaturati, in larga Copia, conjuncto ſimul *Spiritu Mindereri*, omni mane & ad veſperam, ad noctem vero *pilul. mercurialib. laxantibus*, Diſpenſator. Edinburgenſ.

47) *Stœrk* commendat in *hydrope* ab *obſtruct. viſcerum* orta, *pilulas* haſce *reſolventes*, vel *Mixturam ſubſequentem* æque bonam.

Rec. *Sapon. venet.*
 Rad. *Rhabarb.* el ana Drachm. 2.
 Gumm. Ammoniac. Drachm. 1. & dimid.
 Sal. polychr. Seign. Drachm. dimid.
 Balſam. peruv. qnant. ſuffic.
Miſce fiant pilul. Gran. 3.
Doſis. Pilul. 4. quater in die; cum potu ſufficiente, vel *Infuſi* herbæ *Fumariæ*.

Rec. *Sapon. venet.* Unc. dimid.
 Solv. in *Aquæ Fumar.* Libr. 1. adde.
 Syrup. Fumar. Unc. 2.
 Rhabarb. el. Drachm. 1 & ½
Miſce omni bihorio 2. Cochlearia, vel ejus loco.

Rec. *Sal. polychr. Seign.*
 Pulver. *Rad. Jalapp.* ana Drachm. 1.

Con-

Conserv. Nasturt. aquatic. Unc. 4.
Syrup. Fumar. Unc. 1.
Misce, ter in die Unc. dimid.

48) D. *Levison*, medicus in *Anglia* celebris, recenset curationem *Anasarcæ*, valde simplicem & ei semper proficuam.

Rec. *Milleped.* siccator. & pulverisat. Drachm.
Coccionell. pulverisat. 2.
Nuc. Moschat. ana Drachm. 1.
Aqu. Juniper. composit.
Spirit. volatil. aromatic. ana Unc. 1.

In vitro clauso digere, in calore arenæ per horas 12. & cola per chartam ut fiat *Linctus.*

Dosis, Guttæ 60. quater in die cum vino bono diebus istis intercalaribus, in quibus laxans non sumtum est.

Remedium ejus *diureticum* æque est simplex.

Rec. *Baccar. Juniper.*
Semin. *Sinapi*,
— *Raphan. rustican.* ana Unc. dimid.
Pulv. *Ari* compos. Drachm. 1. & ½
Infund. per horas 48. in
Vini Rhenani Libr. 2. l. *Olei anglican.*
Cola. *Dosis* Unc. 2. in die ter-quater.

In ægrotis debilis constitutionis profuit ei magis.
Nitr. depur. Scrupul 1.
Squill. pptæ. Gran. 6-8.
In vitro *vini*, bis in die sumt.

Aliis commendat *Sem. sinap.* non contus. quotidie bis cochlear 1. parvum, cum *Decocto* summitat. *Genistæ* saturato Libr. 1.

In *pertinacibus* affectibus *hydropicis* valde efficacia deprehendit hæcce remedia, *Levison.*

49) D. *Bernhast.* hacce methodo, quam efficacissime semper sustulit varios affectus *hydropicos*, com-



combinatis ſemper remediis tonicis cum diureticis.

Rec. *Cort. Peruv.* elect. Unc. 1.
Rad. *Rhabarb.* el. Unc. dimid.
— *Gentian. rubr.* Unc. dimid.
Ciner. Clavellat. puriſſ. Unc. dimid.
Sal. Sedlicenſ. amar. Unc. 2.

Miſce fiat pulvis *Doſis* Quotidie ter Drachm. dimid. cum potu ſufficient. *Aquæ commun.* interpoſitis congruis *purgantibus.*

In quibuſdam ſubjunxit *Elixir reſolvens Selle*, quod permultum Aquæ expulit per urinam & alvum.

Rec. *Sal Tartar.* depur. Unc. 1. ſaturat. cum *Acet. Squillit.* quant. ſuffic. cui adde
Extract. Fumar. aquoſ.
— *Centaur.* minor. aquoſ.
— *Trifol. fibrin.* aquoſ.
— *Gentian.* rubr. aquoſ. ana Unc. dimid.
Aqu. Chamomill. ſine vin. Libr. 4.
Tinctur. Antimon. Jacobi.
— *Martis* aperitiv. ana Unc. 1.

Miſce. *Doſis* omni bihorio Cochlear dimid. ad 1.

50) *Stœrk* commendat *Vinum ſquilliticum* ita paratum, hydropicis valde proficuum,

Rec. *Squill.* recent. pulveriſat. Drachm. 6.
Cortic. Winteran. pulveriſat. Unc. dimid.
Rad. *Enul.* pulveriſ. Drachm. 1.
Vini albi elect. Libr. 1 & ½

Miſce fiat *Infuſum* lege artis *vinoſum*, de quo æger ſumat omni trihorio Cochlear. 1. adſcendendo ad 2.

Quibus vomitum excitat, adde tum
Spirit. Fœnicul. Unc. 3.

Spi-

Spirit. Nitr. dulc. Unc. dimid.
Spirit. Menth. crisp. Drachm. 1.

Usus vinosi hujus Infusi non diuturnus esse debet, sensibilibus inprimis, ne humores nimium resolvantur, & tumores oriantur duri in cancrosum facile sese dein mutantes statum.

Squilla cæterum nocet in *hydrope*, febre lenta præcipue juncta, l. putredinoso statu, l. scirrhis inveteratis in inflammationem, suppurationem-cancrum vergentibus.

Squilla ob partes ejus valide penetrantes-arrodentes-ab irritabilibus & sensibilibus non tam facile potest perferri, excitat enim iis facile spasmos, -convulsiones-dolores interdum enormes, afficit ventriculum-vomitus leviter excitat.

Mitigatur & corrigitur hinc qualitas hæcce interdum noxia, addito Cortic. *Winteran* l. *Chin.* l. *Camphor.*-l. Zingiber.-l. *Nuc. moschat.*-l. *Calam.* aromat.-l. *Cinnamom.*-l. flor. *Cassiæ*,-l. Rad. *Enul.* l. *Nitr.*-Alii huic scopo addunt *Salia fixa alcalina*, & *Extracta* amara.

51) *Milman* Radicem *Seneka* qua præcipuum efficax deprehendit remedium *hydropicis* in affectibus, hacce inprimis modo.

Rec. Rad. *Seneka* Unc. 1.
Aqu. *Commun.* Libr. 1. & dimid.

Coque ad Libr. 1. & cola bis-terve in die sumend. Cochlear. 3-4. quæ 9-10. sedes alvinas producunt, & simul diuresin certo validam, etsi quibusdam, vomitum & nauseam excitat; hinc debilibus-sensibilibus ejus usus non tam diu debet continuari.

Obſervavit quoque *Milman*, Rad. *Senekæ* uſum ſemper alvum produxiſſe liberam, laxantem, & diureſin promoviſſe ſimul ſat fortiter, in iis inprimis hydropicis, in quibus alia remedia, alias laxantia-purgantia, uti & emetica incaſſum adhibita erant, e. g. *Rad. Jalapp.* Drachm. dimid. - *Calomel* Gr. 7. pro doſi, vel *Tartar. emetic.* Gran. 10 - Syrup. *Rhamni catharctic.* Unc. 2. - *Aqu. Menth. ſativ.* Unc. 2. de quo omni bihorio Cochlear. 2. ſumenda tamdiu ſunt, uſque dum alvinæ ſedes ſubſequuntur.

Potus ſufficiens aquoſus ſemper combinandus eſt, ne purgantia fortiora nimium noceant, nec ægrum debilitent.

Obſervavit quoque *Milman*, cum aliis medicis, *diuretica* non prodeſſe, & inefficacia plane eſſe, niſi *purgantia* efficaciora antea tumorem hydropicum partim imminuerint.

Alias adhibuit *Sal diureticum*, - *Acetum ſquilliticum*, - *Cremor. Tartar.* - *Vinum martiale* cum potu ſufficienti.

D. *Makenzie* adhibuit ſemper multo cum fructu præter Rad. *Seneka*, *Vitrum* quoque *Antimonii ceratum*, ejus Gran. 2. in bihorio, quod bis l. ter vomitum & bis alvum ſemper excitavit, & quo multum dein Aquæ puræ abiit, quod poſt biduum repetiit, & cujus doſin auxit ad Gran. 6. quo dein non amplius emeſin ſed alvum excitavit, ſine ullo abdominis dolore & moleſtia, conjuncto multo potu aquoſo, ad *ſudorem* dein fortem edidit effectum, & tumor abdominis ſemper ſeſe imminuit, ultra 2. digiti pollices, continuavit hinc ejus uſum, per quoddam adhuc tempus

bis in die, conjuncto ſimul congruo corporis totius motu.

Abdomen ſemper *Oleo blando* inungendi curavit; uti *Stœrk Oleum olivarum* recens in ſat forti doſi inungendum commendat in *anaſarca*, qua validum purgans & ſimul diureticum.

D. *des Geraud Oleum Olivarum* in connubio cum *Spiritu Sal. ammoniaci*, qua magis tum emolliens ſuadet, & qua remedium ſemper optimum antihydropicum.

D. *Weikart* multum inprimis tribuit inunctioni cum *Oleo Chamomillæ* in hydropico ſtatu.

Aegro cuidam *hydropico*, affecto *ſimul auditus difficultate*, inungere ſimul juſſit optimo cum fructu præter abdomen - dorſum, quoque vertebras & tempora, *Oleum Olivarum* in connubio cum *Oleo Chamomillæ*, de quo Guttæ quædam auri immittebantur, & interne Guttæ quædam Sacharo immiſſæ, quo *auditus difficultas* ſeſe plane imminuit, & *tumor* dein *abdominis hydropicus*, ſimulac articulationes tumidi genu & pedis eo ſedulo inungebantur, & ſimul pulveris hujus martialis uſus combinabatur.

Rec. *Limatur ferri* alcoholiſat.

Sachar. canarienſ. ana Unc. 1.

Cortic. Cinnamom. Unc. dimid.

Miſce fiat pulvis dividend. in partes 20. æquales.

Doſis, in die bis doſis, ſ. portio una, conjuncto ſimul uſu *Olei Chamomillæ*.

In quibus cerumen aurium album, flavum ſuum colorem naturalem iterum recuperabat, in iis auditus difficultas plenarie ſubito tollebatur; obſervat *Weikart*.

52) D. *Campello* in hiſpania *hydropicum* quendam, in quo omnia remedia antea incaſſum adhibi-



hibita erant, variolis naturalibus antea nondum affectum, immisit in conclave ægrotorum quorundam, variolis decumbentium, quo tum paulo post ipse afficiebatur variolis, hicce hydrope vehementi affectus æger, & quidem exoptatissimo modo, ut varioloso hocce affectu plenarie quoque liberaretur a statu suo hydropico inveterato.

53) Medicus quidam D. *Garden*, in Carolina, *Cinerem* foliorum *Tabaci* in substantia quam efficacissimam in hydrope deprehendit, & maximo cum fructu semper adhibuit, & quidem quotidie bis pro dosi Drachmam dimidiam; post aliquot temporis spatium, quotidie bis pro dosi Drachm. 1. quæ in parcissima dosi Aquæ s. alius vehiculi ab ægro semper sumenda erat.

Durante hac curatione commendabat semper ægro sufficientem corporis motum, cum pauco vero potu humidi cujuscunque.

Quovis die secundo vel-tertio interponebatur *purgans Rhabarbarinum* & *Sal Martis*.

Methodus hæcce plane particularis *Edinburgi* quoque optimo cum eventu plurimis ægris hydrope affectis jam instituta est.

54) *Succus radicum* juniorum *Sambuci vulgaris* recentior. bene purificator. ante contusionem in mortario, in initio Cochlearia 2. in die, tum ad 3-4. quotidie sumtus. cum *sacharo*, permultum semper quoque expulit aquæ *hydropicis*, iisque pristinam dein restituit sanitatem.

Uti *Aqua Absynthii* cum *Sacharo* edulcorata bis in die pro dosi, quavis vice Cochlearia 5.

52)

55) *Hydropem inflammatione* levi ſæpius junctam, aucta tranſpiratione, ſæpius ſuſtulit plenarie Pariſiis le *Couſin*.

Loco ſcarificationum conſuetarum ſuaſit ſemper ægris iſtis hydropicis *Diætam exſiccantem*, *Clyſmata* e ſemine *Lini* & *Cereviſia* recenti; & quotidiano uſu *Infuſi florum Sambuci* Drachm. 4. Aquæ *Borragin* l. Aquæ ſimplic. commun.

Salutarem produxit ſemper ſudorem ægris iſtis, & permultum levaminis.

Dolores partium genitalium mitigare quoque ſtudebat impoſitis epithematibus calidis, Decocto radicis *Altheæ* & folior. *Sambuci* immiſſis, omni hora bis-terve. Interne adhibuit ſemper cum uſu *Vinum* album *Burgundicum*; & Decoctum e *Guajaco*, radic. *Chinæ*-*Sarſaparillæ*-*Liquirit.*-Cortic. *Sambuci*,-*Nitri* & *florum Sulphur.* paratum.

56) D. *Fiſerich hydropicum*-*hydrocele* gravi ſimul affectum feliciter plane reſtituit, hacce methodo curationis, primo laxantibus quibuſdam, inprimis *Sal mirabil. Glauber.* tum harum pilularum ſubjuncto uſu.

Rec. *Sapon. venet.* Unc. 1.
Gumm. Guttæ Drachm. 2.
Pulver. *Squill.* Drachm. 2.
Balſam. peruv. Drachm. 2.

Miſce fiant lege artis pilulæ ponder. Gran. 3. conſpergend. pulver. *Succin.*

Doſis. omni bihorio pilul. 1-2. conjuncto ſimul potu largo *vini* hujuſce amari, impraegnati viribus harum herbarum diureticarum.

Rec. Herb. *Menth. piperitid.* Unc. 1. & ½
— *Centaur. minor.*
Baccar. Juniper.

Cor-

Cortic. *Aurant.* immaturor.
Semin. Sinap. contusor. ana Unc. 1.
Sal. *Tartar.* Drachm. 3.
Pulver. *Squill.* Drachm. 1. & dimid.
Vini francic. s. *gallic.* Mensur. 3.

Digere per triduum, colatum expressum successive bibat æger in larga copia; *Scroto hydropico* rubro - inflammato - dolenti fomentationes adplicuit, paratas e decocto vinoso specierum aromaticarum, omni trihorio reiteratas noviter.

Ad vesperam sumsit semper æger Gutt. 40. *Tincturæ* sequentis ad dimidium, cum *Tinctura Antimonii Tartarisata.*

Rec. *Gummi Guttæ* Drachm. dimid.
Olei Tartar. per deliquium Unc. dimid.
Aquæ fluviatil. Libr. dimid.

Gummi Guttæ in *Aqua* commun. plane soluta, leni igne leniter calefiat, affundetur tum *Oleum Tartari* per deliquium, quo obtinetur Tinctura rubra, semper hydropicis conveniens tam per se, quam commixta cum aliis remediis, in dosi pro quavis ætate determinanda.

Esculentis vero uti jubebat D. *Fiserich* vegetabilibus inprimis constantibus, herba *Chærefolii* recent. *Apii Petroselini*, *Raphano rusticano* pauca carne assata.

Pro *potu* vero *acidulis* uti debebat æger; Succo *Ribesiorum* & *Cerasorum* cum *Vini* tribus partibus commixto; quæ omnia urinæ sat insignem expulere copiam.

Vires amissos restituere jubebat jusculis nutrientibus & vino genuino electo, sat forti dosi s. cerevisia amara.

Ab-

Abdomen fricare jubebat linteamine laneo, impraegrato prius fumo baccarum *juniperi* aliquoties in die, & ligaturam dein applicandam, eo suasore humectatam prius *Aqua apoplectica.*

57) *Succus expressus*, uti *Decoctum* saturatum, Radic. *Ireos nostras.* caerulei cum Unc. 1-2. *Aquae* destillatae & *Syrup diuretico* quodam commixtus, vel cum *Melle* permultum semper expulit aquae hydropicis, observat. *Plater - Fernel - Werlhof*, aliorumque practicorum.

58) *Alii* commendant *Elixir acidum Halleri* in *hydrope* a mensibus retentis; & *Scherer* Elixir acidum cum parte una *Olei vitrioli* albi, Aqua depurati, *Spiritu vini* rectificatissimi part. 4. Leni digestione leviter commixta omnia; Mane & ad noctem cum vitello ovi, s. in jusculo carnis sumendi ad cochlear. aliquot.

59) *Schumacher anasarcam* saepius plane sustulit hocce modo.

Rec. *Oxym. squill.*
Aqu. flor. Sambuc. ana Unc. 4.
Liqu. Terr. fol. Tartar. Unc. dimid.
Misce. *Dosis* ter cochlear. 1-2. Minor dosis alvo majis libera.

Seu *Terr. fol. Tartar* pulveris. Drachm. 2. in Connubio Extractorum amaror. heic semper perquam utilium.

60) D. *Chalmer* laudat usum *Vitrioli cupri*, *Cantharidum* in pulvere ad Gran. 2-3. ter in die, cum jusculo carnis s. avenae, qua diureticum forte, subjuncto subitaneo usu *Cortic. Chinae* & *Rhabarbar.*

61) D. *Bicker* vero *Tinctur. Cantharid.* Gutt. 20. cum *Vino rhenano*; post usum *roborantium* leniter resolventium remediorum.

D. *Gra-*



D. *Grainger* dedit semper cum usu
Cantharid. pulverisat. Gran. 4.
Sal Tartar. Gran. 6.
Nitr. depur. Gran. 3.
Camphor. Gran. 2.

Misce, fiant pilul. cum *Electuar. lenitiv.* quant. suffic. divid. in 3. partes,

Dosis. Pilul 1. omni trihorio.

Qua forte diureticum molestam facile potest procreare stranguriam, in dosi inprimis nimia; alias in humoribus tam tenacibus-mucosis, in fibris laxis & debilitatis eximie confert;

Uti *Cuprum* in fibris laxis, si *Scammonium-Gummi-Guttæ* & *Mercurialia* nil amplius prosunt.

62) D. *Weber* Lindaviæ hocce remedium qua semper proficuum deprehendit in summo gradu *hydropis* cujusvis, cum tumore extremitatum insigni, cum & sine erysipelate, in utroque sexu & in senibus & in junioribus.

Rec. *Croc. oriental.* Gran. 1-2.
Milleped. pptor. Gran. 8.
Nitr. depur. Gran. 6.
Rad. *Squill.* ppt. Gran. 4.
— *Vincetoxic.* Gran. 5.

Misce fiat pulvis. *Dosis* mane & ad vesperam tres cultri cuspides cum *Aqua commun*, s. potu largo *Decoct. aperitiv.* s. juscul. carnis sumend.

63) Inunctio abdominis *hydropici Oleo Olivarum* non satis est commendanda, uti ægræ cuidam feminæ *hydropicæ*, a medicis plane desertæ, omnibus remediis antea incassum adhibitis, inunctio abdominis mane & ad vesperam per horam, Oleo tantum Olivarum profuit; & aliæ valde debilitatæ a repetitis paracentesibus & Aquæ permultum amissione.

64) Rec. *Extr. Squill.* Drachm. 1.
Gumm. *Ammoniac.* Unc. dimid.
Oxym. Squillit. quant. suffic.
Misce fiant lege artis pilul. Gran. 2.
Dosis Quater de die pilul. 3 - 4. *Stoll*

65) Commendat quoque *Stoll* in *hydrope*,
Decoctum *Cortic. Peruv.* saturatum. Unc. 2 - 3.
Liquor. Terr. foliat. Tartar Unc. dimid.
Oxym. Squillit. Unc. 2.
Misce. *Dosis* vasculatim.

66) *Mixtura diuretica Stoll*, in *hydrope* quoque conveniens.
Rec. *Sal. Tartar.* Drachm. 3.
Acet. Squillit. quant. suffic. ad perfectam saturationem
Aquæ fontan.
— *Petroselin.* ana Unc. 4.
Oxym. Squillitic. Drachm. 6.
— *Simplic.* Unc. 1.
Spirit. Juniper. Gutt. 10.
Misce. *Dosis.* vasculatim per diem.

Vina diuretica Stoll. in *hydrope* quoque *chronica* convenientia.

67) Rec. *Squill.* recent. Drachm. 2 - 3.
Pulver. Cortic. *Winter.* Drachm. 1. & ½. - 2.
Sal. *Tartar.* Unc. dimid.
Infund. frigide in Unc. 4. *Vini rhenani* l. *austriaci* per 24. horas. Colatur. detur usui vasculatim.
Rec. *Squill. recent.* Drachm. 6.
Pulver Cort. *Winteran.*
— *Cinnamom.* ana Unc. dimid.
Rad. *Helen.* Drachm. 1.
Vini Austriac. Unc. 18.



Misce fiat per infusionem *Vinum medicatum*. *Dosis*. Omni bihorio Cochlear. 1-2. *Stœrk*.

HYDROSARCOCELE

1) Varios *hydrosarcocele* afflictos ægros post usum radicis *Ononidis spinosæ*, qua fortis diuretici restitutos vidit, & quidem plenaria resolutione, *Acrell*; horum unus tumorem testiculi habuerat, magis ad *hydrocelem* vergentem, subopacum tamen.

Radicis *Ononidis spinosæ* Drachm. 3-5. in Aqua pura elixatæ, colaturæ Unc. 12. responderunt. Qui vero uti *Bergius*

Observavit radicem *Ononidis* interdum valde movere ægrotos.

HYDROTHORAX.

1) Usum *Digitalis purpureæ* in Decocto commendat eximie *Monro*, vide plura *Hydrops*. No. 25.

2) In *Hydrothorace*, & in suspicione *inflammationis pulmonum* commendat *hocce* Decoctum. *Stoll*.

Rec. Decocti *Altheæ* Unc. 24.
Liquor. *Terr*. *fol*. *Tartar*. Drachm. 3.
l. *Cremor*. *Tartar*.
Syrup. *Alth*. Unc. 1.
l. *Oximel*. *Squill*. Unc. 1. & ½.
Misce, *Dosis* vasculatim per diem.

HYPOCHONDRIACUM MALUM.

1) Solamen *hypochondriacorum Kleinii*.

Rec.


Rec. *Tartar. tartarisat.*
pulv. flaved. *Cortic. Aurant.* ana. Unc. dimid.
— Rad. *Rhabarb.* Drachm. 1
Sachar. alb. Drachm. 6.
Olei Cajep. Gutt. 6.
Misce fiat pulvis. *Dosis* Drachm. 1-2. per diem.

2) Rec. Pulv. *Cort. peruv.* Unc. 4.
Rad. *Gent. rubr.*
Flaved. Cort. Aurant. ana Unc. 1. & ½.
Spirit. Vini Gallic. Unc. 48.
Digere per dies 6. in balneo arenæ, cola. *Whytt.*

3) Rec. Rad. *Rhabarb.* Drachm. 1.
Magnes. alb. Drachm. dimid.
Misce fiat pulv. div. in 2. partes. bis sumend. Qua præcipuum laxans, conveniens hypochondriacis, *Fried. Hoffman.*

4) Bartholom. *Hofman.* suadet.
Rec. *Extract. Lilior. Convall. Vinos.* Unc. dimid.
Solve in Aqu. *Lilior. Convall.* vinos. Unc. 2.
Aquæ *Melissæ vinos.* Unc. 1. add.
Spirit. Sal. volatil. Drachm. 1.
Olei de *Cedro.* Scrupul. 1.
Syr. Flor. Tunic. Unc. dimid.
Misce. *Dosis* Cochlearia 4. per diem: præmissis congruis laxantibus.

5) *Schönheider* observat: *hirudinum* applicatio ad anum, ad 4-6. eorum, semper permultum profuit hypochondriacis-plethoricis inprimis. *Acta Hafniensia.* 79.



HYSTERICUM MALUM.

1) Rec. Gumm. *Galbàn.* - *Asæ fœtid.*
Extr. *Myrrh.* aquos. ana Drachm. 2.
Castor - *Camphor.*
Sal. volatil. Cornu Cervi, ana. Scrupul. $\frac{1}{2}$.
Olei Cajeput. Gutt. 6.
Balsam. peruv. qu. suffic. fiant. pilul. Gran. 1.
Capiat 20. æger mane & ad vesperam. *Fuller.*

2) Rec. *Asæ fœtid.* Drahm. 2.
Extr. Rhabarb. quant. suffic.
Misce fiant pilul. Gran. 2. *Dosis.* Eorum No. 4 - 10 - 15. ter in die: quas *hystericis* commendat *Bicker.*

3) Rec. Pulv. *Cort. peruv.* Unc. 4.
Rad. *Gent. rubr.*
Elav. *Cort. Aurant.* ana Unc. 1. & $\frac{1}{2}$.
Spirit. vini gallic. Unc. 48.
Digere per dies 6. in baln. aren. col. *Whytt.*

4) Rec. *Asæ* fœtid. Drachm. 1.
Solve in *Aquæ Cinnamom.* Unc. 4. sine calore ut lactescat.
Dosis omni dimidia hora, tempore insultus *hysterici* paroxysmi, cochlear 1. sumitur. *Mellin*

5) In *hysterico* malo uti in *convulsionibus*, atque systemate generis nervosi, irritabili egregie prodest radix *Valerianæ officinalis*, tempore vernali collecta, Drachmæ 2. quotidie sumtæ. *Bergius.*

6) *Guttulæ antihystericæ Pharm. pauper. Hamb.*
Rec. Essent. *Asæ fœtid.* Drachm. 2.
Castorei Drachm. 1. & $\frac{1}{2}$
Laudan. liquid. Sydenh. Drachm. dimid. Misce.

Misce. *Dosis.* Gutt. 30. bis-terve in die.

7) *Species hystericæ Pharm. paup.* Hamb.

Rec. *Flor. Chamomill.* rom. Manipul. 2.
Flavedin Cort. aurant.
Sem. Fœnicul. ana Drachm. 2.

Conc. contus. *Misce* fiant species ad Decoctum saturatum.

8) *Angliæ* quidam medici utuntur hacce methodo, uti *Nicolson.*

Rec. *Castor:* russic. Unc. dimid.
Aloes succotrin. Drachm. 3.
Croc. austr. Drachm. 2.
G. *Opii* Drachm. 1.
Sal. Absynth. Drachm. dimid.

Contus. misce, digere in *Spiritu Vini* rectificat. Unc. 6. per 4. dies leni igne, adde tum
Camphor. Drachm. 1.

Misce. *Dosis* hujus *Essentiæ* antihystericæ ad Guttas 40. bis in die.

Vel *Aquæ Menth. piperit.* Unc. 6.
Spirit. Lavendul. Drachm. 2.
Tinctur. *Thebait.* Gutt. 60.

Misce. *Dosis.* omni bihorio Cochlear. 1.

Vel *Sapon. hispan.* Unc. dimid.
Aloes succotrin. Drachm. 3.
Croc. anglic. Drachm. 2.
Opii. Drachm. 1.
Sal. Absynth. Drachm. dimid.

Misce. contunde & digere in *Spiritu vini* rectific. optim. Unc. 6. leni igne, die quarto dein adde
Camphor. Drachm. 1.

Dosis. Guttæ 30-40. bis in die.

 9)

9) *Aſa fœtida*, optime in pilularum forma, eſt egregium *antihyſtericum - nervinum - antiſepticum — calefaciens*, hinc caute ſemper eſt adhibendum.

Rec. *Summitat. Rutæ recent.* Manipul. 3.
Aſæ fœtid. —
Caſtorei optim. ana. Drachm. 2.
Infund. per dies aliquot in *Aceti Vini* Libr. 2. cola.

Rec. *Aſæ fœtid.* Drachm. 1. & ½
Camphor. Drachm. dimid.
Contus. adde *Caſtor.* ruſſic Drachm. 1. & ½.
Olei deſtillat. Cornu Cervi Gutt. 24.
Miſce fiant *pilulæ fœtidæ*, *Pharmac. Edinburg.*

10) Rob. *Whyt Caſtoreum ruſſicum* laudat præcipue in *uteri affectibus*, - in *malo hyſterico* - a *flatulentiis* orto.

Rec. *Caſtor. ruſſic.* pulveriſat. Gran 8 - 16.
Conch. ppt. l. *Magnes. Nitr.* Drachm. 2.
Nitr. depur. Drachm. 1.
Miſce, fiat pulvis dividend. in 6. part. æqual.
Doſis quotidie ter in aquæ copia ſufficiente 3. cuſpides cultri.

11) D. *Gæz Meinungæ* mali *hyſterici* cauſam, præcipue in nimia irritabilitate nervorum quærendam eſſe credit, et ad ejus *ſymptomata* præcipue refert cephalalgiam, cum frigore & æſtu paroxysmos, - ſpaſmos - tremores artuum, - dolores abdominis, - diarrhœas interdum l. conatus ad urinam, - maniam interdum, - ſyncopen, ſoporem copioſum, ſpaſmos in faucibus, palpitationes cordis, ceſſationem ſenſationis, ructus, viſus interdum defectum ſenſibilibus - vertigines;

Caſto-

Castoreum hinc valde proficuum deprehendit, — *Liquorem anodyn. miner.* Hofm. — & in gravioribus affectibus hystericis *Laudan liquid. Sydenham.* uti & *Moschum.*

In alvo adstricta clysmata, & externe epithemata l. sicca l. humida. — *Oleum* recens expressum *Amygdalarum*, cum pauca *Camphora* in eo soluta, dolores atrocissimos ad regionem scrobiculi cordis - s. intestini Coli subito sustulit; omnibus antea remediis antispasmodicis incassum adhibitis, uti ei eundem exoptatum effectum præstitit *Oleum Chamomillæ.*

Ad *vomitus hystericos epithemata* e Herba *Menth. crispæ* cum *florib. Chamomill.* multum præstitere, vino calido inspersa, uti aliis clysmata ex antispasmodicis - carminativis mediis parata.

Cephalalgias enormes *hystericorum epithemata* sustulere tantum ex *amygdal. amaris* contusis parata, pauco *Aceto vini* humectata; aliis vero *Spiritus Sal. amoniac.* cum calce viva paratus, qui in initio morbi odoramento egregio fuit, in ulteriori vero morbi decursu paroxysmum auxit, quod in usu *Aceti rosacei* non evenit.

In *Syncope hysterica Liquor. anod. min. Hofm.* interne quoque, uti & externe *Spiritus Sal. ammon.* calce viva paratus convenit

Tempore intercalari qua optimum necessarium roborans, *Cortex peruvian. l. Limatura Martis*, cæterum pro ratione symptomatum amara - antispasmodica, conjuncto Cortic. peruvian. præcipue profuere interpositis lenibus evacuantibus.

12) *Mixtura antihysterica* Nosocomii Pazmanniani, Viennæ.

Rec. Aqu. flor. *Chamomill.* Unc. 6.
Essent. *Succin.*
Spirit. Sal. ammoniac. ana Drachm. 1.
Opii puri Gran. 1.
Syrup. diacod. ʃ. Drachm. 6.
Misce. Dosis. omni bihorio Cochlear 1 - 2.

ICTERUS.

1) In *ictero - obstructione hepatis* commendat *Bicker*,

Rec. *Tinctur. Rhabarb.* aquos. Unc. 3.
Tartar. *tartarisat.*
Extr. Taraxac. ana Drachm. 3.
Misce detur cochleatim.

2) In *ictero infantum Fuller*.

Rec. *Sapon. venet.* rasi. Scrupul. 1.
Syrup. Rhabarb. Unc. 1.
Misce. *Dosis* cochleatim. *Mellin.*

3) Rec. Rad. *gramin* Unc. 6.
— *Taraxac.* cum toto Unc. 4.
Scissa tusa bulliant in
Aquæ l. *Seri lactis* quantit. suffic. per dimidiam horæ
Colaturæ fortiter express. Unc. 24. adde
Mellis puri Unc. 3.
Misce. *Dosis.* Unc. 4. *van Swieten.*

4) Rec. *Sapon.* albiss. Drachm. 6.
Extr. *Taraxac.* Drachm. 1. & dimid.
Gumm. Ammon. Drachm. 1.
Syrup. *Capill. Vener.* quant. suffic.
fiat lege artis pilul. ponder. Gran. 2 - 3.
Dosis bis 10 - 15. Tissot.

5) *Decoctum Rubiæ tinctorum* ſaturatum profuit eximie in *ictero*, uti in *tuſſi* chronica, in *vomitu* per plures *ſeptimanas* - immo *menſes ſumtum*. obſervat. *Marx*.

6) In *ictero nigro* eximium jam effectum edidit *Acetum vini* in quantitate ſufficienti ſumtum, omnibus aliis remediis incaſſum antea adhibitis, - uti in aliis *ictericis obſtructione* diuturna vexatis, *Aqua* de lacte *ebutyrato* *Bek. Re*.

7) Extracto rad *Taraxac*. utitur *Tiſſot*, hacce combinatione aliorum remediorum, in *ictero*.

Rec. Extract. *Taraxaci* Drachm. 1. & dimid.
Sapon. albiſſ. Drachm. 6.
Gumm. *Ammoniac*. Drachm. 1.
Syrup. *Capillor. vener*. quant. ſuffic.

Miſce fiant lege artis pilul. ponder. Gran 2 - 3. *Doſis*. 10 - 12. bis - terve in die. *Mellin*.

8) Viro *ictero* adfecto & *Calculis bilis* profuit eximie, *Succus Chelidonii majoris*, quotidie quater ſumtæ Guttæ 15. in juſculo carnis, in quo Calculi 53. fellei expellebantur.

Feminæ cuidam Guttæ 10 - 30. quotidie quater, ſumtæ, Calculos 300. felleos expulit. *Argentorati Creuzbauer*.

Dioſcorides jam utebatur hac herba in *ictero*.

9) *Icterus* cum ructibus, appetitu proſtrato, nauſea ad vinum & ad acida, cum debilitate inſigni, dolore in hepatis regione, removebatur hiſce remediis;

Tartaro ſolubili; Extract. *Taraxac*. - *Cardui-benedicti* - *Fumar*. - *Gramin*. in *Tinctura rhabarbar* aquoſa concentrat. ſolut. ac quotidie *Clyſmate* e *Taraxaco* - *Rubia tinctorum*. - *Saponaria* - *Fumar*. - *Abſynthio*. parato.

Inunctione in regione hepatis ob dolorem ibi hærentem obtusum *Linimento saponato* cum *Unguento Mercuriali* præparato.

Sal. Ammoniacum, Essentia Fuliginis aliquoties quoque adhibebatur, uti.

Extract. Gramin. - Mel - solut. in simplici Liquore,

Tartarus solubilis.

Ob tenaces *infarctus* internos, pilulas ex *Extract. Guajac.* — *Felle Tauri,* — Rad *Jalapp.* — *Olei Cajeput*; quæ vero mox dolorificas producebat sensationes in ventriculo, hinc reiterabatur usus *Tincturæ Rhabarbar.* — cum *Tartar. solubili* — *Extract. amaro*; conjuncto simul usu succi recentis *Nasturtii aquatici* vasculatim sumti.

Adhibebantur quoque emolumento haud insigni, pilulæ hæcce paratæ e

Gumm. ammoniac. — Extract. *Absynth.* cum *Rhabarb.* quo alvi fœces copiosæ abiere, nunc flavæ, non amplius cineritiæ - albidæ, uti in initio, cum ardore quidem in ano, per quodda tantum durante tempus, cæterum cum multo ægri levamine; ductus choledochi obstructiones enim plane auferebantur.

Hisce remediis subiungebatur potus copiosus *Succi Betulæ*, tum *Acidul. Schwalheimens.* — & *pilul. roborantes* paratæ e *Marte solubili* — *Extract. Quassiæ* — *Fumariæ.* (v. Baldinger Magazin IX Band.)

10) *Icterus* cum vehementi *cardialgia*, & *alvo adstricta* sine peculiari *febre*, feliciter tollebatur hisce remediis.

Rec.

Rec. *Sapon. venet.* Drachm. 3.
Pulver. *Rhabarb.* Drachm. 1.
Extract. *Gentian.* Drachm. 1.
Misce, fiant pilulæ 180.

Dosis, mane & ad vesperam earum 15. conjuncto quoqne potu sufficienti *Seri lactis*, cum Rad *Cichorei* sylvestr. parato, quæ alvi obstructiones subito sustulerunt.

Post biduum in paroxysmo *Cardialgiæ* cum fructu adhibebantur hæcce remedia.

Rec. *Olei Amygdalar.* Unc. 2.
Sapon. venet. Scrupul. 4.
Tartar. tartarisat. solut. Drachm. 2.
Syr. *Cort. aurant.* Unc. 1.
Aqu. Chamomill. vinos. anisat. Unc. 2.
Tinctur. Rhabarbar. Unc. dimid.
Spirit. Sal. ammoniac. anisat. Scrupul. 2.
Misce. Dosis, omni hora cochlear. 1.

Quum post spatium 10. dierum novus *cardialgiæ* rediret paroxysmus, pilulæ priores saponatæ reiterabantur, & opiata interponebantur.

Tum per quoddam tempus hocce Decoctum inprimis adhibebatur cum multo fructu.

Rec. Rad. *Cichor. sylvestr.* Unc. 1. & dimid.
— *Chelidon.* major.
— *Curcum.* ana Unc. dimid.
Summitat. Centaur. minor. ana Manipul. 1.
Fol. Sen. elect.
Rad. *Rhabarb.* ana Drachm. 2.
Cremor. Tartar. Unc. dimid.
Concis. misce, infund.
Aqu. fontan. Unc. 18. dein *Vini* elect. Unc. 18.
Dosis. Mane vitrum 1. cum conjuncto usu hujusce remedii.

Rec.



Rec. Pulver. *Cortic. peruvian.* Unc. 1.
Arcan. duplicat. Scrupul. 8.
Rhabarb. radic.
Pulver, *flor. Chamomill.* ana Scrupul. 4.
Syrup. Card. bened. Unc. 2.
Miſce. *Doſis* ad pomeridiem & ad veſperam *Nucis avellanæ* magnitudo. *Reuſs.*

11) Obſervationibus *Manet* & *Whit* in Anglia, ova gallinacea crude adhibita, in initio duo ad tria, ad quinque in die ſumta iis ſemper profuere eximie in *ictero*, uti & Decoctum ſaturatum Rad. *Fragar.* & *Gramin.* in connubio cum *Sero Lactis.*

In *gravidis* quoque *ictero* pertinaci affectis non parum profuere duo *Vitella ovi*, quavis vice mane & ad veſperam in ſpatio quatuor dierum, ſumta; reſinoſas partes ſolvendo, bilem tum æque facile poteſt ſolvere, qua corpus ſimile; etſi calculum felleum non plane ſolvit vitellum ovi, obſervat. *Dürant.*

12) In *ictero* gravi poſt *febrem quartanam Stoll* commendat.

Rec. Rad. *Gramin.* Unc. 12. coque
Aqu. fontan. quant. ſuffic. per horam.
Colatur. Unc. 12. prelo fortiter expreſſ. adde
Tartar. ſolubil. Unc. dimid.
Syrup. *Fumar.* Unc. 2.
Miſce. *Doſis* vaſculatim pluries per diem.
Vel *Extr. Gramin.* liquid. Unc. 3.
Liquor. Terr. fol. Tartar. Drachm. 6.
Syrup. *Fumar.* Unc. 12.
Aqu. Fumar. Unc. 12.
Miſce. *Doſis* vaſculatim. *Stoll.*

GLIA-

ILIACA PASSIO. *s.* VOLVULUS.

1) *Olei Lini* præstantiam inprimis commendat *Gallesky*, recenter subito in initio volvuli adplicatum, una cum *balneis tepidis* frequenter adhibitis.

Sæpius enim in hoc morbo Oleum *Lini purgat*, ubi drastica alia fallunt. *Bergius.*

2) *Heyne* commendat præcipue in *Ileo* s. *Volvulo*, primum *Venæ sectionem* largam, - tum *Clysmata* vel ex *Aqua frigida* vel e *Fumo Tabaci* parata, - *Cucurbitas* siccas, - *Sal anglicum*, - *Opium*, - *Ipecacuanh.* in exigua dosi.

IMPOTENTIA VIRILIS,

1) Sub usu *Conii maculati* impotentiam *virilem* curatam observavit, in viro quodam plusquam quadragenario, qui omnem erectionem penis perdiderat, postinde tamen plures liberos procreavit, *Bergius.*

INFANTUM AFFECTUS.

1) *Acrimoniam* eorum *acidam* mitigandam suadet hocce modo *Tissot.*

Rec. *Magnes.* simpl. vel *Lapid. Cancror.* Drachm. 2.
Cinnamom. Gran. 4.
Misce fiat pulvis divid. in 8. partes.

2) In omnibus infantum morbis ab acrimonia ortis, *dentitione* & interdum *atrophia* accedente *Stark* inprimis profuit hujusce remedii usus.

Rec.



Rec. *Sapon. venet.* Drachm. 1.
Magnes. alb. Drachm. 1. & ½.
Rad. Rhabarbar. elect. Drachm. dimid.
Cremor. Tartar. Scrupul. 1.
Sachar. alb. Drachm. 3.

Misce. *Dosis* omni bihorio cochleare 1. coffee dictum.

Addi quoque interdum potest *Sulphur. aurat. Antimon.* Gran 1. & dimid. scopo magis resolvente - discutiente.

3) Infans neonatus, a gravi diuturno partu valde debilitatus, sine ullis vitæ signis decumbens, motu tantum aliquo intercedente brachii sinistri, reponebatur in *balneum* tepidum *Liquoris Spirituosi*, & placenta immittebatur in aliud vasculum, eodem liquore impletum, cum quantitate quadam urinæ tepidæ, commixtum, repositum calori fornacis, simulac in eo contentus liquor calefiebat, acquirebat tum infans, cui calor per totum funiculum umbilicalem communicabatur, successive colorem suum naturalem, & *vitam*, ad quam nulla antea aderat spes. *Reichart.*

4) *Obstructiones vasorum* & *partium glandulosarum* debellandas, in infantibus tam sæpius obviis, qua potentissimum *resolvens* deprehendit usum *Belladonnæ*, D *Ziegler.*

Utuntur semper exoptato quoque fructu medici quidam in anglia, *pilulis* ex *Anguillæ felle*, & *Lucii pisci*, cum extracto quodam amaro resolvente paratis, in infantum *obstructionibus*, *indurationibus abdominalibus*, in glandulis intestinorum tenuium præcipue occurrentibus, cum faciei quodam pallore.

IN-



INFLAMMATIO EXTERNA.

1) In *inflammatione* partium *glandulosarum* confert *externe*

Rec. Farin. *Tritici*
Fœnu Græci ana Unc. 3.
Coque sub jugi agitatione in
Aquæ fontan. quantit. suffic. ad pultis consistentiam, adde
Pulp. Cepar. sub Ciner. assatar. Unc. 2.
Gumm. ammon. in *Vitell. ovi* solut. Unc. 1.

Usus quotidie quater adplicandus tepide, & si siccessit cum butyro insulso humectandus, de *Walter. Mellin.*

2) In *inflammationibus externis* vulnerum, vel in luxationibus l. fracturis l. ulceribus obviis, commendat ad fomentationes, proficuas eximie, *Vitriolum* ad *rubedinem* calcinatum, *Aqua* solutum, *Plenck.*

3) In *inflammatione* pedis universi, pertinaci, a clavo ferreo intruso inopinato plantæ pedis, subitaneum præstitit opem exoptatissime, aliis antea frustra adhibitis remediis hocce remedium.

Rec. *Aqu. Saturnin. Goulardi. camphorat.* Unc. 6.
Gumm. ammoniac. Unc. dimid.
Opii Gran. 4. soluti in
Aceti Vini quant. suffic.

Misce usui, ad linteamina eo humectanda, & qua epithematibus tumorem sæpius iis fomentandum. Inflammatio discutiebatur, & stagnati humores resolvebantur, dolore simul in loco læso tantum remanente, successive

vero

vero dein plane cessante, usu demum Emplastri norici, observat. *Vicat.*

Ad *Aquam saturninam Goulardi camphoratam* adhibebatur loco *Spiritus vini* vulgaris, *Spiritus Vini camphoratus.*

Eodem remedio, (excepto *Opio*, cujus loco sumsit succum expressum e foliis *Daturæ Stramonii* Unc. dimid.) sanabat *Vicat paronychiam* in digito pedis sinistri.

Concludit hinc *Vicat* ex hisce casibus, saturnina remedia resolventibus balsamicis, & anodynis mediis juncta, externe præcipue in inflamationibus, & affectibus partium tendinosarum valde prodesse, vide *Reichart* Wochenschrift.

4) Ad *inflammationes externas, chronicas*, pertinaces, — diuturnas commendat *externe* præcipue — *Richter*, hæcce remedia.

Rec. *Cortic. peruv.* Unc. 2.
Pulv. Herb. *Cicutæ*, rec. Unc. 1.
— *Hyosciami.* Drachm. 2.
Coque in *Aquæ fontan.* Libr. 4. per $\frac{1}{4}$ horam, in colatura dissolve
Nitr. depur. l. *Alumin.* Unc. 1.
Misce, usui externo, qua epithema, linteaminum ope adplicandum.

Vel Rec. *Aqu. fontan.* destillat. Unc. 4.
Extract. Saturn. Goulard. Scrupul. 2.
Spirit. vini Gallic. Unc. 2.
Misce usui externo.

Vel ad *fomentationes externas.*
Rec. *Flor. Chamom.*
Aceti vini optim. ana Unc. 4.
Spirit. vini camphorat. Unc. 2.
Sal. ammoniac. depur. Unc. dimid.
Misce usui.

Vel

Vel Rec. *Pulv. Cortic. Querc.* f. *Rad. Bistort.* Vel. *Tormentill.* Unc. 2.

Coque in *Aquæ fontan.* & *Vini rubr. gallic.* ana Libr. 3.

Colatur. adde *Alumin. Crud.* Unc. dimid.

Misce usui ad fomentationem externam, linteaminum ope, & interne simul hæcce remedia.

Rec. Aquæ *Cerasor. nigror.* Unc. 6.
Sal. Mirabil. Glauber. Unc. dimid.
Nitr. depur. Drachm. 2.
Succ. Citr. recent. express.
Oxym. Squillit. ana. Unc. 1.

Misce usui, omni bihorio 2. Cochlearia; tum

Rec. *Cortic. peruv.* Unc. 1. coque in *Aqu. fontan.* Unc. 16. ad remanent. Unc. 8.

Colatur. adde *Syrup. Violar.* Unc. dimid.

Misce usui omni bihorio, 2. cochlearia: & pro *potu ordinario*, qua *Ptisane* hocce, Decoctum.

Rec. Rad. *Gramin.* — *Altheæ.* ana Manipul. 2.
Conc. coqu. cum *Aquæ fontan.* puriss. Libr. 4.
Colatur. adde *Succ. Citr.* rec. express.
Syr. *Ribesior.* ana Unc. 3.

Misce usui, pro potu ordinario.

5) Pharmacopæus quidam Rompelaar in *Deventer, Bataviæ*, per spatium 40. annornm, eximio cum fructu ad *inflammationes*, & ad *vulnerata loca*, externe semper adplicuit, qua epithema, linteamina in hocce remedio humectata.

Rec. *Alumin. crud.* Libr. 1.
Vitrioli albi.

O *Vitrio-*

Vitrioli Cupri s. *virid.* ana Libr. dimid.
Nitr. depur. & *Sal. Culinar.* ana Libr. dimid.

Misce, repone igni leni, vasculo figulino antea immisso, adde
Aceti Vini elect. qu. suffic. ad consistent. mellis fluentis instar; tum adde
Massæ hujus Unc. 3.
Cerussæ Unc. 1.
Boli rubr. Unc. 2.
Thuris — *Myrrhæ* ana Drachm. 2.

Misce accuratioris ope triturationis ad massam usque pultaceam s. pastam.

Ad usum quemvis præsentem sume
Pastæ hujus Unc. 1-2-3. Contere
Aceti vulgar. Unc. 8-10-12. saturat. tum humecta linteamen hocce liquore, & vulneri impone, — omni hora 4-6-8. reiteranda.

INFLAMMATIO INTERNA.

1) In morbis *inflammatoriis* cochleatim commendat *Biker* Mixturam hancce.

Rec. *Aqu. Rub. Id.* l. alius - Unc. 10.
Cremor. Tartar. Unc. dimid.
Nitr. depur. Drachm. 2.
Syr. Rub. Idæi. Unc. 1.

Misce, *Dosis.* Cochlear. 2-3. pluries in die.

2) *Inflammationes* pulmonum, *peripnevmoniam-pleuritidem-phrenitidem*, cum *rhevmatismo* junctam *acuto*, uti & *inflammationes* ab *injuria* externa ortas optime profligavit in anglia *Hamilton*, (& cum eo varii alii medici,) methodo antiphlogistica — *Venæ Sec-*

Sectione larga, — leni *laxante*, omni 6-8-12. hora, Bolo e *Calomel* Gran. 1-5. & *Opii* Gran ½-1. cum Conserva pectorali-resolvente, conjuncto simul copioso potu *Decocti Hordei*.

Methodus hæc in initio statim applicata, mox levamen exhibuit in spatio horarum 3-4. in spatio vero horarum 24. plane evanuit affectus inflammatorius.

Quibus levamen hæcce methodus non præbuit, in spatio horarum 24. iis *Venæ Sectio* repetita suscepta est, uti & remedia superiora sunt repetita citius, - quam resolutio morbi per sudorem-l. per diarrhœam-l. per salivam jam facta erat.

Quibus methodus hæc subito in prima inflammationis invasione applicata est, iis optimum semper effectum ea præstitit, certum & subitaneum. In cute interdum sicca *Camphoræ* usum & *Tartari emetici* simul combinavit, *Hamilton*.

ISCHIADICUM MALUM.

1) In *malo ischiadico* bonum effectum sæpius expertus est ab *Extracto Aconiti* a Gran 1-10. bis l. sæpius de die. *Bergius*.


Vel *Extract. Napelli* rec. Gran. 3.
Sachar. Canar. Drachm. 2.

Misce fiat pulvis in 6. Doses æquales dividend. *Dosis* in die bis. pulvis. 1. *Collin* & *Re*.

Et externe *Spirit. Serpilli*, ad locum dolentem bis-terve in die eo illinendum. *Re*.

2) Uti ab *Exter*. pluries subitaneum & fortunatissimum effectum præstiterunt, in hoc affectu *hirudines* plures loco affecto applicati.

 3)



3) In *Ischiadico malo* pertinaci eximiam præstitit opem *Sulphur aurat. Antimon.* in solutione *Extractor.* amarorum adhibitum; primis vero viis antea purificatis, & febre imminuta: testimon. *Krebs.*

4) D. *Bernhard* commendat in *malo ischiadico pertinaci - dolorifico Essentiam Galbani* flavam;

Valide aurantiam, rite - diu - fortiter præparatam, *Spiritu Vini forti*, humectanda ea linteamina simplicia, eaque ad locum dolentem applicanda, quo subito dolores pertinaces cessant, præmissis & adhibitis simul congruis evacuantibus diaphoreticis mediis.

Uti D. *Nicolai* tam eximium fructum sæpius expertus est ab usu externo *Essentiæ* hujus *Galbani*, in *malo* inprimis quodam *ischiadico* pertinaci, valde dolorifico, ob enormes dolores circa ischium - dorsum - pectus, a frigore subortos & a retrogresso sudore, post nimium motum, equitationem vehementem, in pluvia vehementi, viri vesicantia, camphorata media, alias proficua, reformidantis, cui ob febrem vehementem, pulsum celerem - durum - fortem *Venæ Sectio* tantum poterat institui, & adhiberi Mixtura ex *Aqua Communi*, *Aceto*, & *Melle*, pro potu ordinario cum Drachm. 1. *Nitri*. ad Libram 1. Mixtur. cujus usu febris sese imminuebat; continabant vero dolores enormes in regionibus supra dictis, hinc adplicuit ad locos dolentes, linteamina simplicia, humectata, in *Essentia Galbani* saturata.

5)

5) D. *Medicus* commendat enixe *Vesicantia in malo ischiadico*, ad locum affectum, - dolentem, uti in *angina - pleuritide*, *peripneumonia*, - *asthmate - anxietate pectoris*. &c.

6) In *Anglia* utuntur medici quidam cum fructu in *malo ischiadico*, uti in *lumbagine* pertinaci hæcce media externa.

Rec. *Camphor*. Scrupul. 1. dissolut. in
Oleo Therebinthin. Drachm. 2.
Sal. Cornu Cervi Gran. 15.
Pulver. sem. *Cymin*. Drachm. 2.
Misce accurate, adde
Unguent. nervin. Unc. dimid.
Sapon. nigri commun. l. *venet*. Unc. 1.
Misce fiat *Linimentum*, extende super linteum, applica loco dolenti. *Home*. — *Halyt*.


ISCHURIA

1) In *Ischuria*, e *Calculo vesicæ*, *Decoctum Radicis Ononidis spinosæ* levamen insigne afferre sæpius vidit *Bergius*, qua *diureticum — aperiens*, ubi emulsiva omnia atque mucilaginosa incassum adhibita fuere.

Radicis nempe Drachm. 3 - 5. in *Aqua* pura elixatæ, colaturæ Unc. 11. responderunt. Qui vero, uti alii observavit *radicem Ononidis* interdum valde movere ægrotos.

Uti Aqua *Calcis* cum *Lacte Vaccæ* largiter sumta, & simul applicatæ injectiones ex Infuso florum *Sambuci* cum Lacte. *Exter*.

2) In *ischiuria* optimum semper fructum expectus est, *vesicatoriis*, *regioni pubis* applicatis; & *interne*, sub potu ordinario, largiter commixtus, *Spiritus Sulphuris*, cum *Syrupo Rubi Idæi*; *Wagner* & *Reichart*.



LABIORUM FISSURÆ.

Rec. *Butyr. recent.* insulsi Unc. 6.
Ceræ flavæ Unc. 4.
Poma redolentia. No. 2.
Pulv. Rad. *Altheæ.*
— *Lilior.* alb. ana. Unc. 2.
Coqu. leni igne ad consumtionem humidi, cui adde Rad. *Calom. aromat.* Drachm. 2.
Cortic. *Cinnamom. contus.* Drachm. 1,
Benzoes. - *Styrac.* ana Drachmas. 2.
Rad. *Alcann.* Drachm. 2.
Misce fiant tabulæ quadratæ, sæpius in die fissuras labiorum iis inungendas. *Stoll.*
Uti alii *Butyrum Cacao* recens *Oleo Amygdalorum.*

LACTANTIUM AFFECTUS.

1) *Lac dissipandi* inservit *Camphora* pulverisat, mammis applicata, linteaminum ope, uti
Unguent: resolvens ad tumores mammarum, e *Spiritu Salis ammon.* cum Calce viva paratum, qu. suffic. ad Unguent: consist: cum *Oleo Olivar.* *Reuss.*
2) *Unguentum populeum* cum *Camphora* lac quoque subito dissipat, uti
3) *Emplastr. Spermat. ceti*, & *Spermat. Ranarum* ad partes æquales commixt.
4) *Qua Lac dissipans* in mammis & repellens remedium semper optime deprehendit D. *Martinet*, (in Gallia,) *Alcali volatil fluor*, ejus Guttas 12 - 15 - 20. mane & ad vesperam in vitro Aquæ recentis dilutas, uti feminæ cuidam lactanti, in Gallia, cujus una mamma nullum lac, altera vero perparum lactis excernebat, insignis copia hujus

Alcali volatil fluor, ad vices aliquot ſumta, mammas ejus plane quaſi exaridas, reſtituit ita, ut dein inſignem excerneret copiam lactis, obſervat: *Martinet*, *Reichart.*

5) *Epithemata* e foliis recentibus *Alni* arboris, herbæ *Petroſelini* & *Chærepholii* parata, calide mammis applicata, lac eximie diſcutiunt ablactantibus, & omnem duritiem in mammis leviter ſubſequentem avertunt, ſi inprimis per quoddam adhuc tempus continuatur uſus *Emplaſtri Diachyli* cum *Gummutibus* vel *Emplaſtr.* de *Cicuta* cum *Ammoniaco.*

6) In quibusdam regionibus ruricolæ quædam lac diſſipant ablactantibus herbæ ope *Petroſelini* recentis, mammis impoſitæ.

7) *Mammarum indurationes* - *ſcirrhoſitates* incipientes tollit, præſervat quoque mammas lactantium, ab iſtis affectibus uſus, *Sal. ammoniac.* in *Aqua* ſolut. & *Aqua hungarica* diluti, tum cum *mica panis* ad pulticulam redacti, & ita adplicat. Cujus uſu aliquoties in die, *Lac fluidum* ſemper conſervatur, obſervat. *Jüſtamond.*

8) Qua *lac* præcipue *augens* remedium commendant *Acta* nova ſocietat *Upſalienſis.* Vol. I.

Quibus conſentiunt *Bergius*, — *Richter.* — *Reichart.*

Rec. *Rad. Fœnicul.* Unc. 2.
Herb. *Fœnicul.* - *Aneth.*
— *Chærefol.* ana Unc. I. & dimid.
Semin. *Fœnicul.* Unc. 2.

Conc. Contus. Miſce, coque *Aqu. fontan* quant ſuffic. ad *Decoctum* ſaturatum, de quo per diem aliquot vitra bibenda ſunt.

 9)

9) *Lac* ad mammas derivandum, (quæ poſt 4. horarum ſpatium febris lacteæ, lacte plerumque implentur, *Wintringham* obſervationib.) inprimis ſi puerperis quibusdam non legitimo modo uterus ſe contrahit, & hanc metaſtaſin tam facile generat, ſæpius lethalem, in iſtis caſibus ſuadet hinc *Majuult*, linteamina *Aceto vini* frigido humectata, ad regionem pubis, & uteri ſubiacentis adplicata, mammas vero, epithematibus tantum calidis aquoſis, vel e lacte commun. paratis, tegendas, ad uteri contractionem eo celeriorem - leviorem - & certiorem promovendam, & lac eo levius, ad mammas ita præparatas, alliciendum, iſtasque puerperas in ſtatu iſto ſano conſervandas. *Reichart.*

LAXANS.

1) *Infuſum* herbæ *Violæ tricoloris*, doſi Unc. 4. ex infuſo, quavis altera hora, quam diu recens haberi poteſt, a primo vere in ſerum usque antumnum, qua herba ubivis ſponte in agris & hortis creſcens, commendat *Bergius*, qua præſtans ſatis & gratum *laxans mucilaginoſum*, in quibusdam qua leniter ſimul *emeticum* agens; — herba recenter ſiccata, vim ſuam purgantem *ſervante*, doſi quidem aucta quam diu ſiccata.

Uti ad cruſtam lacteam hancce herbam valde comprobatam deprehendit *Strak.*

2) *Laxandi* ſcopo *Manna* conducit, Doſi, Unc. 1 - 2. Raro per ſe datur, ſed magis confert

fert soluta, in Decocto *Tamarindorum* cum *Senna*, l. in *Sero lactis.*

Mitigat tormina, quæ excitare *Senna* solet sensibilioribus. *Bergius.*

3) Hocce quoque modo eximium exhibet effectum *Manna*, sine torminibus, nec cum ullis molestiis.

Rec. *Man. calabrin.* Unc. 1.
Pulp. Tamarindor. Unc. dimid.
in *Aquæ commun.* Unc. 2. solut. quibus adde *Cremor. Tartar.* Drachm. 1. & dimid.
Olei Anis. Gutt. 12.

Misc. Dosis. una vice mane jejune sumend. *Re.*

3) *Laxans. anodinum* eximium exhibet *Cremor. Tartari* solubilis, si iste detonatur *Boracis* quantit. sufficient. *Reuss.*

4) *Laxans universale*, certo semper efficiens, etiam robustis ruricolis.

Rec. Rad. *Rhabarbar.*
— *Jalapp.*
Fol. *Sen. elect.* ana Drachm. 2.

Misce fiat pulvis.

Dosis. Quavis vice tres cultri cuspides mediocres, & quidem ter - quater in die. *Ammermüller.*

5) *Electuarium laxans*, infantibus inprimis conveniens, in exigua quoque dosi.

Rec. *Cortic.* totum de pomis *Aurant.* No. 3. excisis, & ejus
Succi totam quantitatem,
Sachar. canar. Unc. 2 - 3. pulverisat.

Coque omnia prius commixta ad Electuarii consistentiam, quibus adde
Folia Sennæ elect. pulverisat. Unc. $\frac{1}{2}$ - 1.
& coque breviter tantum.

 Misce

Misce omnia, et asserva in olla figulina usui.
Dosis, cochleatim sumi potest hocce Electuarium, reiteratis vicibus usque dum *laxantem* exhibet effectum, & junioribus & adultis

6) *Laxantia Anglis* quam maxime usitata.
Rec. *Pulp. Tamarindor* Unc. 1,
Fol. *Sen. elect.* Drachm. 2. coque in
Aquæ fontan. Libr 1. & dimid. ad Libr 1. colatur.
Dosis Cochlear. 2. singulis horis.
Vel. Rec. Pulp. *Tamarindor* Unc. 1 coque in *Seri Lactis* Unc. 8. colatur. adde
Mannæ Unc. 2. *Dosis* per vices.
vel. Rec. Fol. *Sennæ*. Drachm. 2.
Aquæ fontan. Unc. 10. coque ad Unc. 6.
Colatur. adde *Sachar. albi*, Drachm. 2.
Dosis Unc. 1. omni hora, donec alvus fuerit libera.
Vel. Rec. *Fol. Sen. elect.* Scrupul. 1.
Sachar. alb. Gran. 10.
Tartar. vitriol. Gran. 10.
Misce fiat pulvis pro dosi. *Halyt.*

LEPRA.

1) In *Lepra nodosa* Infusum tenue herbæ *Ledi palustris*, s. *Rosmarini sylvestris* multum profecit, (Herbæ nempe Unc. 2. in *Aquæ calidæ* Unc. 48.) Nodi leprosi plenarie resoluti sunt *Bergii.* observat & *Ohdelii*. *Acta Erudítor. Sueciæ* (1783.) communicant casum *leprosæ* virginis, per plurium annorum seriem Lepra enormi-

normiter affectæ, variis antea frustra adhibitis remediis, & hæmocatarcticis quoque alias consuetis; plane ea Lepra liberabatur *Infuso* saturato *Ledi palustris*, præmissis congruis purgantibus, iisque huic Infuso interpositis.

Infusum hocce dolores mox imminuebat, cum nisu in initio quidem aliquo ad vomitus; externe quoque omnes loci leprosi hocce infuso, herbæ *Ledi sylvestris* saturato, aliquoties in die lavabantur.

Gingivæ fœtentes - fluentes sæpius fricabantur *Sedo acri*, & *venæ sectio* aliquoties instituebatur, ob orgasmum sæpius intercurrentem sanguinis, combinato simul usu Cremoris Tartari frequentiori. In spatio anni dimidii liberabatur plane hæc Virga a statu hoc pertinaci leproso, & irregularitas ejus mensium plane simul tollebatur.

LOCHIA.

1) In *Lochiis* suppressis commendat *Bergius* *Croci* pulveris Gran. 5 - 10 - 20. *Nitro* & *Sale medio* quodam leniter laxante commode jungitur scopo temperante, si *Crocus* forte æstum quendam excitaret.

LUES VENEREA, *s.* SIPHYLITIS.

1) Sine salivatione luem ita sanat *Plenck*

Rec. *Mercur.* puriss. Drachm. 1.
Gumm. arab. Drachm. 2. adde conterendo
Syrup. *Violar.* Cochl. 1. probe mixtis, adde

Extr.

Extr. Cicut. Drachm. 1.
Misce fiant cum pulv. *Glycirrhiz* quant. suffic. Pilulæ ponder. Gran. 2. Dosis. No. 6. bis-terve in die.

2) *Specificum antivenereum* V. Swieten.
Rec. *Mercur. sublim.* corros. Gran. 12.
Spirit. frument. Unc. 24. stent in vase Clauso vitreo donec Mercurius sponte solvatur
Dosis cochlear unum, bis-terve in die.

3) Pilulæ *Siphyliticæ* Pharm. pauper. *Pragens.*
Rec. *Mercur. sublim. corros*, Gran. 2.
Solve in *Aquæ fontan.* quant. suffic.
adde *Micæ panis* Drachm. 1.
Misce fiant lege artis Pilul. Gran. 2.

4) Solo *Maltæ* (e hordeo paratæ,) *Infuso* ipsa *ulcera siphylitica* & *abscessum* cum *ulceribus* sinuosis curavit *Rusch.* — Tribus vel quatuor Cochlearibus *Maltæ* superaffudit *Aquæ* bullientis Unc. 12. & colaturæ addidit Cochlear unum alterumve *Vini* & *Sachari* quantum sufficit: atque hujus infusi libras nonnullas quotidie biberunt ægri, teste *Bergio.*

5) *Corticem* radicis *Daphne Mezerei* tam eximie laudat Alex. *Russel*, in *nodis venereis* & *doloribus osteocopis* nocturnis; in *nodis duris tibiarum, faciei-brachiorumque*, magnitudinem Juglandis nucis sæpe æquantibus, sive fuerint manifeste siphilitici, sive minus, intra mensem solo hoc cortice sæpe resolutos fuisse, doloremque sedatum. - Addito *Mercurio sublimato* curam interdum sublevavit; quum in vera exostosi, eo minus effecerit cortex; eo magis vero, ubi *caries* subfuit, appli-

applicato ſimul cauſtico', inſequente exfoliatione.

Sub forma *Decocti* Corticem recentem ſemper adhibuit.

Rec. Cortic. rad. *Mezerei* rec. Unc. 1.
Aquæ fontan. Cong. 1. & dimid.
Coque ad Cong. 1. cui adde
Rad. *Liquirit.* incis Unc. 1.
Cola. *Doſis* decocti Unc. 6.
Quater in die.

6) In *exanthematibus venereis*, cum ulceribus profund. chronicis *Mercur. ſublimat* profuiſſe optime, cum Aquæ commun. portione ſuffic. commixtum, ejus Grana 2 - 4. ad Libram. 1. Aquæ; uti & ad *gonorrhœam* contendit in anglia Turnblül.

7) Ad *porros venereos* tollendos pariter, uti in *carie oſſium* laudatur *pulvis Sabinæ* herbæ, caute tamen, qua fortem - gravem - fœtidum odorem ſpargentis, non omnibus convenientem. *Bergius.*

6) *Luem Veneream* D. *Peirilhe* Pariſiis hocce modo optime removit.

Rec. Herb. *Meliſſ.* Unc. 4.
Follicul. Sen. Unc. dimid.
Miſce digere leni calore, cum Aquæ fontan Unc. 12. in Colatur. Unc. 10 - 11.
Solve *Sachari* albiſſim. Unc. 4.
Alcali Volatil. Concentr. puriſſ. Drachm. 1. ad 1. & ½.

Detur pro doſi quavis vice 4ta pars.

Omni mane jejune; & 2da doſis poſt 2 - 4. horas a prandio, cum conſueto potu ex Infuſo *Meliſſæ*.

Ante

Ante hujus remedii usum præparatio ordinaria laxativa fit, uti in usu Mercurialium remediorum, omni octiduo.

Profuit ei quoque præcipue hocce remedium in *Gonorrhœa* maligna, — *Carie* — *Serpigine*, — *Fistulis* viarum urinariar. — *Ulceribus* spongiosis — scirrhosis.

9) *Flagellas*. radic. *Sarsaparillæ* recent. nec *Aqua marina* nec *vermibus* arrosar. Unc. 1. & ½ cum *Aquæ marin*. Libr. 6. saturate decoctis, & in spatio horarum 24. l. calide l. frigide assumtis exoptatissimum edidit effectum in lue venerea, *Fordyce*.

10) In *Venerea lue* diuturna, *scrophulis venereis*, *doloribus osteocopis*, commendat, *Stoll*.

Rec. Extr. *Cicutæ* Unc. dimid.
Aconit. Drachm. 1.
Mercur. corrosiv. Gran. 15.
Syrup. *Cinnamom*. quant. suffic. ut fiant pilulæ No. 300.
(Pilulæ horum No. 20. continent *Mercur. sublimat. corros*. Gran. 1.)

Rec. *Mic. panis* alb. Drachm. 10.
Elæosachar. *Menthæ*. Drachm. 2.
Mercur. corrosiv. *Aqu*. *Menth*. solut. Drachm. 1.
Misce, exacte in mortario vitreo, fiant pilul. No. 600.

Solutio Mercurii corrosivi spirituosa, *Stoll*.

Rec. *Tinctur*. *Gumm*. *Guajac*. cum. *Taffia* parat. Libr. dimid.
Mercur. *sublim*. *corros*. Gran. 3.
Misce mane & ad vesperam Cochlear. 1. cum dimid. vasculo Decocti hordei.

TINC-

TINCTURA GUAJACI VOLATILIS, STOLL.

Rec. *Gummi Guajac.* nat. Unc. 4.
 Spirit. *Sal. ammon. vinos.* Libr. 1. & ½.
Digere ſine calore in vaſe clauſo. Colat. Detur bis, ad Guttas 20. - 25. pro Doſi.
Decoctum in *Lue* ſimul cum *Mercurio* adhibendum *Stoll.*
Rec. Raſur. Lign. *Guajac.*
 Rad. *Sarſaparill.*
 — *Chin. nodos.* ana Unc. 1.
 Raſur *Liquirit.* Unc. dimid.
 Pulv. Semin. *Fœnicul.* Drachm. 1 - 2.
Miſce. D. Signentur Species pro decocto Lignorum.
Ad menſur. 1 *Aquæ commun.* Manipul. 1. horum ſpecierum coquuntur ad ¾. colaturæ remanentis, per diem ſucceſſive abſolvendæ.

11) *Tode* reſtituebat plenarie feminam ſiphylitide graviter affectam, iſtiuſmodi ulceribus in collo - faucibus, cumque juncto ſtatu hectico, uſu tantum ſolutionis conſuetæ mercurialis *Swieten*, conjuncto ſimul Decocto ſaturato *Cortic. Peruviani*, & *Sarſaparill*; — Diæta lactea; & uſu *Lichenis Iſlandici.* V. *Acta* Medic. *Hafniens.* Vol. I.

12) Decoctum *antivenereum* Noſocomii Pazmanniani, Viennæ.

Rec. Rad. *Sarſaparill.* concis. Unc. 3.
 Coque cum *Aquæ* fontan. per hor. ¾.
 Colatur. Libr. 4. adde
 Mercur. ſublimat. corroſiv. Gran. 1.
 Syr. *Alth.* Unc. 2.
Miſce, *Doſis*, vaſculatim in die.

13) D. *Bloch* curationis methodus in *lue venerea*, ſine ſalivatione conſtat ope tantum *Mercurii dulcis*: ℞ *Mercur. dulc.* Drachm. 1. præparan-



parantur Pilulæ 60. ope micæ panis, quorum 8. tantum pro dosi sunt sumendæ; si alvum efficiunt apertam, tum tertio die iterum sumuntur earum 8. tamdiu, donec pilulæ vim laxantem per quoddam tempus exseruere, qualis effectus tertia - quarta vice dein cessat. Si vero statim in initio vim *laxantem* exserunt, tum sufficiunt eorum 8. die tantum quinto.

Tempore intercalari sufficit mane & ad vesperam *Mercur. dulc.* Gran. 1. cum *Sacharo* ad plenariam ægri restitutionem usque.

Ad *Salivationem* eo magis avertendam suadet hinc in primis jam diebus hujus curationis *Gargarisma adstringens*, paratum e *Radice Tormentillæ* & florum *Granator.* — Sputa si forte in ægro copiose obvenirent, omittendas esse suadet doses minimas mercuriales, tempore intercalari, cum subiuncto copioso potu, qua Ptisane, Decocti saturati *Radic. Gramin.*

14) *Pulvis antisyphiliticus Pharm. paup. Hamburg.*

Rec. *Gumm. arabic.*
Magnes. sal. catkarctic. ana Scrupul. 1.
Mercur, sublimat. corros. Gran. 1.
Misce divide in 4. part. æqual.
Dosis 1 - 2. portio in die.

15) D. *Brisbanes* in anglia permultum efficaciæ tribuit in siphylitide usui *Mercurii sublimati* corrosiv.

Conjuncto simul usu *Unguenti mercurialis.*
Mercurii sublimat. Gran. 1. solvend. esse curat in *Aquæ commun.* Unc. 4.

Cujus

Cujus *Dosis* tantum constat quotidie Cochlear. 1. semel in die.

Quo modo solutio tam secura instituitur, ut infantibus quoque Cochlear 1. parvum sine noxa, sine ullo salivationis nimiæ metu commode possit porrigi, tam in affectibus venereis, quam in cutis; prodest eo magis, si urinæ excretionem promovet; suspicatur hinc D. *Brisbares* hac experientia edoctus, annon *mera diuretica* tantum s. potius conferant in lue venera. s. siphylitide.

16) D. *Puisin* usum *Mercurii* cum *Camphora* inprimis valde proficuum deprehendit in *siphylitidis* summo gradu, qua æger 22. annorum valide afficiebatur, cum tumore colli insigni scrophuloso, deglutitione valde gravi, effluxu nigri ichoris e pene, ejusque corona obducta ulcusculis venereis, cancrosis; dysuria juncta simul erat gravis, ac dolores articulorum vehementes.

Præmissis congruis laxantibus, aliquoties adhibitis, omni die secundo instituebatur tum inunctio *Mercurii vivi* cum *Camphora*. In primis 6. inunctionibus quavis vice Mercurii talis Drachm. 2. applicabantur, & dosis augebatur ad Unc. dimid.

Hancce vero nimiam dosin æger pati vix quum posset post aliquot tempus, ob salivationem inde ortam gravem, (continuante tamen usu Mercurii hujus camphorati,) subito cessabat vero effectus salivans hicce, simulac parum *Camphoræ* ab ægro manducabatur, aliquoties in die.



Tota hujus ægri curatio conſtabat tantum ex Unc. 10. *Mercurii* iſtius *Camphorati* mixti, quo modo omne ſiphyliticum & cancroſum ſimul abiit, color naturalis floridus redibat ægro huic, & plane iſte ſaneſcebat: v. Samlung auſerleſener Wahrnemungen. V. Band.

17) *Büchner* commendavit jam olim *Mercurium* in ſiphyliticis affectibus, in tanta combinatione cum aliis mediis, ne ſalivationem excitet nimiam; pulveres nempe mercuriales ita paratos.

Rec. *Mercur, dulc.*
Sulphur. Antimon. aurat. ult. præcipit. Scrupul. 1.
Conch. præparat Drachm. 1.

Miſce fiat pulvis, dividend in partes 20. æqual.
Doſis Quavis die ante decubitum una doſis.

Vel *Æthiop.* mineral. Scrupul. 2.
Lapid. cancror. Scrupul. 1.
Sulphur. Antimon. aurat. Gran. 6.

Miſce. *Doſis* uti ſupra.

Combinato ſimul largo uſu *Decocti* ſaturati e ligno *Guajaco* - Saſſafras. - Rad. *Chinæ*- *Sarſaparill.*- *Pimpinell.* alb. - *Bardan.* - Herb. *Scabios.* - *Saponar.*

Evitatis ſimul omnibus eſculentis nimis ſpirituoſis - acribus, - l. nimis pinguibus. - ſalſis, magis reſolventibus, - maſſam humorum cacochymicam rite corrigentibus.

18) D. *Gamba* in Italia commendat enixe in lue venerea novum *Specificum antiſiphyliticum* americanum, uſum largum carnis *Lacertæ vulgar. viridis*, loco Viperinæ.

Lacer-

Lacertæ detruncatæ cutis detrahitur, inteſtina eæ eximuntur, caro tum incocta ſapida, valde ſimilis carni coturnicis, quotidie a tribus lacertis iſtis comeditur a ſiphylitide affecto, quæ die quinto vehementem excitant ſudorem, & muci tenacis excretionem.

Si uſus harum Lacertarum per 10. dierum ſpatium continuatur, æger tum plane liberatur a ſuo malo, majoris dein acquirit roboris, ac obeſitatis in univerſo corporis habitu.

19) *Decoctum antivenereum Noſocomii Univerſalis Viennenſis.*

Rec. Pulv. *Antimonii* in pet. ligat. Drachm. 6.
Lign. Juniper. Unc. 4.
Coque in *Aquæ* commun. Libr. 5. ad remanent. partis dimid. in fine adde
Rad. *Liquirit.* Unc. dimid.
Colatura detur uſui.


20) *Pilulæ antiſyphyliticæ Noſocomii Univerſalis Viennenſis.*

Rec. *Mercur. viv.* Drachm. 1.
Gumm. arabic. Unc. dimid.
teratur optime cum *Aquæ fontan.* quant. ſuffic. adde.
Micæ panis albi. Unc. 4.
Miſce fiant pilulæ Gran. 3. Conſpergendæ pulvere *Liquiritiæ.*

Et ejus *Species antiſyphyliticæ.*

Rec. Rad. *Bardan.*
— *Chinæ.* nodoſæ ana Unc. 2.
— *Fœnicul.*
— Liquirit. ana Drachm. 1.
Conc. Miſce uſui.

 21)



21) *Decoctum antivenereum* Nosocomii Pazmaniani.

Rec. Rad. *Sarsaparill.* Unc. 3.
Coque cum *Aquæ fontan.* quant. suffic. per horam $\frac{1}{4}$.
Colatur. Libr. 4. adde
Mercur. sublimat. Corrosiv. Gran. 1.
Syrup. Altheæ Unc. 2.
Misce.

22) In *lue venerea*, ejus summo gradu commendat *Bicker* hasce pilulas.

Rec. *Mercur. sublim. corros.* Gran. 3.
Solve in *Aquæ fontan.* Unc. 10.
adde *Syrup. Altheæ* Unc. 2.
Misce. *Dosis* Cochlear 1. mane & ad vesperam, superbibendo Decoctum saturatum Lignorum l. *Hordei* l. *Succoladam* tenuem larga copia, vitando simul omnia esculenta acria-acida, & potus vinosos-acidos.

Vel Rec. *Mercur. sublim. corros* Gran. 3.
Solv. in *Aquæ font.* quant. suffic.
Micæ panis alb. Drachm. dimid.
Misce exacte, fiant pilul. ponder. Gran. 1.
Dosis. Eorum No. 3. mane & ad vesperam.

23) *Liquor Syphyliticus Pharm. pauper. Pragens.*

Rec. *Mercur. sublimat. corrosiv.* Gran. 6.
Spirit. Vini Unc. 12.
Misce stent in vase clauso, donec.
Mercurius sponte sit dissolutus.

Et ejus *Pilulæ syphyliticæ.*

Rec. *Mercur. sublimat. corrosiv.* Gran. 2.
Solve in *Aquæ fontan.* quantit. suffic.
Adde *Micæ panis* Drachm. 1.

Misce fiant lege artis Pilulæ ponder. Granor. 2.

24) Qui *Mercurium sublimatum* perferre nequeunt interne, sed melius externe adplicatum, iis confert hæcce mixtio.

Rec. *Mercur. sublimat.* subtilissime pulverisat. Drachm. 1.
Axung. porcin. Unc. 1.

Triturentur per horam unam & dimidiam ut fiat Unguentum.


Dosis. Omni vespera hujus Unguenti Drachma dimid. inungetur in initio, plantæ pedis, & dein ad Drachm. 2. augeatur hæcce dosis, & tamdiu, usque dum lues venerea ejus usu plane cessaverit: observat. *Cerillo* - confirmat. *Richter.*

25) *Van Suieten* in usu Specifici sui antivenerei parat. e *Mercur. sublim.* corrosiv. in Spirit. frument. solut. variis lue venerea pertinaci etiam chronica affectis, commendavit optimo cum fructu quotidie Cochlear. 2-3. cum conjuncto vero *potu* largo *Decocti avenacei* l. *hordei* saturat. vel *potum demulcentem* semper combinandum in copia sat larga.

e. g. Rec. *Rad. Altheæ* Unc. 2.
Coqu. in *Aqu. fontan.* quant. suffic. per horam.
Sub. finem adde
Rad. rasæ *Glycirrhiz.* Unc. 1.
Colatur. Libr. 4. exhibe usui.

LUXATIO.

1) In *luxationibus* cum *tumoribus* usum haud exiguum exseruit jam multoties, si membrum

brum luxatum illinitur accurate sæpius *Spiritu Salis ammoniaci*, & applicatur tum *Cinis* fervida linteis involuta, quæ omnia fortiter & subito discutiunt. *Re.*

2) In *luxationibus* simplicibus jam profuit *Aqua Sale culinari* saturata - commixta *Aceto* fervido, hocque modo applicata membro luxato. *Re.*

3) Rec. *Camphor.* Drachm. 2.
Spirit. Minderer. Unc. 3.
Misce ad illinendum sæpius locum subluxatum, & plenarie luxatum jam tumentem *Re.*

LYMPHATICORUM UASORUM LÆSIO.

Essentia Rabelii in istis affectibus præcipue confert.

Rec. *Olei Vitrioli* Unc. 4.
Spiritus Vini rectificatiss. s. alcoholisat. Unc. 8.
Coccionellæ Scrupul. dimid.
Misce & digere. Confert quoque in *Carie* tam interne quam externe.

MANIA.

1) *Tartarus emeticus* & *Tartar. tartarisatus*, profuere inprimis in *mania* D. *Willich.*

2) Rec. *Tartar. emetic.* Gran. 6.
— *Tartarisat.* Unc. dimid.
Extracti. *Taraxac.* Drachm. 2.
Oximell. Squill. Unc. 2.
Aquæ *Fragor.* e fructib. Unc. 8.
Cujus loco mihi editori, magis confert *Aqu. Chamomill.* simplic. Unc. 8. *Bicker.*


3)

3) Rec. *Tartar. tartarisat.* Unc. 1 - 2.
Solv. in *Aqu. Taraxac.* (vel fontan. ad 'Editor.) Unc. 10. add.
Mellis despumat. Unc. 4.
Misce dentur Cochlear. 2. omni bihorio.
Est remedium *Muzelii* optimo cum successu adhibitum in *mania* & *melancholia*, a *Stoller* emendatum.
Idem effectus potest expectari uti a *Terra foliata Tartari.*

4) Rec. *Camphor.* Drachm. dimid.
Sachar. Canar.
Mucilagin. Gum. Tragac. ana Drachm. 1. probe tritis adde,
Aceti vini Unc. 1.
Aqu. flor. *Sambuc.* Unc. 6.
Syr. *Papav. Rhœad.* Unc. 1.
Misce, capiat cochleat. *Locher* eximios vidit effectus ab hoc remedio.

5) *Maniacos* in integrum restitutos absque relapsu - e propinato Extracto *Daturæ Stramonii* per tempus quoddam continuato vidit sæpius *Bergius.*
Delirium post *puerperium*, inquit, curavi quoque sæpe cum *Datura Stramonium*, ubi alia fefellerunt.
Pariter illa profuit adversus ideam fixam e mœrore ortam, cum deliratione mansueta conjuncta.
Setaceum si nuchæ applicatum jungitur usui *Daturæ* in *mania*, - citius curatur morbus.

6) *Extracto Hyosciami maniam - furorem - epilepsiam* removit *Stœrk*, uti

7) *Aceti* largam dosin in *mania* felici cum effectu exhibuit *Locher*, &

8) Foliis siccatis *Paris quadrifoliæ* aliquoties in die Grana 10 - 20. *Bergius.*
Uti iste quoque recenset,

9) *Maniacos* interdum levamen sentire e *Camphora - Opio* juncta, primis vero viis bene purgatis, pulsuque molli.

10) *Maniæ* symptomata mitigavit usus *Extracti Hyosciami* nigri a Gran. 5 - 30. quotidie *Fothergill.*

11) *Camphoram* qua specificum ad cerebri affectus in *mania - melancholia* deprehendit in anglia, *Paulizky.*

12) Casus quoque exstant *inoculationem variolarum maniacis* applicatam, eos plane liberasse a statu eorum mentis corrupto, & restituisse eos in pristinum statum sanum, superatis variolis istis inoculatis, modo tam felici.

13) In *mania* & *melancholia* profuit inprimis pluries usus *Tartari solubilis*, (ex *acido Tartari* cum *Sale ammoniac. volatil.* parat:) ad Unc. dimid. quotidie; variis mixtis aliis remediis, observat: D. *Woeltge.*

14) Usum *Belladonnæ.* tam in *mania* quam in *melancholia - epilepsia* pluries expertus est, qua summe efficacem, *Münch.*

15) *Gazette salutaire* (1783.) puellæ maniacæ communicant casum, in gyrgatho asservatæ, in qua profuit tantum *Infusum Cantharidum*, paratum e

Pulvere *Cantharidum* Gran. 4. cum
Aquæ fontan. Libr. 1.
Lactis commun. Libr. 1.

Quod

Quod in ſpatio paucorum quorundam dierum ſemper ea abſolvebat, & aliquoties reiteratum ab ea iterum abſolvebatur: quo dein quotidie pulver. *Catharid.* Gran. 2. cum aliis mediis congruiis commixtum adhibebat ægra ſine noxa, ſed qua forte diureticum, (quæ cel. *Mead* olim jam præcipue commendavit in mania;) iſtum exoptatum præſtitit effectum, ut ægra a ſtatu maniaco reſtitueretur plenarie.


16) In *mania* pluries eximie profuit ſine ullis aliis mediis,
Tartari emetici Drachm. dimid in die; & *Camphor.* ad. Scrupul. 2. & dimid. cum *Sachari* Scrupul. 2. per diem quoque ſumtis. *Selle.*

17) *Opifex* quidam 44. annorum, alias ſanus-robuſtus inopinato *mania* vehementi afficiebatur, & *lethargo* gravi.

Adhibebantur ſubito emetica congrua e *Tartaro emetico* in *Aquæ commun.* copia ſufficienti ſoluto, quæ multum bilis corruptæ ejiciebant, & *muci*, ſine ullo quodam levamine.

Venæ ſectio nulla inſtituebatur, etſi pulſus erat valde plenus, tardus non tam celer, ventriculus enim & inteſtina non ſufficienter adhucdum erant purificata a bile corrupta, & a muco tenaci, quæ primum ſeminium maniæ facile poſſunt producere.

Venæ ſectio enim *nimis præcox* inſtituta multoties jam magis nocuit, quam profuit primis præcipue viis non ſufficienter ſatis prius purificatis, & evacuatis.

Durities quædam abdominis anſam exhibebat opinionis certæ, permultum adhucdum adeſſe crudidatum in primis viis, præſcribebatur hinc hocce *laxans*, e *Radice Jalappæ*, Scrupul. 2, quod alvum producebat naturalem non valde laxantem, ſine ullo levamine peculiari.

Sequenti hinc die ægro porrigebatur hocce magis purgans remedium.

Rec. Pulver. Rad. *Jalapp* Drachm. 1.
Sulphur. aurat. Antimon. Gran. 2.
Camphor. Gran. 1. Miſce.

Cujus uſu ſubſequebatur alvus ad 5 - 6. vices, cum multo ægri levamine, & ſomno quodam reficiente, etſi ſenſibus internis nondum congrue ita poterat uti, quam antea in ſtatu ſano, quorum functiones plane adhucdum erant læſæ.

Hocce tum ab ægro adhibebatur remedium, exoptato cum effectu.

Rec. *Extract. Valerian.* Drachm. 3,
Nitr. depur. Drachm. 1.
Sulphur. Antimon. aurat. Scrupul. 2.
In *Aquæ. Menthæ* ſ vin Unc. 3. ſolut. adde
Tinctur. Rhabarbar. vinos. Unc. 1.
Syrup. Cort. aurant. virid. Unc. 1.
Miſce. *Doſis.* omni 3 - 4. horio Cochlear. 1.

Sine ulla ſubſequente nauſea, nec vehementi evacuatione ſubitaneum æger ſentiit levamen. — Somnus ſuccedebat magis quietus & reficiens, & poſt ſpatium 8. dierum, in quibus utebatur æger hocce remedio, reſtitutus plane erat hicce æger maniacus, & ſenſuum tam internorum quam externorum functiones omnes in priſtino ſtatu, uti in ſano.

In


In fine curationis adhibebantur tantum remedia superiora laxantia, ad duas vices, ad roborandum tum ventriculum ac intestina Solutio *Extracti amari* in Aqua quadam stomachali. v. Wochenschrift *Reichart.*

18) *Maniam* cum intercedentibus *convulsionibus*, post *febrem scarlatinam* male curatam, ortam in puero 12. annorum, verminoso simul, profligavit plenarie, *Opii* Gran. 1. in *Spiritu Vitrioli* dilut. aliquoties sumto, *Marx.*

19) In *delirio maniaco vehementi* hominis œconomiæ rural. dediti, 29. annorum plethorici, sanguinei - leviter iracundi, ab iracundia gravi exorto, & sæpius redeunte per quosdam annos, reiteratis vicibus, instituebatur subito *Venæ* sectio larga in pede, & tum exhibebantur *Tartar. emetic.* Gran. 6. quæ vomitus biliosos - pituitosos excitabant & alvi evacuationes sat largas.

Delirium mox redibat cum faciei flavedine & albuminis oculi, mitigabant vero hosce paroxysmos *Tartari emetici* Gran. 15. successive exhibita, vomitibus successivis, & quiete corporis succedente, quæ efficiebat, ut clysma posset applicari e Decocto flor. *Chamomillæ* cum *Sale mirabili Glauberi* — *Tartar. emetico* & *Oxymell.* simplic. quo quies corporis sine somno eveniebat.

Ob excretionem copiosam *alvinam*, plane *biliosam*, exhibebatur Mixtura altera, parata e *Tartaro* tartarisato & e *Sale mirabil. Glauber.* & *Tinctura Rhabarbar. aquosa* concentrat: alternatim omni hora, quo alvi



vi excretio copiosa & quies cum somno in nocte subsequebatur.

Vesicatoria tum in suris applicabantur & fonticulus in brachio, *potus* vero sufficiens e *Spiritu vini Aqua communi dilutus.*

Mixtura tum *resolvens-evacuans* multum putridæ biliosæ materiei ejecit, flavedinem corporis imminuit, & inprimis quoque delirium maniacum; ad copiam novam avertendam materiei biliosæ l. cruditatum biliosarum continuavit æger usum *Elixir. visceral.* in connubio cum *Mixtura* superiori *resolvente*-evacuante, & succedente *Venæ sectione.*

Post quatuor hebdomadum spatium acquirebat æger anxietates præcordiorum, applicabatur hinc iterum clysma e Decocto florum *Chamomillæ* cum *Sale mirabili Glauberi.* — *Tartar. emetic. & - Oxymell*, & post *Venæ sectionem* in pede emeticum e *Tartar. emetic.* Gran. 3. quæ multum bilis atræ-viridis viscidæ expulerunt, cum alvi excretione copiosa: & alternatim exhibebatur *Mixtura* e *Sale mirabili Glaub.* - *Tartar tartarisat.* cum *Tinctur. Rhabarb. aquos.* concentrat.

Post 14. dierum spatium emeticum & laxans Mixtura e *Tartar. tartarisat.* & Decocto *Folior Sennæ*, adhibebatur.

In *exanthematibus purpuraceis* tum sese manifestantibus in facie & in dorso cum pruritu, Infusum pulp. tamarindor. & Extracta amara adhibita multum profuere; *hæmorrhoidales* dolores mitigabantur *hirudinibus*, in ano applicatis cum evacuantibus & temperan-

perantibus, uti & *Sinapismis*, interne adhibebatur multo cum fructu *Extract. Quassiæ Cort. Peruv.* in *Elixir. visceral.* solutum: quo dein æger hicce, delirio - maniaco diu & graviter decumbens, in pauco temporis spatio plenarie restituebatur. v. *Baldinger Magazin.* IX. Band.

20) *Maniacis Emplastrum* consuetum *vesicatorium*, ad vesicas excitandas, reformidantibus, & in furore sæpius abradentibus, qua multo securius & certius efficiens, adplicavit *Tincturam Cantharidum*, omni hora per frictionem adplicatam, tam diu usque dum vesica oritur; in suecia *Schwarz*:

21) In *Mania* & *epilepsia* incredibiles ab hocce remedio vidit effectus Viennæ *Locher* & *Biker*.

Rec. *Camphor*. Drachm. dimid.
Sachar. canar.
Mucilagin Gummi. *Tragac*. ana Drachma 1. probe tritis adde
Acet. Vini Unc. 1.
Aqu. flor. Sambuc. Unc. 6.
Syrup. Papaver rhoead. Unc. 1.
Misce. *Dosis* Cochleatim.,

MELANCHOLIA.

1) *Extractum Daturæ Stramonii* profuit jam pluries eximie adversus ideam fixam e mœrore ortam, cum deliratione juncta mansueta, subjuncto simul Setaceo nuchæ, *Bergius*.

2)

2) In *melancholia* cum intentione mortis afflictæ voluntariæ, effectum exoptatum declararunt applicatio *Aquæ frigidæ*, ligaturæ in regione lumbari, *Vesicatoria* in regione lienis, loco venæ sectionis alias consuetæ heic nil efficientis; interne *Emulsio* temperat. *Amygdalar*; *Infusum laxativ. Viennense*;
Infusum theiforme e Herba *Hederæ terrestr.* parat. & radic. *Vincetoxic.* ad majorem quietem conciliandum intermiscuit simul *Syrup. papaver.* errat. l. *Opii* usum, eventu semper cum exoptatissimo in pluribus casibus, Viennæ *Auenbrugger.*

3) Variis *melancholicis*, constitutionis præcipue siccæ, conducunt *Balnea tepida* adplicata, observat. in anglia *Wintringham.*

MECONIUM

1) Educendum in *recens natis* infantibus profuit semper eximie hocce remedium.
Rec. *Calomel* Gran. 1.
Rad. *Jalapp.* Gran. 4.
Misce fiat pulvis. *Underwood.*
Cui quoque profuit *Oleum Ricini* ad Drachm. 4 - 6.
Uti & *Balnea tepida* simul applicata.

MENSES *s.* MENSTRUA.

1) Menses qua *promovens* remedium efficaciæ eximiæ laudat *Biker*,
Rec. Extr. *Myrrh. aquos* Drachm. 1.
Aloes aquos. — *Croci.*

Helle-

Hellebor. nigr. ana Drachm. dimid. solve.
in *Elix. propriet.* s. *acid*
Liquor. Terr. fol. Tartar. ana Unc. dimid.
Aqu. *Anhalt.* s. *Hyssop.* Unc. 1. & dimid.
Misce. *Dosis* Guttæ 50. cum Aqua fontana.

2) Rec. *Limatur. Mart.* Unc. 2.
Pulv. *Herb. Rutæ.*
Sem. *Anis.* ana Unc. dimid.
Mellis quant. suffic. ut fiat Electuar. *menses promovens* & chloroticis confortans. *Tissot.*

3) In *mensium obstructione* commendat quoque *Tissot.*

Rec. *Limatur. Martis*
Sachari ana Unc. dimid.
Cinnamom. Drachm. 2.
Misce fiant 12. pulveres.

4) *Pulvis emmenagogus* Ph. *paup. Prag.*
Rec. Flor. *Chamomill. roman.* Unc. dimid.
Cortic. *Winteran.*
Limat. Martis subtiliss. ana Drachm. 2.
Misce fiat pulvis.

5) *Croci* pulver. Gran. 5 - 10 - 20. commendat *Bergius* in *mensibus* & *lochiis* suppressis.

6) *Tincturam* e radice recente *Dictamni albi* paratam, immo pulverem radicis, dosi Scrupul. 1. vel Drachm. dimid. qua *anthelminticum* & *emmenagogum* præstantissimnm confirmat plurimis casibus *Stærk.*

7) Qua suave & forte *emmenagogum*, roborando simul, sese præstitit pluries *Gummi Kino* cum aliis resolventibus remediis commixt. *Re.*

8)

8) *Pilulæ emmenagogæ Pharm. pauper. Hamburg.*

Rec. *Extract. Marrubii albi.*
Gumm. Galban. ana Drachm. 2.
Limatur. Martis ſubtiliſſ. pulveriſat. Unc. dimid.
Miſce fiat lege artis cum *Tinctur. Antimon. acri* quant. ſuffic. Pilul. pond. Gran 2.
Doſis Gran. 10-15.

9) *Pulvis emmenagogus Pharm. paup. Hamb.*

Rec. *Sachar. myrrhat. Hofm.* Unc. dimid.
Canell. alb.
Limatur. martis ſubtiliſſ. pulveris ana Drachm. 2.
Miſce fiat pulvis. *Doſis* Scrupul. 1.

10) *Aqua emmenagoga Pharmacop.* pauper. *Hamburgens.*

Rec. *Sal. Catharctic. anglican.* Drachm. 3.
Vitrioli Martis. Gran. 11.
Aquæ fontan. puriſſ. Unc. 24.
Miſce. *Doſis* vaſculatim.

11) *Pilulæ emmenagogæ*, eximiæ virtutis, menſes promoventes ſine humorum quodam motu, nec dolore, & roborante ſimul effectu; cachecticis hinc & chloroticis præcipue quoque convenientes. *Reuſs.*

Rec. *Gumm. Ammoniac.* — *Galban.*
Extract. *Ruth.* - *Abſynth.*
Nitr. depur. ana Drachm. 1.
Limatur. Martis alcoholiſat.
Rhabarbar. elect. ana Drachm. 2.
Miſce fiant pilulæ ponder. Gran. 2.
Doſis mane & ad veſperam earum No. 10. - 12. - 15.

Loco

Loco Extract. *Ruthæ* & *Absynth.* commutari potest pro conditione subiecti, *Extract. Nasturt.* - *Cochlear.* - l. *Centaur. minor.* - *Cardui benedict.* - *Enul.* vel *Cortic. peruvian.*

Scopo magis pellente addi quoque potest Pulvis *Croci* recent. subtiliss. pulverisat. Drachmæ 2. & *hystericis* quoque *Asa foetida* addi potest.

12) *Pilulæ matricales Kæmphii*, *chloroticis* - *cachecticis* præcipue convenientes, & mensium irregularitate laborantibus;

Kæmphii temporibus dictæ Pilulæ hæ rote Baken Pillen, ita parantur.

Rec. *Gummi Galban. depur.*
Sal Ammoniac. depur.
Asæ foetid. ana Unc. 1.
Tartar. Vitriolat.
Vitriol. martis puriss. ana Unc. dimid.

Solve in *Aceti squillit.* saturat. Unc. 24. probe sub ignem agitando,

Misce & inspissa ad Extracti consistentiam, cui adde
Olei Succin. albi rectificat. Gutt. 48.


Misce fiat massa pilularis, ad formand. pilul. ponder. Gran. 2.

Dosis, Eorum No. 10 - 12 - 13.

In iisdem quoque affectibus conveniunt quoque *Pilulæ* hæ *balsamicæ Oetinger.*

Rec. *Gummi Juniper* præparat.
— *Hederæ* ana Unc. 6.
Extract. *Myrrh.* vinos.
— *Absynth.* vinos.
— *Card. bened.* vinos ana Unc. 4.
— *Cochlear.* aquos.
— *Fumar.* — *Ellebor. nigr.* aquos.

 Pul-



Pulver. *Croci* subtiliss. ana Unc. 2.
Terebinth. Venet. Unc. 6.

Misce exacte, ad formandam massam pilularem congruam &

Pilulas ponder Gran. 2. eorum ad vesperam semper sumendas No. 10- 15.

13) *Herba Salviæ*, qua Insusum theiforme roborans, per quoddam tempus adhibitum, profuit pluries, mensium cessatione - & suppressione laborantibus: observat. *Zeller.* — *Reuss.*

14) Herbae *Sabinæ - Cicutæ - Salviæ* usum- uti & *martialium* in mensium irregularitate qua valde proficua remedia expertus est in anglia *Home*; multo vero majorem effectum deprehendit, & nunquam fallacem a Rad. *Rubiæ Tinctorum* tam in Pulvere quam in *Decocto.*

Suasit enim sine ulla molestia in ventriculo, nec. pulsus alteratione, Pulver. subtil. *Radic. Rub. Tinctur.* ad Drachm. ½- 1. pro dosi, & reiteravit hancce dosin bis - terve in die.

In forma Decocti vel simplic. l. aliis combinat. mediis hæc *Rad. Rub. Tinctor.* multam quoque opem præstitit in mensium irregularitatibus, uti in forma pulveris. *Reuss.*

15) In *lochiis* & in *mensium suppressione* hicce pulvis semper multum præstitit *Stark.*

Rec. *Borac.* — *Nitr. depur.* ana Drachm. 1.
Magnes. simpl. Drachm. 1. & dimid.
Sachar. alb. Drachm. 2.

Misce. *Dosis*, omni hora Cochlear 1. *Thee sic dictum*, per quoddam tempus continuand.

con-

conjuncto simul largo usu *Infusi* theiformis *Flor. Chamomill.* - *Menth. simplic.*

Ad spasmorum vehementiam mitigandam addidit tum *Opii* Gran. 1. pulver. huic emmenagogo.

16) In *mensium irregularitate* profuit quoque jam pluries.

Rec. Gumm. *Ammoniac.*
Extract. *Absynth.* — *Enul.*
Nitr. depur. ana Drachm. 1.
Limatur. Mart. Drachm. 2.
Sapon. Venet. Drachm. 1.
Rhabarb. Drachm. dimid.
Misce fiant pilul. Gran 2.
Dosis Eorum No. 10. bis in die, mane & ad vesperam.

& Rec. *Elix. aperitiv. Clauder.* Unc. 2.
Spirit. Vini croc. satur. Drachm. 2.
Sal. ammoniac. Drachm. 1.
Tartar. Vitriol. Drachm. 1.
Misce. *Dosis* bis in die Cochlearia 2. *Re.*

17) In *mensium irregularitate* cum *fluore albo pertinaci*, subitaneam opem pluries præstitere hæcce remedia.

Rec. *Extract. Absynth.* — *Millefol.*
— *Myrrh.* ana Scrupul. 2. & $\frac{1}{2}$
— Gumm. *Guajac.* ana Scrupul. 1.
— *Galban.* ana Scrupul 1. & $\frac{1}{2}$.
Vitriol. Mart. factit. Scrupul. 2 - $2\frac{1}{2}$.
Olei *Anisi* Gtt. 30.
Misce fiant. pilul. Gran. 2.
Dosis Eorum 8. mane & ad vesperam.

Cum subiuncto usu hujus Decocti.

Rec. Rad. *Caryophyll.* - *Bardan.* ana Unc. 1.
— *Liquirit.* Unc. dimid.

Her-



Herbæ *Millefol.* - *Matricar.*
— *Origan.* ana Drachm. 2.
— *Sambuc.* ana Drachm. 1. & ½.
Sal. *Sedlicens.* Unc. 1.
Cremor. Tartar. Unc. dimid.
Semin. Anis. ſ. Drachm. 2.
Miſce, coque ad Decoctum ſaturatum.
Doſis vitra quotidie quædam, 4 - 6. mediæ magnitudinis.

18) *Puella* ruſtica 16. annorum *menſium irregularitate* laborans, & ſimul mentis ſtatu corrupto, a vermibus orto, uti effectus harum pilularum docuit, reſtituebatur plenarie uſu harum pilularum, per quoddam tempus adhibitarum.

Rec. *Gummi Guttæ.*
Aſæ foetid.
Camphoræ - *Myrrhæ* ana Scrupnl. 1.
Miſce fiant pilulæ No. 80.
Doſis earum No. 4. mane & ad noctem.
Sigw.

19) D. *Neld in* Anglia menſes ſuppreſſos ſuſtulit ſemper feliciter, & ſubitaneo, *Myrrhæ* ope, in connubio cum *Vitriolo martis.*

Vel *Solutione Myrrhæ* in *Aqua Calcis* non ſat forti; ſubjuncto uſu *Infuſi* florum *Sambuci*

Vel ſolutione *Myrrhæ* in cereviſia, obſervat. *Bernhart.*

20) *Menſium* irregularium *reſtitutionem* produxit efficaciſſime, *fonticulorum* ope, ſub genu applicatorum, & diu continuo fluxu aſſervatorum; *Fordice.*

21) In *menſium obſtructione* commendat uſum *Calomel* in Anglia *Watſon.*

21)

22) In *Mensium irregularitate - Cachexia - Chlorosi* eximium effectum jam jam præstitit hocce remedium.

Rec. Herb. *Marrub*. recent.
— *Artemisiæ* Manipul. 1. & dimid.
Fibr. Radic. Hellebor. nigr. Drachm. 3.
Limatur. Mart. Unc. 2.

Digere cum *Vini boni* Mensur. 1. tamdiu, usque dum colorem nigrum acquisiverit.

Dosis, ter in die Vitrum 1.

Si vomitum forte excitaret, melius tum in forma pulveris sumitur.

Rec. *Limatur. Martis*.
Borac. ana Unc. dimid.
Flor. *Cassiæ*. Drachm. dimid.
Rad *Irid. florentin*. Drachm. dimid.
Sachar. canar. Drachm. 2.

Misce fiat pulvis, dividend. in partes 16.

Dosis bis pulvis 1. omni mane, & pomeridie. *Re.*

23) In *mensibus nimiis & ordinariis* tamen commendat *Tissot*,

Rec. *Limatur. Martis*
Sachar. alb. ana Unc. 1.
Anis. simpl. Unc. dimid. l. Cinnamom. Drachm. 2.


Misce, fiat pulvis dividend. in 24. Doses æqual.

Dosis. Quotidie ter dosin.

In *Mensium obstructione* suadet *Tissot.*

Rec. *Limatur. Martis*. Unc. 2.
Hb. *Rutæ - Marrub*. alb. ana Manipul. 1.
Fibr. Rad. *Hellebor*. nigr. Drachm. 2.
Vini boni, Mensur. dimid.

 Conc.



Conc. Contus. digerantur in calore leni 24. horarum, filtrentur.

Dosis. Quotidie ter vasculum 1. Coffee.

Vel in *Menstruis suppressis*,

Rec. *Limatur. Mart* Unc. 2.
Hb. *Rut.- Anis.* s. ana Drachm. 2.
Mell. quant. suffic.

Ut fiat lege artis Electuarium med. consist.

Dosis Quotidie ter, & quavis vice Drachma. 1.

24) *Menses suppressos* eximie promovens & pellens remedium, uti & *Lochia* puerperarum, atque ad *secundinas* expellendas, commendat enixe *Fuchs.*

Rec. *Borac.* venet.
Nitr. depur. ana Drachm. 1.
Magnes. simpl. Drachm. dimid.
Sachar. alb. Drachm. 2.

Misce fiat pulvis subtilis.

Dosis Cochlear 1. parvum [Coffee dictum, omni hora 1-2. per dies aliquot, cum vehiculo. Infusi theiform. florum *Chamomill.* vel Herb. *Menth. crisp.*

In *Spasmis* vehementibus *dolorificis Opii* Gran. 1. additum permultum profuit.

25) In *Mensium* nimio *fluxu*, suadet *Sydenham* sanguinis missionem e brachio ad Unc. 8. tum sequenti mane potionem purgativam communem, repetaturque alternis diebus ad duas alias vices; & noctibus post purgationem *Paregoric.* e *Syrup.* de *Meconio* exhibeatur; diebus a purgatione vacuis sumat sequentia.

Rec. *Conserv. Rosar. siccat.* Unc. 2.
Cortic. Granat.

Co-

Corall. rubr. præparat. (qua superfl.)
Boli armen. ana Scrupul. 2.
Lapid. Hæmatid.
Sanguin Dracon. ana Scrupul. 1.
Syrup. Cydonior. qu. suffic.
Misce fiat Electuarium.
Dosis Magnitudo Nucis moschatæ majoris sumane, & hora quinta pomeridiana, superbibendo sequentis *Julapii* Cochlear. 6.
Rec. Aqu. *Germin. Quercuum.*
— *Plantagin.* ana Unc. 3.
— *Cinnamom. hordeat.*
Syrup. de *Rosis sicc.* ana Unc. 1.
Spirit. Vitriol. qu. suffic. ad gratam aciditatem.

Rec. Fol. *Plantagin.*
— *Urtic.* ana qu. suffic.
Contundant. simul, & succus exprimetur, & postea clarificetur.
Dosis Cochlear. 4. sæpiuscule in die. *Allen.*
Loco Electuarii superioris plus conveniret *Decoctum* saturatum *Cortic. peruvian.* cum *Nitro.*

MICTUS CRUENTUS.

1) *A calculo renum* ortum mictum cruentum debellandum commendat *Sydenham*, - *Mellin.*
Rec. *Mannæ* Unc. 2. & dimid.
Solv. in *Seri lactis* Unc. 24. fiat haustus.
Quo sumto subinde parum *Succi Citri* l. *Limonum deglutitur.*
2) *Hæmaturiam* rebellem apud nobilem matronam ope *Ligni Quassiæ* brevi curatam vidit *Bergius*



3) In Sibiria decoquunt totam herbam *Ptarmicæ*, (*f. Achilleæ Ptarmicæ*,) & propinant Decoctum in *Mictu cruento*, l. *Hæmorrhagia uteri*, *teste* I. G. *Gmelin.*

4) *Mictus cruentus periodicus*, omni quinta die ad vesperam post cænam rediens, in viro triginta quinque dierum, potatori insigni Vini & Spiritus vini, quavis vice ad Unc. 1-1. & ½ sine dolore ad urinæ veram mictionem, variis antea frustra adhibitis, cessabat *Venæ sectione* instituta larga, & potu copioso *Aquæ frigidæ* ad vesperam, & abstinentia a potulentis variis spirituosis, observata simul diæta modica. Reichart 1780.

NEPHRITIS.

1) In *nephritide* sub forma emulsionis magni quidam æstimant Semina *Bardanæ. f. Arctium Lappa.* *Bergius.*

Uti alii commendant *Emulsionem* semin. *Malvæ* - l. *Melonum*, l. *Urtic. roman*: vel *Decoctum* saturatum Radic. *Pareiræ bravæ*, l. in pulvere sumtæ.

2) *Aqua nephritica Pharm. pauper. Hamburgens.*

Rec. *Sal. alcali. mineral. Gravenhorst. Drachm.* 2.
Aquæ Calcis viv. Libr. 2.
Misce. *Dosis*, vasculum dimidium.

NERVINA.

1) *Unguentum nervinum* Ph. *pauper. Prag.*

Rec. *Sevi Ovilli* pur. Unc. 8. Liquefacto & ab igne remoto adjice
Olei Laurin. Unc. 12.

Olei

Olei Terebinthin. æth. Unc. 1.
— *Succin.* rectificat. Unc. dimid.
Mixta ſubigantur ut in unum coeant.

2) *Spiritus nervinus Pharm. pauper. Hamburg.*
Rec. Spirit. *Lavendul:*
— *Salis ammoniac. volatil.* ana Unc. ½.
Olei deſtillat. Succin. Drachm. dimid.
Miſce.

3) *Nervos infantum roborandos* utuntur varii medici in anglia, lotione tantum ex *Aqua frigida* ad dimidium *Vino albo* commixta, pro toto infantum corpore, & ſingularum ejus quoque partium. Pauperibus loco Vini ſuadent aquam ferrariam e lacu ferrario fabrorum, vel ferrum candens in vaſculum Aquæ ſæpius immittendi, ac hacce via exſtinguendi, quo modo lotionem acquirunt ex Aqua roborante martiali paratam.

4) *Nervina Mixtura Noſocomii univerſalis Viennenſis.*
Rec. *Spiritus Cornu cervi.* ſuccinat.
Eſſent. *Caſtor.* ana Gutt. 20.
Aqu. *Menth.* Unc. 1.
Miſce Detur uſui.

5) *Unguentum Nervinum* caſtrenſe *Theden.*
Rec. *Axung. Porcin.* Libr. 6.
Gumm. Galban.
Balſam. Copaiv. ana Unc. dimid.
ſolve leni igne, adde
Olei deſtillat. Lavendul.
— — *Majoran.*
— — *Meliſſæ* ana Drachm. 1. & dimid.
— — *Menth.* Drachm. 1.
— — *Succin.* Drachm. 3.
Miſce.



6) *Mixtura nervina Nosocomii Trinitatis Viennæ.*
Rec. *Spirit. Cornu cervi.*
Essent. *Castor.* ana Drachm. dimid.
Aquæ *Meliss.* Unc. 3.
Syrup. *Meliss.* Unc. 6.
Misce.

7) *Decoctum nervinum* Nosocomii Pazmaniani *Viennæ.*
Rec. *Folior. Aurantior.* Drachm. 6.
Coque in *Aquæ fontan.* Mensur. 1
Colatur. Libr. 1. & ½ adde
Syrup. Menth. — *Rutæ* ana Drachm. 6.
Misce.

8) *Mixtura nervina.*
Rec. *Essent. Cortic. Cascarill.*
— — *Meliss.*
Balsam. Peruvian. ana Unc. dimid.
Olei Cajeput Gutt. 60.
Misce. *Dosis* ejus Guttæ 30 - 40.
Vel Rec. *Spirit. Nitr. dulc.*
Sal. Ammoniac. vinos. ana Unc. 1.
Olei destillat. Caryophyllor.
— — *Cajeput* ana Gutt. 10.
Misce. *Dosis* Guttæ 20 - 30.
Scopo magis purificante *Camphora* addita confert. *Ext.*

9) *Spiritus nervinus* ad internum & externum usum paratur optime *Essentia Succini* cum *Spiritu Cornu cervi* destillata.

10) In *nervorum debilitate - spasmis* nervos inprimis afficientibus, in hystericis affectibus & convulsionibus a nervorum debilitate, inprimis ortis profuit inprimis eximie *Valerian.* cum *Liquore anod. mineral. Hofm.*

Vel

Vel *Elix. acido. Halleri*, commixta e. g.
Si *Spiritus vini* rectificat. Unc. 12.
Olei Vitriol, fort. Unc. 2.
Pulver *Rad. Valerian.* Unc. 1.
Mixtis prius, accurate destillantur, quo Valerianæ odor & sapor nauseosus mitigatur, & ab ægris lubentius sumitur. *Baldinger Magazin.* 7. B.

NERVINA EXTERNA.

1) *Unguentum nervinum externum*, ad membra *paralitica*.

Rec. *Unguent. Altheæ* Unc. 4.
Liquor. Corn. cerv. succinat.
Tinctur. Cantharid. ana Unc. dimid.
Olei destillat. Chamomill.
— — *Menth.*
— — *Baccar. Laur.*
— — *Juniper.* ana Drachm. ½.
Misce ad Unguenti rectam consistentiam. *Selle.*

OCULORUM AFFECTUS.

1) Oculis *sugillatis* & leviter *inflammatis*, in *ophthalmia*, *Mellin.*

Rec. *Album.* ovi. No. 1.
Alumin. frustul. agit. vase vitreo donec massa sit spissa; adplicetur sub forma cataplasmatis.

2) In *Fistula lacrymali* - *epiphora* a debilitate orta.

Rec. *Aqu. Rosar.* Unc. 1. - *Vitriol. albi* Scrupul. 1.
Misce



Misce. *Dosis* Gutta 1. canto oculi magno immissa. *Mellin.*

Vel Rec. *Butyr.* insulf. *Majoran.* Drachm. 2.
Vitriol. albi Scrupul. . Misce fiat unguentum.
Dosis Mane & ad vesperam pisi magnitudo immissa in angulum oculi internum. *Mellin.*

3) In *morbis oculorum* commendat eximie *Tincturam Minii* hoc modo præparatam. *Salchow.*

Rec. *Minii* optime triti Unc. 12. Infunde.
Aceti Vini destillat. Unc. 24.
Coque vase vitreo l. terreo.
Spatula lignea perpetuo agitando per horam 1 & ½ ad 2. si massa nimis fit spissa adde *Aceti destillat.* Unc. 24.
Liquorem frigide decanta, filtra, serva usui.
Qualis tinctura ita adhibenda est.

Rec. *Tinctur. Minii* Gutt. 12 - 15.
Spirit. Vini rectific. Gutt. 24.
l. *Spirit. Vini Camphor.* Gutt. 30.
Aqu. font. l. *Rosar.* Unc. 2 - 6. Misce.
Dosis Qua tepefactum - bene irroratum - oculi probe laventur. *Mellin.*

4) *Collyrium anodynum. Pharm.* paup. *Pragens*, & *Hamburg.*

Rec. *Mucilagin.* semin. *Cydonior.* Unc. 1.
Camphor. Gran. 2.
Opii pur. Gran. 1. Misce.

5) *Aqua ophthalmica resolvens. Ph. paup. Pragens.*

Rec. *Aqu. Rosar.* Unc. 6.
Extr. Saturn. Drachm. dimid.
Sal. Ammoniac. pur. Gran. 12. Misce.

6)

6) *Aqua ophthalmic. adſtringens. Pharm paup. Pragens.*

Rec. *Alumin.* crud. Scrupul. 2.
Aqu. Roſar. Unc. 4. Miſce.

7) In *amauroſi* Infuſum flor. *Arnicæ*, uti pulverem Radic. *Arnicæ*, (quæ dolores acerbos in oculis, in fine curationis efficiunt, qua *antiſpasmodicum* & ſpecificum in nervos & ſenſorium commune, urinam plerumque ciendo, l. ſudorem movendo, ſæpius quoque ſine ulla evacuatione ſenſibili: dum ſub uſu florum communiter ſentiuntur formicationes, dolores lancinantes l. urentes, qua ſigna exoptati effectus curationis,) pluries optimo cum eventu adhibuit *Collin*, præmiſſis in plethoricis præcipue & in ſpiſſitudine humorum inflammatoria congruis *evacuantibus* - *antiphlogiſticis* - & *refrigerantibus*, interpoſitis quoque laxantibus, ad alvum ſemper neceſſario liberam ſervandam.

8) Per biennium affecto ægro in inſigni *debilitate viſus*, variis antea fruſtra adhibitis, inprimis quoque ſetaceo nuchæ profuit eximie, & *viſum* reſtituit, uſus continuatus *Tartari tartariſati*, & *tartari emetici*; uti & inſtillatio guttatim facta, aliquoties in die *Eau de Luce*, in Suecia *Lundmark.*

9) *Spasmum* in levatore *palpebræ* ſuperioris oculi, injectione *Laudani liquidi Sydenhami* feliciter aliquoties removit in anglia *Wheeler.*

10) *Oculorum debilitatem* jam removit uti & incipientem jam *Cataractam Vitriolum album* in *Aqua* communi ſolutum, paucis Granis *Cary-*

Caryophyllorum aromaticor. commixtum. *Reichenb.*

11) In *ophthalmiis* jam eximie profuit Mucilago semin. *Cydoniorum*, parum Aquæ dilut:

12) *Ophthalmiis scrophulosis* enixe commendat pediluvia, setacea, & Aquam *Verbenæ*, *Armstrong.*

13) In *rubedine oculorum* - & in *ophthalmia* tam incipiente quam in chronica; uti & in *macula corneæ*, pluries jam profuit *Aqua* hæcce *ophthalmica*,

Rec. *Mercur. sublimat*: Gran. 2. *Vitriol. mart.* Gran. 4.
Aqu. flor. sambuc. l. *Aqu. Rosar.* Unc. 4.
Misce, ter - quater. in die oculos inungendi hacce aqua.

Qui humida perferre nequeunt, iis contulit hocce *Unguentum, ophthalmicum.*

Rec. *Mercur. præcipit. rubr.* Scrupul. dimid.
Ungu. rosat. l. *Adip. suill.* Unc. dimid.
Misce.

14) *Aqua ophthalmica Camphorata.*

Rec. Pulv *Camphor.* Gran. 6.
Mucilagin. semin. Cydonior. Unc. dimid. tritis adde
Aquæ Rosar. Unc. 1. & dimid.
Misce. *Pharm. nosocom. Hafniens.*

15) *Aqua ophthalmica mercurialis. Pharm paup. Hamb.*

Rec. *Mercurii sublimati Corrosivi* Granum. 1.
Aquæ fontan. destillat. Unc. 6.
Misce.

Aqua ophthalmica discutiens Pharm. pauper. Hamburg.

Rec.

Rec. *Mucilagin. sem. Cydonior.* Unc. 1.
Aquæ fontan. destillat. Unc. 3.
Extract. saturn. Gutt. 12.
Misce.

Aqua ophthalmica roborans Pharm. pauper. Hamburg.

Rec. *Aquæ fontam.* destillat. Unc. 4.
Alumin Crud. Scrupul. 2.
Misce.

16) *Balsamum ophthalmicum* St. *Yves.*
Rec. *Butyr. recent.* insulsi Drachm. 2.
Ceræ albæ Drachm. 1.
Mercurii præcipitat. rubr. Gran. 15.
Misce fiat leni igne Balsamum, cui pro conditione morbi *Camphora* addi potest.

17) *Unguentum ophthalmicum* in oculorum rubedine - inflammatione conveniens, *Re.*
Rec. *Mercur. dulc.* alcoholisat. Scrupul. dimid.
Butyr. recent. Drachm. 6.
Misce.

18) *Pulvis Baldingeri ad maculas corneæ*, inprimis *a variolis malignis* - ortis, præmissis congruis laxantibus ob inflamationem oculi præsentem
Rec. *Sachar alb.*
Boli alb.
Cremor. Tartar.
Tutiæ præparat. ana Drachm. 1.
Misce fiat pulvis, caute mane & ad vesperam oculo inspergendus pisi ejus magnitudo *Pharm. pauper Hamb.*

19) *Unguentum ophthalmicum Pharm. pauper. Hamburg.*

Rec. *Unguent citrini* Drachm. 2.
Nutriti quant suffic.

Misce

Misce ut fiat sat molle Unguentum.

Unguentum ejus *citrinum* constat e

Mercur. vivi Unc. 1

Acidi Nitri Unc. 2.

Digere in arena ut Mercurius solvatur; solutioni calidæ adde

Axungiæ porcinæ recent. depurat. liquefact. & in spissitudinem tendentis Unc. 12.

Bene subigendo in mortario vitreo, fiat Unguentum.

20) *Unguentum* celebre *ophthalmicum Sloane.*

Rec. *Tut. præparat.* Unc. 1.

Lapid. hæmatitid. præparat vel melius *Flor. Zinci.* Scrupul. 2.

Aloes optim. Gran. 12.

Margarit: Gran. 4. (qua superfluum credit Editor. hocce absorbens, aliud æque conveniens, si quoddam addendum esset; uti *Magnes alb.*)

Contusis probe, misce,

Axung. viperar. quant. suffic. ad consistent: Unguenti;

Quo mane & ad vesperam dimidia pars avellanæ nucis, penicilli ope, palpebris semi apertis applicanda est.

21) *Balsamus ruber ophthalmicus.* *Stoll.*

Rec. *Butyr.* recent. insuls. Unc. 3.

Ceræ albæ Unc. dimid.

In igne leni liquefactis add.

Mercur. præcipitat. rubr. Drach. 2. & dimid.

Tutiæ præparat. Drachm. 1.

Camphor. Gran. 4-5. solut. prius in Drachm. dimid.

ex

ex oleo *Vitell.* Ovor. parat.

Misce accurate ad Unguenti formam. Signetur usui, ter in die lentis magnitudo in cantum oculi immittend.

Commendat eum *Stoll* in *maculis*, *ulceribus* & *obnubilationibus* corneæ oculi, uti in *hypopio*, in reliquis oculorum morbis venereis - chronicis.

20) In *Ophthalmia sanguinea-chronica* subitaneam semper præstitit opem D. *Oetinger*. hæcce methodus.

Rec. *Nitr. depur.*
Conch. præparat. citrat. ana Unc. dimid.
Milleped. Drachm. 2.

Misce fiat pulvis - temperans.

Dosis bis - terve in die 2 - 3. cultri cuspides quavis vice.


Rec. Aquæ *folior. Querc.*
— *Chelidon.* ana Unc. 1.
Vitrioli albi Gran 6.

Misce fiat *Collyrium*, bis - terve oculos eo lavandos.

Rec. Rad *Gramin.* — *Enul.*
— *Fænicul.* - *Chelidon.* ana Unc. dimid.
Cortic. Lign. Sassafr. Drachm. 1.

Incisa misce ad *Species* pro *Infuso theiformi*, quotidie bis in die aliquot vascula adhibendi, cum interposito laxante omni 4 - 6to die e *Salis Sedlicens.* Unc. dimid. Had. 1. constante.

21) *Aquam destillatam* Herbæ *Herniariæ* s. *Ocu-lariæ*, (acrimoniam quandam continentem,) valde efficacem semper deprehendit D. *Rivinus* - Lipsiæ, in *oculorum debilitate*, a vitris opticis, eorum nimis vehementi & continuo usu ortis.



22) *Ophthalmia* & *debilitas palpebræ superioris*, chronica e prægressa *scabie* orta, cum stasi serosa, feliciter superabatur hisce remediis.

Rec. Rad. *Jalapp*. Drachm. 2.
Flor. Sulphur. Unc. dimid.
Sal. Ammoniac. depur Drachm. 2.
Roob. *Juniper*. — *Sambuc*. ana Unc. 1.
Aquæ Fumar. quant. suffic. ad Electuar. mediæ consistent. per 12. dies adhibendum, bis in die Cochlear 1. theiforme.

Rec. *Mercur. viv*. Drachm. 3. tritis
Terebinth. venet. quant. suffic.
Unguent. Altheæ. Unc. dimid.
Misce, bis in die palpebras inungendi.

Mercurius vivus post aliquot tempus commutabatur *Mercurio præcipitato rubro*.

Et *laxans* interponebatur conveniens aliquoties. Uti & potus largus Decocti Rad. *Sassaparillæ* cum Cortic. Lign. *Sassafr*.

23) In omnibus *Ophthalmiis* uti & in *Gutta serena*, eximie semper profuit *Aloe hepatica*, in *Aqua* f. *vino*, in calore leni digestionis soluta, hocque modo tepide applicata; *Hölder*.

24) *Aquæ* hæ *ophthalmicæ* in *oculorum rubedine* & *ophthalmiis* eximium semper edidere effectum subitaneum.

Rec. Aqu. *Rosar*. Unc. 1.
Sachar. saturn.
Vitriol. albi. ana Gran 8.
Misce, usui præcipue in *ophthalmia serosa*, *lymphatica*, qua roborans-tonicum, *Cullen*.

Rec. *Aqu. Rosar*. Unc. 2.
Spirit. Cerasor. nigror. Drachm. dimid. ad unam.

Misce.

Misce. *Collyrium* magis *temperans*, & *confortans*.

Rec. *Amygdal. dulc.* No. 1.
Aqu. *Rosar.* Drachm. 6.
Misce fiat *Emulsio*, adde
Camphor. Scrupul. dimid.
Vitriol. albi. Gran. 8.
Misce. *Collyrium* eximie *temperans - discutiens.*

25) In *ophthalmia serosa* commendat *Leber*, *Aqu. Rosar.* cum *Albumin. ovi* & *Camphor.*


26) *Emetica* inprimis aliquoties repetita profuere in cæcitate subitanea, inopinato orta. *Plenciz.*

27) *Operationibus in oculis* susceptis, eg. corneæ transsparentis apertione, uti & in *hypopio* utitur hocce balsamo ophthalmico *Theden.*

Rec. *Axung.* porci Libr. 1.
Boli armen. præparat.
Tutiæ præparat.
Lapid. calaminar. præparat. ana Drachm. 3.
Aloes succotr. Drachm. 1.
Extr. Opii Scrupul. 1.
Ceruss. - Camphor. ana Drachm. dimid.
Misce fiat *Balsamus.*

28) In *Cæcitate inopinato & subito orta*, qua in navi 50. nautæ nocturno tempore, tempestate valde quieta & calida tamen afficiebantur, in regione maris prope *Algier*, summam suam efficaciam præstitit *Tartarus emeticus.*

Optimo cum effectu applicabatur tum *Balneum vaporis* ex *Aqua calida*, in qua *hepar bovis* antea cocta erat, quibusdam nautis, qui hacce subitanea cæcitate affecti erant, & libera-



liberabantur plenarie ab hocce malo, suadente hoc remedio e longa experientia perito quodam & ætate jam profecto nauta. v. pract Bibliotec *Murray*.

29) In *Leucomate* gravi infantum duorum a *variolis* orto, unicam & plenariam opem præstitit *Oleum carynum*, (*Nusoel*,) guttatim oculis immissum, palpebris dein clausis, & ita dispersis in universa oculi superficie.

Oleum carynum hocce, valde acre, emolliverat plenarie - successive - leucoma hocce tam durum, plenariam coecitatem productam, & tantæ crassitiei, ut commode frustula cutis sine ulla sensatione molesta possent ad $\frac{2}{3}$ abradi. Usus vero hujus olei omnem sustulit cœcitatem & duritiem corneæ tam præternaturalem, a tam insigni leucomate ortam, quæ successive dein fiebat plenarie transparens, & visus in hisce infantibus plane iterum tam exoptato restituebatur modo, uti antea in statu sano, ante variolarum affectum. v. *Journal* de *Physique*, & *Reichart*.

30) *Rowley utitur* ad *maculas corneæ* solutione non valde saturata *Lapid. infernal.* penicilli ope applicat.

Richter vero utitur

Sal. volatil. Cornu cervi Gran. 6.
Mell. despumat. Drachm. 2.
Fell. Lucii piscis. Drachm 1.

Misce fiat *Linimentum*, penicilli ope oculo applicandum, uti *Bidloo* jam olim suasit,

Mell. Chelidonii. Drachm. 2.
Fell. Lucii piscis. Drachm. 1.
Sal. volatil. Gran. 5. Misce.

31) *Theden* commendat in *inflammatione sicca.*

Rec.

Rec. *Aceti Lythargyris.* concentr. Unc. dimid.
Aquæ Rosar. l. Plantagin. Unc. 6.
Sal. Ammoniac. Drachm. dimid.
Spirit. Vini rectificat. Drachm. 2.
Misce, ad linteamina omni bi-trihorio humectanda.

Si usus hujus remedii 2-3. dierum confert, addi tum potest *Lapid. divin* Drachm. 1. & dimid. ad vasa roboranda.

In *humida Ophthalmia* suadet *Theden.*

Rec. *Aceti Lythargyr.* Unc. dimid.
Aquæ Rosar. Unc. 6.
Lapid. Divin. Drachm. 1. & dimid.
Spirit. Vini rectificat. Drachm. 2.
Misce usui externo, Splenia, (Compressen,) eo humectata, oculo inflammato applicandi.

In *ophthalmia ulcerascente* commendat quoque *Theden*, *Saint Yves*, *Unguentum* hocce *ophthalmicum.*

32) In *amaurosi plenaria*, cum intercurrente sæpius *ophthalmia humida*, & cum effluxu seroso acri-rodente suadet *Theden* collyrium hocce, magis *consolidans-roborans.*

Rec. *Aqu. Fœnicul.* Unc 8.
Extr. Saturn. Drachm. 5.
Spirit. Cerasor. nigror. Unc. 1.
Laud. liquid. Sydenham. Gutt. 20.
Misce. *Dosis* ter-quater in die oculum hocce collyrio inungendi.

Interne vero hicce pulvis.

Rec. *Cortic. Peruv.* el. Unc. dimid.
Rad. *Valerian.* Drachm. 2.
— *Rhabarb.* el.
Cremor. Tartar.
Nitr. depur. ana Drachm. 2.
Tartar. emet. Gran. 8.

 Misce

Misce fiat pulvis. Detur in 12 *plo* ad tot chartas distinctas.

Dosis 3-4. horum pulverum in die. *Theden.*

33) *Ophthalmias* jam feliciter sustulit *Infusum* aquosum saturatum *Croci*, linteo exceptum, & oculis applicatum, qua valide discutiens commendat *Bergius.*

Vel *Camphora* triturata, in *Aqua frigida* soluta, oculis *ophthalmia* affectis instillata gradatim, in initio-guttatim, tantum multum semper contulit *Bergio.*

In *ophthalmia*, aliisque oculi *inflammationibus* levioribus imponitur *Fungus*, *Auricula Judæ* dictus l. *Peziza auricula*, in *Aqua* primum emollitus; qui levamen certe affert, quamvis non agat vi quadam adstrictiva. *Bergius.*

Ophthalmiam cum *effluxu seroso* removit pluries *Vitriolum album*, ad fuscum colorem præparatum, pulverisatum linteamin. involut. vino tum immissum, ad caute tum sæpius oculum, ophthalmia affectum, a canto oculi interno ad externum illinendum. *Re.*

In *Ophthalmia vehementi*, a *Spiritu Vini orta* fervente, *faciei* inopinato immisso profuit tantum, *Aqua vegeto-mineral. Goulardi*, le *Roux.*

34) *Oculorum* debilitatem l. *Visum debilem* sustulit pluries, hocce remedio externo, *Theden.*

Rec. *Calc. Vivæ* Drachm. 1.
Sachar. canar. Drachm. 3.
Rad. *Valerian.* recent. Drachm. 1.

Misce fiat *pulvis* subtilis, qua pulvis Tabaci alias consuetus, vel sternutatorius, naribus adplicandus aliquoties in die.

Usi

Uti æque bene *Visus aciem* auget, & *oculos roborat*, si bulbo oculi omni mane immittitur Gutta 1-2. hujusce *Collyrii*, parati ex.

Aquæ *Rosarum* recent. Cochlear. 1. &
Spiritus Cerasor. genuini - fortis Gutt. 1-2. Weissense. *Re.*

35) *Pilulæ contra amaurosin Scmukeri.*

Rec. Gumm. *Galban.* - *Sagapen.*
Sapon. hispan. ana Drachm. 1.
Rad. *Rhabarbarb.* Drachm. 1. & ½.
Tartar. emet. Gran 16.

In *Aquæ fontan.* quant. suffic. solut. prius. tum adde *Succi Liquirit.* Drachm. 1.

Misce fiant lege artis Pilul. pond. Gran. 1.

Dosis. No. 10-20. *Ph. paup. Hamburg.*

36) *Collyrium castrense Schmuker.*

Rec. *Vitell. Ovor.* No. 1.
Cum *Alumin. crud.* trit.
Solve in *Aquæ Rosar.* Unc. 6.
Camphor. Drachm. dimid.

Misce.

Vel Rec. *Alumin. crud.* Unc. dimid.
Sachar. Saturn. Scrupul. 2.
Aquæ Rosar. Libr. 1.

Misce usui post solutionem.

Et ejus *Spiritus ophthalmicus* castrensis.

Rec. *Spiritus Lavendulæ - Anthos.*
— *Lilior. Convall.*
— *Salis Ammoniac. volatil.* ana Unc. 6.
Camphor Drachm. 1. & dimid.


Misce.

Et ejus *Unguentum ophthalmicum* castrense.

Rec. *Axung. Viperar.* recent. Unc. 4.
Tutiæ præparat. & subtil. pulveris. Unc. 1.
Aloes hepatic. Drachm. 2.
Camphoræ. Drachm. dimid.

Misce.

 13)



37) *Taylori* remedia consueta post *Operationem Oculorum*, inprimis *Cataractæ*.

Rec. Decoct. *Hordei* Libr. 1. & dimid. add.
Ocul. Cancror. præparat. Drachm. 3.
Syrup. Papaver. alb. Drachm. 1.

Misce. *Dosis* omni quadrihorio vasculum 1. Coffee sic dictum.

Et Rec. *Mucilagin. Semin. Cydonior.* Drachm. 3.
Aquæ Rosar. Unc. 16.

Digere leni igne ad Colatur. Unc. 13.

Usus ad oculum eo lavandum, in quo operatio est suscepta.

Et Rec. *Spirit. Lavendul.* Unc. 3.
Balsam. peruv. Scrupul. 1.
Camphor. Drachm. dimid.

Misce ad oculum post. 14. dierum spatium ab operatione eo lavandum, tum laxans mercuriale aliquoties.

38) *Remedia ophthalmica, s. Collyria sicca, Sigw.*

a) Rec. *Sachar. canariens.* Unc. dimid.
Croc. oriental. Gran. 6.

Misce fiat pulvis subtilissimus, calami extremitate exceptus, oculis inflandus, *pannos oculorum eo removendos*, ter quaterve pro die, inserviens.

Vel b) Rec. *Tut. præparat.* (melius quam *Nihili albi*,)
Sachar. canar. ana Drachm. 2.
Mercur. præcipitat. rubr. Gran. 2.

Misce fiat pulvis tenerrimus in *ophthalmia serosa* præcipue conducens.

Hinc siccans addit. Mercur. præcipitat. rubr. grave est septicum, hinc in *pannis* densioribus adhibend. tantum est, & in hac minima dosi, in majori dosi inflammat valde.

c)

c) Rec. *Tut. præparat.*
Nihil. alb. ana Drachm. 3.
Sachar. Saturn. Drachm. 1.
Misce fiat pulvis. Collyrium exhibet siccum, exsiccans, non valde septicum.
d) Rec. *Sachar.* can. Unc. dimid.
Aloes. hepatic. Scrupul. 1.
Misce fiat pulvis subtilissim. ejusdem usus uti antecedens.
Alvum valde irritat, hinc in parca dosi tantum est addend.
e) Rec. *Nihil. alb.* Unc. dimid.
Myrrh. optim. Scrupul. 1.
Misce fiat pulvis tenerrimus.
Usus *arrosionibus acrioribus oculorum.*
Vel si inviscante magis opus est.
Rec. *Nihil. alb.* Unc. dimid.
Gumm. arabic. Scrupul. 1.
Misce fiat pulvis subtilissimus, valde exsiccans, oculis adplicatus, a potiori oculis confert, ab acri aëre plorantibus, nam mucilaginosa hic optime conveniunt.
f) Rec. *Nihil. alb.* Unc. dimid.
Vitriol. alb. Scrupul. 1.
Misce fiat pulvis tenerrimus, in *pannis - maculis oculorum* juvans præcipue, & *blande simul vim septicam* exserens.
g) *Cataplasma ophthalmicum* - discutiens, & ex parte emolliens. *Sigw.*
Rec. *Meduli. Pomor.* sub cineribus coctor. Unc. 3.
Camphor. Amygdal. dulc. trit. excortic. Scrupul. 1.
Tut. præparat. Drachm. 2.
Lact. dulc. quant. suffic.

 Misce

Misce usui.

39) *Inflammationem Oculi* & *palpebrarum* optime ita profligavit pluries *Netleton.*

Rec. *Butyr. commun.* Unc. 8.
Aquæ fortis,
Mercurii vivi, ana Unc. 1.
Camphor. Drachm. 2.

Butyro liquefacto & in coagulum denuo tendenti adde
Argent. vivi in *Aqua forti* solut. &
Camphoræ in *Olei Olivar.* Unc. 2. solut.
diligenter agitando in mortario marmoreo, donec refrixerint omnia, ut fiat Unguentum *Netleton* in Halifax, *Richter.*

ODONTALGIA.

1) *Odontalgiam* a *dente carioso* sustulit ei immissa *Radix Hyoscyami* in frustulis discissa. *Blane.*

2) Confert quoque subito dolorem leniendo, non exæstuando sed temperando frustulum Crystalorum *Nitri depurati.* l. *Salis culinaris. Reuss.*

3) Rec. *Sal. Ammoniac.* depur. Drachm. 1.
Solv. in *Succ. Citr.* Drachm. 2.
Misce gossypio exceptum & denti *cavo dolenti* impositum - dolores sedat testimon. *Bicker.*

4) In *Odontalgia sanguinea*, *arthritica*, venæ sectione, cucurbitulis, vesicatoriis aliisque parum vel nihil proficientibus, præcipue vero in *odontalgia rhevmatica*, *Massa* ejus dicta *odontalgicà* eximie profecit *Voglero*, *dolores* citissime & felicissime dissipavit hocce remedio.

Rec.

Rec. Pulver. *Mastichis-Sandaracæ* ana Drachmas 2.
Sanguin. Dracon optim. Scrupul. dimid.
Opii. Crud. Gran. 2.
Olei Anthos destillat. Gutt. 8.
Spirit. Cochlear. quant. suffic.
Misce fiat Massa emplastri consistentiæ.
Dosis. Massæ hujus portio, fabæ magnitudine ipsis gingivis admota, dolores citissime dissipavit.


5) Dentium *dolores* pertinaces sustulit *Tinctura Colocynthidis*, *Dalberg*, de qua vide titulum *purgans*.

6) *Odontalgiam convulsivam* a dente carioso ortam eximie jam removit *Oleum Cajeput*, annotat. *Actor. Suecic.*

7) *Allium* recens, pauco *Sale Culinari* commixtum, vesiculas leves, regioni temporali applicatum, excitando, dolores dentium mitigat. *Re.*

8) *Odontalgiam* uti & *Aphthas* sustulit plenarie.
Rec. Solut. saturat. *Resinæ Guajaci* in *Spiritu Cerasorum* l. *Spirit. Vini* rectificat.
Dequa Essentia Cochlear 1. parvum sufficit, commixtum cochlearib. aliquot majoribus *Aquæ tepidæ*, omni mane ad os eluendum. *Dolf.*

9) Usus *Seminis Hyosciami*, qua plantæ narcoticæ, stupefacientis, vermes e dentibus jam excavatis, odontalgiam sæpius enormem producentibus, egregie jam expulit; carbonibus ardentibus immissum semen hyosciami, fumum exhibet, qui omnis accurate im-



immittendus est in internam superficiem patinæ puræ stanneæ, qualis patina stannea impletur tum Aqua pura cocta, adhuc fervente, cui subito infundibulum ordinarium, imponendum est, patinam probe claudens, & denti carioso commode apice suo imittendum, per quod Aqua cocta evaporando exhalat, & simul suscipit omne, patinæ stanneæ adhærens, a fumo seminis Hyosciami antea prunis combusti.

Evaporatio hæc aquæ stupefacientis, (in initio ægro sensationem valde molestam producentis,) vermes ita necat, ut plurimi vermiculi subalbidi, magnitudine ovulorum muscæ ordinariæ, jam sint deprehensæ aquæ calidæ supernatantes, quo dein odontalgia mox cessavit; pari modo uti *Otalgia*, a vermibus in auribus jam orta, & fumo quoque seminis hyosciami expulsis, qui caute semper applicandus est ob vim tam valde stupefacientem totius plantæ, heic præcipue efficientis & multo plus quam fumo tabaci, vel vapore aquæ communis, annotat. *Reichart.*

10) In *odontalgiis* cum *inflammationib.* junctis, & *cariosis* quoque *dentibus* profuit semper irritamen oppositum, *pulmentum* nempe *calidum*, e pane albo lacte paratum, buccis applicatum, observata simul æquali transpiratione, cum interpositis temperantibus - laxantibus remediis, & ad noctem diaphoreticis: van der *Bosch.*

11) Gossypium *Tinctura Myrrhæ* humectatum, denti dolenti applicatum, *odontalgiam* subito sistit.

Re.

12)

12) Ad Experiences nouvelles sur les proprietes del' Alcali volatil fluor, par *Martinet*, (Paris. 1780) valde conducunt in odontalgia Guttæ 12 - 15. *Alcali* volatil fluor in vitro *Aquæ puræ*;

13) Uti *Richter*, Decoctum saturatum *Hbæ. Cicutæ* recent. vel *Hyosciami* in *Lacte* coctæ, in os sumtum & instar collutorii adhibitum.

14) Pari modo in *odontalgia* conducit *Infusum* saturatum *Foliorum Salviæ* & *Iridis nostras*, qua collutorium odontalgicum, quo multum *muci* & *aquæ* extrahitur e loco affecto, & dolores in dentibus - gingivis imminuuntur eximie. *Gmelin.*

15) *Radix Pyrethri* masticata, multum muci aquosi ex ore elicientis masticatione, odontalgiam a rhevmatismo inprimis ortam, sustulit.

16) Pulvis *Zingiberis*, *Nicotianæ*, *Tabaci* (ad fumum alias consueti,) immissus *Spiritui Vini* ardenti, & gossypii ope denti carioso adplicatus, exhibuit jam pluries, inprimis incolis locorum marinorum multum levaminis & auxilii subitanei in *odontalgia*, a *dente* inprimis *carioso* orta;

Uti *nautæ* in istis regionibus sese præcipue præservant in *odontalgia rhevmatica* masticatione *Tabaci*, ad fumum alias consueti, multum muci ex ore quoque elicientis. *Exter.*

17) In *Odontalgia frigida* uti & in *tumore frigido genarum*, *masticatorium* hocce commendat *Stoll.*

Rec. Pulver. Rad *Zingiber*. Drachm. 2.
— *Mastich*. Unc. dimid.

Lent

Leni igne funde in bastillos, & applica loco dolenti ab odontalgia.

Eodem scopo inserviunt *Caryophill. Cinnamom. Pimpinella* alba. *Stoll.*

OEDEMATA

1) *Infantum* a *Febre scarlatina* relicta œdemata debellanda, qua resolvens- & diureticum commendat Rosenstein huncce pulverem.

Rec. Rad. *Squill. squiccat.* Gran. 10.
Nitri depurat.
Zingiber. alb. ana Scrupul. 2. & dimid.
Misce fiat pulvis divid. in 10. partes æquales.

Dosis, Eorum No. 2-3. quotidie. *Rosenstein.*

2) *Oedemata pedum* præclari jam imminuit modo multoties usus *Decocti* herbæ recentis *Digitalis purpureæ*, *Monro teste*, vide plura *Hydrops* No. 25.

ORIS AFFECTUS.

1) In *Oris ulceribus- inflammationibus- stomacace*, *-aphthis*,

Rec. *Myrrh.* pulverisat. Drachm. 1. solve in mortario
cum *Vitell. Ovor.* Drachm. 2. adde.
Mellis Unc. 2. - *Vini albi* Unc. 6.
Misce ad *gargarisma* & *oris collutionem.* *Fuller - Mellin.*

2) In omnibus *Oris- affectibus-* exceptis *aphthis*, tam *putridis* quam *scorbuticis* & inflammatoriis; in *linguæ* & *labiorum oris fissuris*, a nimio interdum salivæ fluxu ortis, profuit

fuit quam optime D. *Starke*, hocce remedium.

Rec. *Borac- Nitr. depur.* ana Drachm. 1.
Magnes. ſimpl. Drachm. 1. & dimid.
Sachar. alb. Drachm. 2.

Miſce. *Doſis.* omni hora Cochlear 1. dictum Thee, per aliquot tempus cum *Infuſo Chamomillæ* l. *Menthæ criſpæ.*

Oris affectus vide plura *Aphthæ* & *Angina.*

PANARITIUM.

Paronychiam ſ. *panaritium digiti* majoris pedis D. *Vicat* feliciter ſuſtulit,

Aquæ ſaturninæ Goulard. camphorat. Unc. 6.
Gum. Ammoniac. Unc. dimid.
Succi. expreſſ. recent. e foliis
Datur. Stramon. Unc. dimid. ſolut in
Acet. vini. Unc. 2.

Mixtis probe.

Linteamina hocce liquore humectata, applicata fomenti inſtar partibus paronychia affectis, ſuſtulerunt plenarie paronychiam ſ. panaritium.

PARALYSIS.


1) *Balſamus diſcutiens* in *paralyſi Bicker.*

Rec. *Sapon. venet.* Unc. 6.
Olei *Terebinthin.* Unc. 12.
Sal. Tartar. Unc. dimid.

Miſce fiat Balſamus.

2) In *paralyſi linguæ - Fuller.*

Rec.

Rec. *Vini albi* Unc. 6.
Sinap. conf. Unc. 1. & $\frac{1}{2}$.
Aquæ. font. Unc. 4.
Mellis Unc. 2.
Aceti parum. Misce.

Dosis sæpius in die parum in os, qua collutorium sumendum, & dein exspuendum.

3) In *Paralisi* linguæ, manus, hemiplegia, cruris imobilitate a *nimia humorum spissitudine*, inprimis orta, qua potens *resolvens*, commendat Infusum Flor. & Radic. *Arnicæ* saturatum *Collin.*

4) *Paralysin* usu *Cantharidum* caute *interne* a Gran. 1 - 2. bis in die, cum *Sacharo* aliquoties dissipavit feliciter anglus *Vaughan.*

5) In *Paralysi* qua *rubefaciens* utuntur multo cum fructu angli *Spiritu Salis Ammoniac. caustic.* Scrupul. 2. mixti *Olei Olivar.* rec. Unc. dimid.

6) In *Paralysi* interne utitur cum fructu *Extr. Cicut.* in dosi sensim ascendente aucta, & electricitate, *Cullen.*

7) In *paralysi* pertinaci *brachiorum* amborum, e *rhevmatica* orta causa, profuit eximie *Tinctura Guajaci* volatil. & in brachio *Causticum* applicatum D. *Johnston.*

8) *Spiritus paralyticus*, *Pharm. Nosocom. Hafniens.*

Rec. *Spirit. Vini Camphorat.* Unc. 4.
Sal. Ammoniac.
— *Cornu Cervi* ana Unc. 1.
Olei Juniper.
— *Succin.* ana Drachm. 2. Misce.

9) Pharmacopœum quendam D. *More* restituit plenarie, in brevi temporis spatio, variis antea per annum frustra adhibitis, a brachii & manus inprimis *statu rigido - paralytico*, rhagadibus multis duris ea obducta, orto inprimis a forti valde caustico, *Unguento* tantum hocce, parato e

Lixivio Sal. alcal. fixi, Unc. 2.
Olei Olivarum Unc. 4.
Vitell. Ovi No. 2.

Misce probe. *Plenck.*

10) *Paralysis* lateris sinistri *faciei* & *brachii*, a vermibus & ab exanthematibus Capitis retropulsis orta, feliciter tollebatur *Mercurio dulci* & *purgantibus* interpositis, expulsis simul vermibus anthelminticis congruis. *Act. Nat. curiosor.*

11) In *paralysi*, *arthritide - rhevmatismo* commendat *Dalberg Tincturam Colocynthid.* (ad Pharmacop. Suecic. paratam,) uti in doloribus arthriticis - paralyticis ab incauto usu Mercurii, & in *febribus intermittentibus irregularibus*, Gutt. 12 - 20. quater - quinquies in die, ad abdominis sufficientem mollitiem. v. *Schwedische* Abhandlungen. 1784.

12) *Paralytica membra*, inuncta *Spiritu Vini camphorato*, cum *Oleo lumbricorum* terrestrium commixto, liberavit quoque jam sæpius plenarie a statu eorum paralytico.

13) In *paralysi extremitatum* inferiorum Viri 43. annorum, cum dolore simul urente obtuso in lumborum regione, & magna artuum inferiorum debilitate, ita ut iis nec stando nec ingressu uti posset, alvina excretio sæpius ei quoque invito abiit, applicabatur

hinc ſubito, multo cum fructu *Veſicatorium*; ad regionem oſſis coccygis, & interne *Infuſum ſaturatum* florum *Arnicæ*, cum *Extracto* ſpirituoſo *Valerianæ*.

Cujus uſu octiduo urinæ & alvi excretio in melius ſeſe vergebat, in ſtatum priſtinum naturalem, erecto corpore, & ingreſſus ejus melior ſuccedebat, ſtare enim nunc melius poterat. pedibus antea debilitatis, ſuffultiente quidem alterius hominis brachio.

Ad Libr. 1. Mixturæ ſuperior. addebantur.

Tinctur. Cantharid. Gutt. 10.

Mixta accurate, pro doſi omni bihorio 2. Cochlear. porrigebantur huic ægro.

In melius vero non plane vergebat hicce ſtatus præternaturalis, commendabatur balneum frigidum per ¼ horæ adhibendum.

In prima vice uſus hujus balnei frigidi eveniebat calor quidam febrilis, cum doloribus abdominalibus - *torminibus*, qui vero tollebatur ſubito *Infuſo florum Chamomillæ* - *Tartar. Cremor* - & *Pulpa Tamarindor*.

Poſt uſum continuum quotidianum, octo horum balneorum frigidorum, ceſſabat dein plenarie omnis pedum debilitas, & paralytica eorum affectio, ut ingreſſus hujus antea tam miſeri ægri ſuccederet, uti in priſtino ejus ſtatu ſano, teſtimonio *Mohrenheim*.

Qui in variis quoque ægris, miſere affectis, *paralyſin pedum* inferiorum feliciſſime ſuſtulit, uſu tantum *Aquæ frigidæ*, hiſce partibus applicatæ.

14) Radix *Pyrethri* recens maſticata, in *linguæ paralyſi*, eximium jam dedit pluries effectum exoptatum.

Uti

Uti pulvis *Radicis Ninseng.*

15) In *paralysi* adhibuit semper cum fructu D. *Krebs.* externe

Spiritum Sal. Ammoniac. cum *Calce viva* paratum; vel

Spiritum Camphoræ cum

Spiritu Cornu Cervi commixtum; vel

Spiritum Formicarum; vel

Fotum ab *Aqua calida*, in qua formicæ erant coctæ.

In *paralysi digiti indicis*, potius manus dextræ, profuit ei aliquoties Spiritus Vini rectificatiss.

In *paralysi linguæ manducatio aromatum*, qua lenia irritantia, uti & *Fumus Tabaci* præcipuam præstitere opem.


In *paralysi antibrachii* a *venæ sectione* orta incongrua, plane lividi, tumentis, cum dolore-tensione partium profuit eximie frictio *linimenti volatilis*, Lintei lanei ope applicati. *Krebs.*

16) *Linimentum antiparalyticum Gorter*, & in aridura membrorum conveniens.

Rec. *Gumm. Euphorb.*
Radic. *Pyrethr.*
Piper. — *Sal. Tartar.* ana Drachm. 2.
Cont. coqu. *Olei Olivar.* Unc. 3.
Colatur. add. Olei destill. *Benzoes*
— — *Caryophillor.* arom.
— — *Zedoar.* ana Drachm. dimid.
Misce usui.

PECTORALIA,
s. EXPECTORANTIA REMEDIA.

1) *Elixir pectorale* in morbis frigidis commendat, ita paratum, *Mellin.*



Rec. *Liquor. anod. min.* Hofm. Unc. dimid.
Olei *Anisi* Gutt. 20.
Misce. *Dosis* Guttæ 20-30.

2) Rec. Rad. *Ireos* florent. pulveris.
Pimpin. alb. ana Scrupul. 1.
Squillæ pptæ. Scrupul. dimid.
Gumm. ammoniac. in *Oxymell. squill.* solut.
Succi *Liquirit.* ana Drachm. dimid.
Misce, fiant lege artis, Pilul ponder. Gran. 1.
Dosis mane & ad vesperam eorum No. 20.

3) *Linctus pectoralis Vogler;*

Qua blande *demulcens* & *pectorale remedium*, pulmones minime relaxans, eximie proficiens in *tussi* acri pertinaci, *catarrhali*, sicciore, - *convulsiva* infantum; in *phthisi*; in *urinæ* excernendæ difficultatibus, multum proficiens.

Rec. *Spiritus Vitrioli* acidi Drachm. dimid.
Olei Amygdalar. dulc. Drachm. 2.
Syrup. Papaver. erratic. Unc. 2.
Misce.

4) *Elixir pectorale simplex, Pharmac. pauper. Hamburg.*

Rec. *Succi Liquirit.* Drachm. 3.
Aquæ Fœnicul. Unc. 4.
Misce. Dosis Cochlear. 1.

5) *Elixir pectorale balsamicum.* Pharm. paup. *Hamburg.*

Rec. *Elix. pectoral. simplic.* Unc. 4.
Extract. Myrrh. aquos. Drachm. 1.
Misce. Dosis Cochleare dimidium.

6) *Mixtura pectoralis balsamica Pharm. pauper. Hamburg.*

Rec.

Rec. *Olei Lini* recent. Unc. 1.
Spirit. Cornu Cervi Drachm. 1.
Aquæ *Menth. piperitid.*
— *Fontan.* ana Unc. 2. & ½
Syrup. Altheæ Unc. 1.
Misce. Dosis Cochleatim.

Pharm. pauper. Pragens. commendat loco *Olei Lini* - Ol. recent. Olivar. & loco *Syrup. Altheæ* - *Syrup. balsam.*

Elixir pectorale simplex *Pharmac. pauper. Pragens.*

Rec. *Succ. Liquirit.* Drachm. 3.
Aquæ Fœnicul. Unc. 4.
Spirit. Sal. ammoniac. anisat. Drachm. 1.
Misce.

Et ejus *Elixir pectorale balsamicum*

Rec. *Elix. pectoral.* simplic. Unc. 4.
Extract. Myrrh. aquos. Drachm. 1.
Misce.

Oxymel pectorale Pharm. pauper. Pragens.

Rec. *Oxymell simplic.* Unc. 2.
Syrup. de *Gumm. ammoniac.* Unc. 1.
Spirit. Sal. Ammoniac. anisat. Drachm. 1.
Misce.

7) *Species pectorales demulcentes Pharm. pauper. Hamburg.*

Rec. Radic. *Altheæ* Unc. 1.
— *Liquirit.* Drachm. 2.
Sem. *Fœnicul.* Drachm. 1.
Conc. contus. *Misce* fiant Species.

8) *Species pectorales resolventes, Pharmacop. pauper. Hamburgens.*

Rec. *Flor.* Arnicæ Unc. dimid.
Radic. Liquirit. Drachm. 3.

 Sem.

Sem. Fœnicul. Drachm. 1.
Conc. contus. Miſce, fiant Species.

9) *Pilulæ pectorales - balſamicæ Pharmac. pauper. Pragens.*

Rec. Extr. *Myrrh. aquos.* Drachm. 1.
Marrub. - Gumm. Ammoniac. puri ana Drachm. 2.
Succ. Liquirit. Drachm. 3.
Miſce, fiant lege artis Pilul. ponder. Gran. 2.
Doſis. Earum No. 10 - 15. bis in die.

10) *Pectoralis pulvis anodynus Pharmacop. pauper. Pragens.*

Rec. *Sachar.* alb. Drachm. dimid.
Sulphur. Antimon. aur. ultim præcip. Gran. 2.
Opii puri Gran. 1.
Miſce fiat pulvis pro doſi.

11) *Pulvis expectorans* balſamicus, *Pharm. pauper. Hamburgens.*

Rec. *Flor. Benzoes* Gran. 4.
Camphor. pulveriſat.
Sulphur. aurat Antimon. Gran. 2.
Sachar. albi. Scrupul. 1.
Miſce fiat pulvis pro doſi.

12) *Pulvis pectoralis* reſolvens *Pharm. pauper. Hamburg.*

Rec. *Sachar. Lactis* Drachm. 6.
Radic. *Liquirit.* Drachm. 3.
Rad. *Irid. florentin* Drachm. 1.
Sulphur. aurat. Antimon. Scrupul. 2.
Miſce fiat pulvis.
Doſis. Scrupul. 1. - Drachm. dimid.

13) *Decoctum pectorale Nosocomii Pazmaniani Viennæ.*

Rec. Rad. *Salap.* Scrupul. 4.
Glycyrhiz. raſ. Drachm. 1.
Coqu. cum *Aqu. fontan.* quant ſuffic. per ¼ horam.
Colatur. Libr. 2.
Miſce. *Doſis* vaſculatim in die.

14) *Pulvis expectorans Pharm. Noſocom. Hafniens.*

Rec. Pulv. *Kerm. mineral.* Gran. 1.
— *Sachar. alb.* Scrupul. 1. Miſce.
Et ejus *Species* pro *Infuſo pectorali theiformi.*

Rec. *Flor. Sambuc.*
— *Verbaſci ana* Libr. 1.
Radic. *Liquirit.* Libr. dimid.
Semin. Fœnicul. Unc. 2.
Miſce.

15) *Pulvis expectorans* Noſocomii Pazmaniani *Viennæ.*

Rec. *Kermes mineral.* Gran. 15.
Sachar. alb. Drachm. dimid.
Miſce pro doſi una.


16) *Syrupus pectoralis demulcens* *Stoll.*

Rec. Succ. *Liquirit* Unc. 1.
Solve in Aquæ *Flor. Chamom.* ſ. vin. Libr. 2.
add. Syrup. *Altheæ.* Unc 8.
Miſce. *Doſis* ſæpius in die cochleatim. *Stoll.*

Syrupus pectoralis reſolvens, *Stoll.*

Rec. *Gummi Ammoniac.* depur.
Sal. Ammon. depur. ana Drachm. 2.
Solve in *Oxym. Squillit.* Unc. 1.

 Aqu.

Aqu. bened. Ruland. Drachm. 2.
adde *Syrup. pectoral. demulc.* Unc. 8.
Misce. *Dosis*, Omni bihorio Cochlear. 1.
Stoll.

17) *Pectoralis* Linctus, *Pharmac. Nosocom. Hafniens.*

Rec. *Oxym. Squillit.*
Syrup. Altheæ
Mucilagin. *Gummi arabic.* ana. qu. plac.
Misce.

Et ejus *Looch pectorale.*
Rec. *Olei Lini* recent. Unc. 2.
Roob Sambuc. Unc. dimid.
Syrup. *Altheæ* Unc. 3.
Spermat. Ceti Unc. 1.
Misce.

Et ejus *Pulvis pectoralis-resolvens.*
Rec. Pulv. rad. *Ireos* florent.
— — *Ari.*
Flor. Sulphur. ana part æqual.
Misce.

Et ejus *Pilulæ pectorales.*
Rec. *Extract. Cicut.*
Gumm. ammoniac. depur.
Flor. Sulphur. ana partes æqual.
Misce, fiant pilul. ponder. Gran. 3.

Et ejus *Pilulæ pectorales* cum *Kerm. miner.*
Rec. Mſæ *pilular pectoral.* Drachm. 6.
Kerm. mineral. Gran. 12.
Misce fiant pilul. Gran. 3.

18) *Pectoralis haustus Cullen.*
Rec. *Aquæ Cinnamom.* spirituos. Unc. 1.
Syrup. diacod. Drachm. 2.

Tinc-

Tinctur. Castor. Guttas 30 - 40.
Laud. liquid. Sydenham. Gutt. 15.
Misce pro haustu.

Et ejus *Pilulæ pectorales* ita parantur.
Rec. *Balsam. Sulphur.* Drachm. 1.
Pulver. *Rad. Enul.* Drachm. 1.
ter. simul addend. *Roob Sambuc.*
Extr. Glycirrhiz. ana. Unc. 1.
Syrup. balsamic. quant. suffic.
Fiant Pilul. Gran. 4. Cap. eorum No. 3.

Et ejus *Apozema pectorale.*
Rec. *Fol. Tussilagin.* Unc. 2.
Coqu. *Aquæ fontan.* Libr. 2. ad
Colatur. Libr. 1. adde tum
Pulver. Anis. Drachm. 1.
Extract. Glycirrhiz. Unc. 2.
Misce. *Dosis* Cochlear. 4. in die.

19) *Essentia pectoralis* D. *Carl.*
Rec. *Tinctur Antimon.* anisat.
Liquor. Terr. fol. Tartar. ana Unc. dimid.
Misce. *Dosis.* Guttæ 30 - 60. in Infuso theiformi vel *Aqua* frigida, eximie conducunt in *pectoris* affectibus, *tussi*, *catharrho*, qua potius resolvens - discutiens - diaphoreticum - diureticum, urinam jam calculosam expellens, & hinc quoque anodynum.

20) *Elixir pectorale castrense Theden.*
Rec. *Succ. Liquirit.* Unc. 1.
Aqu. Foenicul. Unc. 8.
Extr. Myrrh. aquos. Drachm. 2.
Oxymell. Squillit. Unc. 1.
Spirit. Sal. ammon. Drachm. dimid.
Misce.

Pulvis pectoralis castrensis Theden.



Rec. *Succ. Liquirit.*
Irid. florentin.
Semin. Anis. s. ana Unc. dimid.
Misce. *Dosis* Scrupul. 1. ad Drachm. dimid.
Et ejus *Pulvis pectoralis balsamicus* castrensis.
Rec. Extr. *Myrrh.* aquos exsiccat.
Sachar. Lactis ana Scrupul. dimid.
Misce detur pro dosi.
Et ejus *Species pectorales* castrenses.
Rec. Herb. *Veronic.*
— *Hyssop.* ana Unc. 6.
Rad. *Liquirit.* Unc. 1.
Semin. *Anis.* s. Unc. dimid.
Conc. Misce.

21) *Pulvis pectoralis Swieten.*
Rec. *Myrrhæ* Gran. 15.
Lapid. Cancror. Drachm. dimid.
Misce fiat pulvis, sæpius in die aliquot cultri cuspides.

22) *Sacharum pectorale-balsamicum Hofmanni*
Rec. *Extract. Myrrh.* aquos. Drachm. 1.
Sachar. subtiliss. Unc. 1.
Misce, fiat pulvis dividend. in Doses 4-6. æquales.

23) *Pulvis pectoralis-emolliens-lubricans, Sigw.*
Rec. Pulv. Rad. *Altheæ.*
— — *Liquirit.*
Chocolad. ana Drachm. 2.
Misce *Dosis* quotidie quater ad 3. cultri cuspides.
Vel. *Sachar. hordeat.* Unc. 1.
Butyr. Cacao. rec. Drachm. 2.
Rad *Ari* — *Liquirit.* ana Drachm. 1.
Olei destill. Cinnamom. Gutt. 4.
Misce. Dosis, uti supra

Vel Rec. *Sachar. Lact. Cryſtall.* Unc. 1.
Fabar. Cacao toſt. Drachm. 3.
Sachar. hordeat. Drachm. 2.
Miſce. Uti ſupra Doſis.

24) In *pectoris affectibus* permultum quoque profuit loco *Succi* e *Liquiritiæ*, vulgaris ſuccus *Polypodii* recent. in Suevia *Wadſtroem*.

PEDICULI.

1) Si longo decubitu in lecto *pediculi* oriuntur, conducit tum ægris hocce medium

Rec. Sem. *Petroſelin.* qu. plac. coque in *Aquæ fontan.* quant. ſufficit. Colatura adhibeat. pro lavamento capitis.

Vel. Rec. Pulver. Semin. *Petroſelin.* recent. Unc. 1.
Butyr. recent quant. ſuffic. ut fiat Unguentum, ad inungendum eo locum pediculoſum. *Stoll*, *Mellin*.

2) Ita confert quoque *Decoctum* ſaturatum *Semin. Sabadilli*, qua lavamentum adhibitum loco pediculoſo. v. *Extor*.

3) *Pediculos capitis* & *inguinum* ſuſtulit quoque *Frank* lavacro, e *Trifolio fibrino* parato.

4) *Unguentum pediculorum* hocce jam pluries eximie profuit, caute vero in initio adhibendum, non in nimia copia, ne nimiam arroſionem producet.

Rec. *Semin. Staphid. agr.*
— *Sabadill.* ana Unc. 2.
Rad. *Ellebor. alb.*
Sulphur. Citrin.
Sal. Commun. ana Unc. dimid.

Mer-



Mercur viv. Unc. 1.
Sev. bovin. Libr. 2.
Axung. porcin. Libr. 3.
Misce fiat Unguentum.

5) Rec. *Pulver Sabbadill.* l. *Staphid. Agriæ* Drachm. 2.
Fol. Tabac. Drachm. 1.
Butyr. recent. quant. suffic.
Misce pro Unguento, loco pediculis affecto adplicandi. *Sigw.*

6) Novi inquit *Bergius* vinum, *pediculis inguinalibus* per plures annos infectum, qui *Emplastr. antihyster. Edinb.* ventri solum applicato, ab iisdem se liberatum dixit, quod quidem foetori *Asæ foetida* adscribit, quæ in hoc. Emplastro potius est contenta.

PERIPNEVMONIA.

1) In *peripneumonia - pleuritide - morbillis* - & in exanthematicis variis affectibus cum asthmate commendat *Tissot.*

Rec. *Oxymell. Squillit.* Unc. 1.
Infusi theiform. *Flor. Sambuc.* Unc. 5.
Misce omni bihorio Cochlear 1 - 2.

Uti quoque omni bihorio Cochlear 1. hujusce remedii usum suadet.

Rec. *Spirit. Sulphur.* vel. *Spirit. Vitriol.* Unc. 1.
Syrup. Violar. Unc. 6. f. *Decoct. hordeat.*

Et scopo inprimis laxante.

Rec. *Mann. calabr.* Unc. 2.
Sal. Sedlicens Unc. dimid.
Solve in *Aqu. calid.* Unc. 4. filtret.

Dosis,

Dosis, ad duas vices sumend.

Absoluto horum remediorum usu, subiungendas inprimis commendat hasce pilulas, nulla inprimis præsente febre.

Rec. *Sapon. Venet.* Drachm. 6.
Extract. Taraxac.
Gumm. Ammoniac. ana Drachm. dimid.
Syrup. Capillor. Vener. quant. suffic.

Fiant, lege artis Pilulæ ponder. Gran 2.

Dosis. Eorum No. 20. per 12. annorum seriem.

2) *Peripnevmonia* & *pleuritide* affectis multo semper cum fructu hæcce adhibuit remedia de *Haen*,

a) *Venæ Sectiones* reiteratas, non largas quavis vice.

b) ad *latus dolens Cataplasma* hocce.

Rec. *Aven.* crud. trit. Libr. 3.
Flor. Sambuc.
— *Chamomill.* ana Manipul. 2.

Misce fiat Cataplasma calide apponendum.

Per totum morbi decursum hocce dein *Decoctum* in larga copia adhibendum præscripsit.

Rec. Rad. *Gramin.*
— *Taraxac.* ana Unc. 3.

Coque in *Aquæ fontan.* quant. suffic. per dimidiam horam sub finem adde
Flor. *Rhoead.* Manipul. 3.
— *Verbasc.*
— *Bugloss.* ana Manipul. 2.
Stent in Infusione calida per dimidiam horam. Colatur. Libr. 4. adde
Oxymell. simplic. Unc. 4.
Antimon. diaphorat. non ablut. Drachm. 1 & ½.

Misce,

Misce; sumat omni hora vasculum Coffeanum.

Pro facilitanda *Sputorum* excretione dedit tum hocce remedium.

Rec. *Oxymell. Squillit.* Unc. 2.
Antimom. diaphoret. non ablut Drachm. 1.
Aqu. flor. Rhoead. Unc. 1.

Misce sumat æger Cochleatim.

Ad *pedes* hocce *Epispasticum derivans.*

Rec. *Ferment. pan.* acid Libr. 1.
Sem. *Sinap.* contus. Unc. dimid.
Sal. Commun. Unc. dimid.
Hb. *Rutæ* Manipul. 1.
Aceti quant. suffic. ut fiat massa epispastic. *de Haen.*

3) Sputa critica in peripnevmonia promovens; attenuans tenacia nimis, commendat *Bicker.*

Rec. *Sulphur.* aurat. *Antimon.* Gran. 3.
Oxymell. Squill. Unc. 2.

Misce fiat *Linctus.*

Dosis. Parvum Cochleare sæpius per diem reiteratum confert.

PERNIONES.

1) Rec. *Sapon.* venet. Scrupul. 4.
Camphor. Drachm. dimid. ad 1.
Sal. Ammoniac. Drachm. 1. & ½
Spir. Serpill. Unc. 2.
Gumm. Benzoe Scrupul. 2. ad Drachm. 1.

Misce. Quotidie applicetur bis terve ad locum affectum. *Re.*

2) Ad *perniones manuum* & pedum summo cum fructu adplicari potest *Fomentatio*, præparata e *Sulphure* pulverisato, carbonibus insperso. Ne acidum sulphuris nimium arrodet, locus affectus, cute forte denudato, tegendus prius est Emplastro simplici, tantum ordi-

ordinario ad tegmentum tantum, quo dein fotus ſulphuris eo facilius ſine dolore loco affecto, pernionibus affecto, poteſt applicari, obſervationibus in Suecia *Okdelii.*

3) Oleum *Petræ.* ſ. *Petroleum* confert quoque eximie pernionibus applicatum, *Roth.*

4) Uti in initio ſtatim pernionum, antequam fiſſuras accipiunt *Spiritus Salis dulcis*, loco affecto applicatus, obſervat, *Dolfus.*

5) Subitaneum & optimum præſtat auxilium hocce quoque remedium, in locis marinis valde uſitatum, ab *Exter*, *Reuſs.*

Rec. *Terebinthin. Venet.*
Axung. Ceti (vulgo Fiſchthran,) ana Unc. I.
Ceræ albæ quantum ſufficit ad Ceratum ſubmolle.

6) *Succus* expreſſus *Raparum albarum Braſſicæ Rapæ*, cum
Olei Lini, &
Butyro inſulſo, igni liquefactus,
Loco pernionibus *affecto*, *commendatur* a quibuſdam; *Platner.*
Uti ab aliis *Succus* tantum expreſſus
Braſſicæ Rapæ ſ. culinaris,
Sacharo tantum commixtus.
Vel Decoctum Braſſicæ Rapæ.

7) Alii commendant,
Spiritum Sal. ammoniac. cum Calce Viva paratum, Unc. dimid.
Olei Olivar. Unc. 3. & ½.
Mixtis probe, ter in die locum pernionibus affectum illinendi.

8) *Tiſſot* commendat,

Rec.

Rec. Herb. *Cyclamin.*
Flor. *Chamomill.* ana Pugill. 1.
Sapon. venet.
Sal. Ammoniac. ana Drachm. 1.
Concis. infund. cum *Aquæ fontan.* fervid.
Libr. 2. & ½.
Colatur. add. *Acet. Vini* optim. Unc. 2.
Misce usui ad balneum vaporis & ad fomentationes.

9) *Plenck* suadet in *pernionibus* non calida applicanda esse, ne suppurationem noxiam producent, sed frigus e parte læsa per Aquam frigidam, vel per nives impositum, extrahendum esse, & tum applicandum esse hocce Unguentum.

Rec. *Axung. Porcin.*
Sevi Cervin.
Olei Laurin. - *Ceræ* citrinæ ana Unc. 2.
Liquescendo omnia bene misceantur, adde *Camphor.* Unc. dimid. diluta prius in *Spirit. Vini* rectificat. Unc. 1.
Mixta probe adhibeantur ad perniones, & membra gelu perusta - rubentia, & jam exulcerata; uti ipse Editor harum paginarum expertus est.

10) *Oleum Olivarum*, *Cera alba* liquefactum, ad consistentiam Emplastri, adhibuere jam varii multo cum fructu, in pernionum affectibus. v. Berlinische Samlungen.

11) *Fotus calidi Aceti Vini*, ferri candentis ope suscepti, uti *Fomentationes* ipsæ Aceti vini calefacti, insignem jam usum præstitere pernionibus applicatum subito in initio, antequam rupturam acquirunt, uti membris gelu perustis.

Exter.
12)

12) Si *perniones*, vel *membra gelu perusta*, in initio hyemis acquirunt *pruritum* & *rubedinem*, conducunt tum inunctio, fricatio hisce spiritibus, vel oleis parum calefactis, aut frigidis, omni matutino & vespertino tempore; e g.

Spiritus vini rectificatus simplex vel *camphoratus*; vel *crocatus*.

Vel *Oleum Terebinthinæ*, vel *Oleum Petræ*, vel *Essentia Succini* aut *Myrrhæ*.

Quorum remediorum usus tamdiu est continuandus, usque dum sensatio parte affecta cessat, & simpulac ea redit mutato anni tempore, & tempestate horum remediorum usus iterum est instituendus.

14) Quidam utuntur ad *perniones* multo cum fructu, & subitaneo effectu, *Unguento parato* e lardo calido, diffuso prius ad Unguenti formam in portione glaciei, in qua fovea huic scopo prius erat adaptata.

15) Rec. *Succi Rapar*. Unc. 3.
Butyr. recent. Unc. 1.

Mixta, coquant. ad humiditat. consumtionem, refrigeratis adde
Petrolei.
Olei Camph. butyrac. ana Drachm. 1.

Misce ad Unguenti consistent: sed caute ob vim ejus facile arrodentem. *Sign*.

Vel Rec. *Olei Lini*,
Butyr. *recent*. ana Unc. 1.
Balsam Sulphur. Drachm. 2.

Misce ad Unguent. consistent. *Sign*.

Vel Rec. *Unguent. alb. camphorat*.
Olei Ceræ,



Axung. Castor. s. *Cervin.* ana Drachma 1.

Misce.

Oleum Ceræ vel. *Camphor. butyr.* sine ullo alio additamento conducunt eximie in *pernionibus*, in loco externo male affecto, acriora hinc discutientia levius hic possunt adplicari.

PESTIS.

1) In *Peste*, *Bubonibus* & *carbunculis* simul junctis, profuere eximie,

Herbæ *Belladonnæ* Gran. 2.

Sachar. Canar. Scrupul. dimid.

ad pulverem trit. bis in die.

Dosis cum

Infuso theiformi *Hederæ terrestr.*

Qua *involvens venenum* & *diaphoreticum* profuit, uti in *hydrophobia.* observat. *Ferro* & *Lange.*

PETECHIÆ,

1) *Petechias* sine *febre dictas* s. *scorbuticas* in pueris aliquoties celeriter dissipavit *Vogler* *Cortice peruv.* cum *Cremore Tartari.*

Rec. *Alcohol. Cortic. Peruvian.* elect. Drachma 6.

Cremor. Tartari Drachm. 2.

Misce fiat pulvis aliquoties in die sumendus.

PHIMOSIS.

1) *Phimosin circumligatam* felicissime sustulit epithematibus frigidis, *Aqua saturnina* paratis,

tis, minime epithematibus emollientibus, plurimum noxiis, *Reichart.*
Uti alii in *phimosi* utuntur injectione e *Lacte calido* & *Croco*; & ad sananda ulcuscula parva interna, *Liquamine Myrrhæ* cum Aqua pluviali bis-terve in die.

PHTHISIS.

1) Rec. *Extract. Taraxac.*
Tartar. Tartaris ana Unc. dimid.
Solv. in *Aqu. Taraxac.* per fermentat. parat. Unc. 8.
Misce detur cochleatim. *Bicker.*


2) In *phthisi* & *ulceribus internis* commendat *Fried. Hofmann*, *Sacharum myrrhatum*,
Rec. Extr. *Myrrh. aquos* Unc. dimid.
Sachar Lactis Unc. 2.
Misce fiat pulvis, pro dosi cochlear paruum.

3) Tabellæ *antiphthisicæ Morton.*
Rec. Pulv. *Cort. peruv.* Unc. 1. & dimid.
Balsam. *Copaiv.* Drachm. 2.
Condit. Citri.
Amygdal. dulc. excortic. ana Drachm. 1. & dimid.
Sachar in *Aqua Rosar.* solut. Unc. 8.
Misce fiant lege artis tabellæ, ponder. singul. Drachm. 2.

4) In *phthisi* - in *tussi phthisica*, uti & in *infantum tussi*, confert Succus radicis *Dauci Carotæ*, in consistentiam mellaginis redactus, & cochleatim sumtus. *Schober.*

5) In *phthisi pulmonali* commendant medici quidam radicem *Senegæ*. s. *Polygalæ* Senegæ, caute tamen ejus usum, ob peculiarem ejus

 vim,

vim & saporem, dum febris urget, pulsusque est durus.

6) Herbam *Hyperici quadranguli* laudat in *phthisi pulmonali*, in decocto vinoso, hoc modo parando:

Rec. Summitat. *Hyperici* Manipul. 1. Coque in *Vini hispanici* Unc. 48. ad tertiæ partis remanentiam; hujus colaturæ Unc. 6. suadet propinari omni mane & vespera, *Hellerius*.

7) *Musci* s. *Lichenis Islandici* Decoctum vel in *lacte* l. in *aqua* eximie jam profuit in *phthisi*, meis uti & variorum practicorum inprimis *Scopoli* & *Schœnheider* observationibus clinicis, qui ita præscribit,

Rec. *Lichen. Islandic.* Unc. 1. coque cum *Aquæ* commun. Unc. 16. ad remanentiam Unc. 12.

adde tum *Syrup. Squillit.* Unc. dimid. cujus Decocti Unc. 1. omni bihorio sumant infirmi.

Quibus Decoctum hoc *diarrhœam* forte excitaret, iis e propinato *Rheo* & emulsione *arabica* brevi cessat.

Ego inquit *Bergius Lichenem* hunc *islandicum* sæpissime infirmis præscripsi, & vidi plures, *phthisi pulmonali* obnoxios, imo & symptomatibus phthiseos vexatos, ex usu pulmenti e Lacte & Lichene hoc temperato parati; de quo Libras 2. quotidie hauserunt, in integrum restitutos, atque etiam pingues factos.

Ita inquit quoque facilis digestionis pulmentum hoc deprehendi, ut etiam *vomitu frequenti*

quenti chronico afflicti, quique alia esculenta rejecerunt, illud retinere potuerint.

Nutrit enim plenarie, brevi impinguit, & satis grate sapit.

Per præviam in *Aqua macerationem* extrahitur, quæ in Lichene inest, *amaritudo*, sicque *vis purgans* evanescit. *Bergius.*

8) *Phthisicorum febrem* imminuit, expectorationem iis promovet usus *Infusi Lichenis islandici*, cum *Aqua* l. lacte l. melle parati, *Wendt* observat; cujus

9) Quoque observat. *Mentha piperitis* vires magis excitat quam *Cortex peruvian.*

10) In *phthisi* - morbis *pectoris* - febre *hectica* commendat, qua eximium resolvens Infusum theiforme foliorum *Tussilaginis* farfaræ, & simul huncce pulverem

e Fol. Tussilagin. Unc. dimid.
Allii longi Drachm. 2.
Sachari quant. suffic. ad gratitudin.

Misce fiat pulvis,

Dosis quotidie ter quaterve Cochlear. 1. Coffee.

Uti & *Folia Tussilaginis*, instar fumi Tabaci s. Nicotianæ adhibita, quæ in *asthmate spasmodico* valde conducunt. *Mellin.*

11) In *phthisi purulenta pulmonum* usum Decocti Herbæ recent. *Digitalis purpureæ* valde proficuum deprehendit *Monro*, vide plura *Hydrops* No. 25.

12) *Wæltge* observat. profuere in *phthisi* exulcerascente Stipites *Solani dulcamar.* in Decocto cum Aceto - Melle s. Sacharo.

13) In *vera phthisi* non tantopere profuere *Fontanella* in dorso, quam in phthisicis - cachecticis - senibus, testimon. *Wintringham.*

14) *Lange* commendat enixe in *phthisi* incipiente, cum *hæmoptysi* quoque juncta per octiduum, mane & ad noctem, pulverem *Fœniculi aquatici* s. *Phellandrii* alpini, ad Drachm. 1. & dimid. cum *Lacte caprino*, qna *discutiens-vulnerarium*, - *balsamicum*.

15) *Morton* in *phthisi* ab *apostematibus* & *ulceribus*, *ulcus* tempestive sanandum esse suadet, mediorum ope externorum & internorum consuetorum.

Aqua Calcis, hocce præparata modo, sit inprimis pro potu ordinario.

Rec. *Rad. Sarsaparill.* incis. Unc. 6.
Uvar. Corint. Libr. dimid.
Infund. in *Aqu. font.* Libr. 12.
Coque ad dimidium, in colatura extingue *Calc. viv.* Libr. dimid. per residentiam depurat. sit pro usu.

16) *Werlholfius* restituit plane filiam suam phthisi plane consumata laborantem,
Balsam. peruv. Drachm. 2. solut. in
Vitell. Ovi No. 1.
Extract. aquos. *Cortic. peruv.* Drachm. 6.
Mell. Rosar. Unc. 3. & dimid.
Mixtis probe dedit eæ omni trihorio Cochlear 1. coffee dictum. *Mellin*.

17) *Læseke* pluries sustulit phthisin & *exulcerationem pulmonum* diuturnam *Cortic.* ope tantum *peruv.* & *Millefol.* in sat larga Dosi, per tempus quoddam continuatum, uti

Haller Cortic. peruv. in lacte subito dedit, si æger multum pus evomeret.

18) *Phthisin* a prægressa *febre intermittente* & *hæmoptysi* ortam, optime semper sustulit *Mead* hocce electuario.

Rec.

Rec. *Cortic. peruvian.* pulverisat. Unc. 1.
Flor. Sulphur. Drachm. 1.
Syrup. Violar. quant. suffic. ad Electuarii Consistent.

Dosis omni hora tertia Cochlear unum cosfee; & *Serum lactis* simul pro potu copioso.

Phthisin consummatam sustulit semper *Mead*, *pulmonum ulcere* jam aperto simul juncto, largo potu *Seri Lactis* & tabularum *Fulleri* ita præparatarum,

Rec. *Pulver. Cortic. peruv.* Unc. 1. & dimid.
Balsam. de *Copaiv.* Drachm. 2.
Conditur. Citri, *Amygdal.* dulc. excortic. ana Drachm. 2.
Sachar. in *Aqua Rosar.* solut. Unc. 8.

Misce fiant lege artis tabellæ, ponder. singul. Drachm. 2.

Dosis Eorum No. 2 - 3. quotidie. *Fuller.*

19) *Michelhauser* suadet inprimis in *phthisi pituitosa*, largum usum *Lichen. islandici*; ejus Unc. 1. ad *Aqu. fontan.* Unc. 16. coctis ad remanent. Unc. 8.

Lacte tum vaccino combinatum hocce Decoctum, alvum tum liberius movet.

2) Rad. *Arnic.* - *Polygal. amar.* *Lign. Quass.* Decoctum cum *Kermes mineral.* - *Serum lactis aluminatum.*

3) *Decoctum Cortic. peruv.* & *Querci* saturatum ana cum *Alumine.* s. *Vitriolo romano*, s. *Spiritu Vitrioli*, & *Limaturam Martis* sub Boli forma.

Quibus *Decoctum Cortic.* peruv. & *Querci* nauseam movet in connubio *Spirit. vitrioli*, iis forma clysmatis, omni quadrihorio applicatum, eundem præstat effectum.

Vapores a *Decocto Cortic. peruv.* & *Querci* cum *Spiritu Vitrioli.* f. *Spiritu Vitrioli dulci* æger halitu excipere quoque poteſt: uti eximium quoque fructum exſerit pulvis *Gummi Elemi-Thuris* cum *Balſamo* Tolutano, ferro candenti injectus.

4) *Stomachica* conducunt *amara* evacuantibus junctis in hocce affectu, uti *Murray* dedit *Decoctum Cortic. peruv.* & *Lign. Quaſſiæ* cum *Tinctura Martis cydoniata*: vel *Elixir acidum Halleri*, - *Elixir Vitrioli Mynſichti*; motu corporis ſufficiente ſimul obſervato.

20) In *phthiſico* affectu, conjunctis ſimul congeſtionibus variis chronicis - pertinacibus ad pectus, palpitationibus cordis, anxietatibus pectoris, aſthmate, multum levaminis præſtitere & auxilium, lavamentum reiteratum Spongiorum ope, immerſorum aquæ frigidæ, vel aquæ frigidæ immiſſa & plane humectata linteamina, f. mantile quadruplicatum pectori impoſitum, quibus in vaſculis ſucceſſive corroboratis affluxus humorum temperatur & a locis derivatur hiſce nobilioribus, conjunctis ſimul pediluviis inprimis in *Aqua calida* temperata; *Act. Hafniens.* & obſervat. *Marx.*

Cui profuit quoque in *hæmoptiſi.* l. *tuſſi* cum ſanguinis excretione uſus *Vitrioli Cærulei* in *Aqua Cinnamomi* ſoluti.

PHTHIRIASIS.

Phthiriaſis eſt morbus pedicularis, cui plerumque obnoxii ſunt pueri. — Abluatur caput cum

cum *lixivio*, in quo coctum fuit *Sem. Staph. agr.* & inungatur cum linimento ſequente.

Rec. *Olei Spic.* Drachm. 2.
Amygdal. dulc. Unc. dimid.
Unguent. Nicotian. Drachm. 6.
Miſce uſui.

Pediculi omnes interibunt ſpatio unius noctis.

Pulvis baccarum Cocculi indici capiti inſperſus certo certius pediculos interimit.

Condrochius millies expertum in puerulis, tradit huncce pulverem etiam in exigua quantitate, cum adipe ſuilla l. pomo cocto, & ſimilibus permiſtum; & capiti appoſitum, egregie pediculos interficere, & felicius quam *Staphidem agriam*, tutiusque quam hydrargyrum. *Ettmüller.*

In adultis, pro *pediculis cancroſis* inguina incolentibus necandis, *Sapo nigra* inuncta, eſt remedium infallibile, nec opus eſt, ut aliud quodcunque exquiramus.

Turner Lac ſublimat. proponit, medicamentum vero eſt non adeo tutum genitalibus uſurpandum. *Ettmüller.* — *Allen.*

PLEURITIS.

1) Attenuans, tenacia nimis *ſputa critica* promovens, in *pleuritide* ſuadet linctum huncce, *Bicker.*

Rec. *Sulphur. aurat. Antimon.* Gran. 3.
Oxym. Squill. Unc. 2.
Miſce fiat Linctus.

Doſis, parvum Cochleare detur per vices.

2) In *Pleuritide* radicem *Senegæ* ſ. *Polygalæ* Senegæ commendant medici quidam, caute tamen

tamen ejus usum, ob peculiarem saporem, dum febris urget, pulsusque est durus.

3) *Cataplasma-antipleuriticum-discutiens*, *Sigw.*

Rec. *Cremor. avenæ.* Unc. 3.
Flor. Chamomill.
Sem. Lini. ana Drachm. 3. Misce.

Coquantur in *Lact. vaccin.* qu. suffic. ad consistentiamcataplasmatis antispasmodici, cui addend. *Camphor.* Unc. dimid. in *Spiritu Vini* dissolut.

Emplastrum antipleuriticum resolvens discutiens Sigw.

Rec. *Emplastr. Saponat. Barbett.* Unc. 1.
Croc. — *Camphor.*
Olei Tartar fœtid. vel
Balsam. Sulphur. ana Scrupul. 2.

Misce pro Emplastro, mollioris consistentiæ.

Emplastrum vesicatorium ordinarium officinale, loco dolenti in *pleuritide*-in *peripneumonia* applicatum, uti in aliis affectibus dolorificis, egregium exhibet remedium *discutiens-resolvens*, si inprimis miscetur alio Emplastro discutiente resolvente e. g.

Rec. *Emplastr.* de *Melilot.* Unc. dimid.
Pulver. *Cantharid.* Drachm. 1 & dimid.
vel *Emplastr.* ordinar. *officinal.* *vesicator.* Drachm. 2.

PODAGRA.

1) *Cheyne* credit *Sulphur vivum* præservare podagra jam semel affectos, a retrocurrentibus doloribus, & affectibus podagricis, hinc suasit optimo semper cum effectu *Flor. Sulphur.*

phur. omni mane Cochlear 1. in lacte.
Mellin.

2) Celebr. botanicus Grenoblenſis, *Liotan* a podagra ſe ſubito liberavit, optimo cum effectu, dum 3. dies ante initium, & 3. dies ante finem novilunii, jejune, corticem *radic. Allii* comederet, ſuperbibendo ſimul vitrum Aquæ puræ.

3) Viro cuidam podagrico, qui afficiebatur ſubito podagra retrograda, ad inteſtina-caput-aures, applicabat proſperrimo cum effectu medicus quidam in Anglia, ad genu & pedes, frictiones fortes-reiteratas, linteorum ope lanuginoſorum, (*Flanell* dictorum,) humectatorum *Spiritu Salis Ammoniac.*
Calefaciebat genu ſæpius calefactorum ope laterculorum, (backſteinen,) & interne aliquoties in die *Spiritum Vini* aqua dilutum, cum Opii, granis quibuſdam, quibus mediis podagra retrocedebat ad pedes quam exoptatiſſime.

4) *Hirudines* uti *veſicatoria*, applicati immediate loco dolenti, & inflammato, podagricis jam levamen ſubitaneum præſtitere, & tam doloris quam tumoris imminutionem, quamplurimorum medicorum obſervationibus & recentioris & antiquioris ævi, inter quos referri inprimis meretur *Cæl. Aurelianus*, (qui hirudines loco dolenti applicare jam ſuaſit, & tamdiu, uſque dum dolor ceſſavit, & ad eo majorem efficaciam hirudinum uſu podagricis producendam, applicare antea juſſit loco dolenti, *Sinapis-Calcis vivæ-Sulphur. viv.* ana partes æquales, ad pulticulam cum *Oleo Olivarum* redactas:) uti

&



& e recentioribus, inter plurimos alios *Reichart*.

Qui mentionem quoque facit viri cujusdam 70. anorum *podagra* & *calculi* simul laborante, miserrime & insigni tumore pollicis pedis affecto, uti & pedis anterioris inflammatione, cum subsequentibus ulcusculis, materiam quandam calcaream excernentibus, exceptis doloribus atrocissimis, sævientibus podagricis, huic optimum & subitaneum præstitit levamen *Linimentum* e *Mucilagine Cydoniorum*, pauco quidem *Oleo* dulci *Amygdalarum* commixto, multo vero *Laudan. liquid. Sydenhami*. Varia vero media interna alias consueta per sat longum tempus adhibita liberabant eum a podagrico ejus statu, uti & a calculoso.

5) *Podagra retrograda* in ventriculum laboranti feminæ, cum hystericis quoque variis affectibus, & præcordiorum anxietatibus profuit quam maxime & subito Bolus e *Zinnabar. Antimon.* & *Zinnabar. ordinar.* ana Gran. 15. — *Moschi* elect Gran. 14. *Syrup. balsamic.* quant suffic. ut fiat *Bolus*, cujus dimidiam partem sumsit ægra, cum vitro *Aquavit* - dicto, & alteram dimidiam partem post sex horarum spatium, & tum omni quadrihorio, usque dum somnus & sudor aderant.

Aegra hæc adhibuit tum multo cum fructu *Julepum* Unc. 8. in quo *Moschi* Gran. 12. commixti erant. v. *Strasburger* Samlungen. auserlesener Abhandlungen.

Qui communicant quoque observationes varias, quibus *Balnea Lactis tepidæ*, *floribus Sambu-*

xi coctæ, in podagræ vehementissimo gradu levamen præstitere subitaneum, membra ista totum immissa, uti & balnea hæc lactea in forma stillicidii loco dolenti applicata; quibus paroxysmi hi tam valde dolentes subito cessarunt.

Commemorant quoque casus quosdam, quibus variis podagricis solamen subitaneum præstitit in atrocissimis *doloribus podagræ*, *onagræ* & *gonagræ*, uti & *chiragræ* simul affectis, usus *Raparum* consuetarum *albarum*, frictione comminutarum, in sat larga dosi applicatarum, ad 2. pollicum fere altitudinem, *Cannabis filis* prius obductorum, ut humidum eo diutius retineant, semper vero novis recentibus commutatis, ante priorum plenariam siccescentiam.

6) In *podagricis* variis affectibus pilulæ hæ insignem jam præstitere efficaciam, observat. *Febure* & *Exter.*


Rec. *Antimon. alcoholisat.* Gran. 6.
Sapon. Venet. Gran. 12.
Kerm. mineral. Gran 12.

Misce, fiant pilulæ Gran. 2.

Dosis. Eorum No. 2. quavis vice, & bisterve in die.

7) *Folia Fraxini* arboris in mense Octobris collecta, in umbra siccata; Eorum No. 5. cum Unc. 6. *Aquæ commun.* bullient. leviter cocta, & infusum istud theiforme *Sacharo* l. *Syrupo Papaver.* edulcorat mane jejune sumtum, observata simul quotidie motione corporis congrua permultum jam præstitit variis podagricis, eosque per plurium annorum seriem liberatos servavit a quovis podagræ recursu.

8)



8) Podagra varie affectis majus jam solamen præstitit usus per quoddam tempus continuatus; solutionis Gummi *Guajaci* in *Spiritu Nitri dulci*, præmissis congruis mediis resolventibus & educentibus, quam *Taffia'*, tam ubique introducta & tam vulgaris, quæ majorem æstum variis jam produxit podagricis, quam Spiritus Nitri cum Gumm. Guajac. qui magis temperantem & resolventem, exserit vim, quam exæstuantem.

9) Medicus quidam Parisiensis usus est pluries multo cum fructu radicibus parvis, *Sambuci Ebuli* dicti, discissis in frustula, coctis dein per bihorium in vini fecibus. Refrigerato huic decocto immittere jussit linteamina hæc, ita humectata, frigide applicare jussit loco dolenti podagrico, mane & ad vesperam.

Uti variis commendavit quoque podagricis folia recentia *Arctium Lappæ*. s. *Bardanæ*, omni bihorio recentibus commutata; si siccescere cupiebat in loco dolentè, in aqua tum prius frigida erant emollienda, quo dolores non tantum mitigabantur, sed inflammatio quoque subito sine noxa dissipata erat.

Decoctum aquosum radicis *Bardanæ*, per quoddam tempus simul in copia sumtum, a podagricis, semper permultum quoque profuit.

POLYPUS.

1) Juvenis 18. annorum, variis verrucis sæpius in facie & manibus affectus, vehementem acquirebat inopinato *hæmorrhagiam nari-*

narium, quo mox dein sese manifestabat in orificio sinistro narium *polypus* valde *mollis*, in initio vix dein vero avellanæ nucis, magnitudinem superantem, a quovis levi contactu hæmorrhagiam producentem, scopo derivante adhibuit subito cum fructu *Salis amari* Unc. 2. & Mixturam ex *Aqua pura - Acido Vitrioli - Cortic. peruv.* - & *Extract. Cicutæ*; quale extractum insignem præstat usum in acrimonia polyporum & verrucarum sese manifestante.

Polypus narium per injectionem, omni bihorio per diem humectabatur *Aqua Vulneraria Theden*, quo in spatio octo dierum polypus acquirebat insignem imminutionem, ratione magnitudinis, duritiem pyriformem, nec ulla amplius hæmorrhagia ab attactu succedebat, laquei ope f. tenticulæ, e quatuor filis linteis constructæ, ad radicem polypi adplicatæ, constringebat ejus ope polypum leviter tantum, pro ratione doloris, in initio quidem, reliquis vero vicibus tam fortiter constringebat, ut die sexto exciderет plane polypus e cavitate narium, instar avellanæ nucis, cum perpauca sanguinis effusione.

Locus excrescentiæ polypi, *Aqua vulneraria Theden* accurate quotidie humectabatur, hocque modo plenarie in pauco temporis spatio restituebatur testimonio *Mohrenheim*.

2) Post polypi extirpationem ad locum affectum sanandum commendat *Lobstein*.

Rec. *Cortic. Peruv.* Unc. 1.
Coque cum *Aquæ Calc.* Unc. 6.
Colatur. Unc. 4. adde

Aqua

Aquæ vulnerar. Theden Unc. dimid.
Liquamin. Pomor. Drachm. 6.
Misce.

Si *caries* adest, addetur *Asæ fœtid*. Drachm. 1.

Et ad purificantem injectionem applicandam, tam ulceribus putridis, quam polypis, & locis a polypis vacuis, a polypis deligatione decisis, suadet hancce injectionem.

Rec. Cortic. Peruv Unc. dimid.
Herb. *Salviæ* Manipul. 1.
Colatur. Unc. 8. adde
Mellis. rosa. Unc dimid
Liquamen. Myrrhæ Drachm. 6.
Olei Caryophillor. Drachm. dimid.
Misce, fiat Injectio.

POTIONES ET PTISANÆ.

1) *Potio antiphlogistica*,
Rec. *Sal. mirabil. Glauber*. Unc. dimid.
Nitr. depur. Drachm. 1.
Succ. Citr. rec. expr. Drachm. 6.
Aqu. Meliss. s. vin. Unc. 4.
Syrup. Acetositat Citr. Unc. dimid.
Misce, sumetur omni trihorio cochleat. Bicker.

2) *Linctus* suavis in potu ordinario e. g. in Decocto hordei.
Rec. *Spirit. Vitrioli*. Unc. dimid.
Syrup. Rhabarb. Unc. 3. Misce. *Bicker*.

3) *Potio antiphlogistica* in *febribus acutis* & malignis-acutis-putridis, uti & *inflammatoriis*. *Mellin*.
Rec. *Aqu. Commun*. Mensur. 2.
Acet. Vini Unc. 1-2.

Spirit.

Spirit. Vitriol. Gutt 20. & ultra. Misce fiat potio.

4) *Potio reconvalescentium* & languentium reficiens - caute tamen adhibenda.

Rec. Decoct. *Hordei* Unc. 18.
Vini boni Unc. 6.
Aqu. *Cinnamom.* Unc. 1.
Sachar. puri. Drachm. 6. Misce fiat potio.

5) *Potio antiseptica Hautesierk.*


Rec. *Cort. peruv.* pulveris.
Rad. *Serpentar. virgin.* ana Drachm. 3.
Coque in *Aquæ fontan.* Unc. 12. ad Unc. 8. sub finem adde.
Flor. *Chamom. roman.* Drachm 1.
Colaturæ adde *Spirit. Nitri dulc.* Drachm. dimid.
Aqu. Cinnamom. vinos.
Syrup. Limon. ana Unc. 1.
Misce fiat potio.

6) *Potio*, quam in *febribus putridis* - ardentibus - *exanthematicis*, *variolis* - *morbillis* - *scarlatina* & aliis morbis exanthematicis, *Rosen.* & *Tissot* commendant.

Rec. *Syrup. Violar.* Unc. 6.
Spirit. Vitriol. Unc. 1.
Misce. *Dosis* Cochlear 1. in Aquæ horde l. commun. quantit. sufficient.

7) Rec. *Hord.* mund. Unc. 2.
Cremor. Tartar. Drachm. 2. l. Unc. dimid.
Coque in *Aqu. fontan.* quantit suffic. Colatura detur vasculatim, pro *potu ordinario* in *febribus acutis* & *putridis*, *Mellin.*

8) *Potio emetico - cathartica.*

Rec. *Tartar. Emetic.* Gran. 4. ſolve in
Aquæ fontan. Unc. 3. & ½ adde
Sal. amari Seydſchüz vel *Sedlic.* Drachm. 2.
Mellis puri Unc. dimid.
Miſce. *Pharmac. paup. Pragens.*


9) *Potionem laxantem*, nulla tormina producentem, e foliis *Sennæ* commendat *Bergius*; ſi Infuſum paretur ex *Aqua* bulliente, quant. ſuffic. & fol. *Sennæ* Unc. 1½.
Colatura Unc. 12.
Sique id *Succo Citri* acidulum fiat, & *Mannæ* ſelect. Unc. 3. addantur, atque *Syrupus* gratus e. g. *Rubi idæi*, ſaporis gratia adjiciatur; acquiritur tunc *potio laxans* grata & efficax, tormina vix excitans, unde Uncia 1. alterave quavis bihorio ſumi poterit, uſque dum effectus ſecutus fuerit.

10) Radicem *Scorzoneræ* in *Febribus* commendat *Fehr* ſub forma *Decocti malis citreis* acidulati; vel *Ptiſana* parat. e *Hordeo* mundato; — Radic. *Scorzoneræ* & *Acetoſæ*, cum *Syrupo Limonum* — & *Aceto* roſaceo. *Bergius.*

11) *Potus antifebrilis Anglorum.*
Rec. Pulver. *Cremor. Tartar.* Drachm. 2.
Aqu. fervid. Unc. 18.
Cortic. exterior. *Limon.* Drachm. 3.
Sachar. alb. quant. ſuffic.
Miſce, pro potu ordinario in copia bibendo, ad æſtum febrilem mitigandum.

12) *Ptiſana reſolvens & diluens Bicker.*
Rec. Rad. *Taraxac.* — *Cichor.*
Gramin. — *Saponar.* ana Unc. 1.
Sem. Fœnicul. — *Anis.* ana Drachm. 1.
Conc. Cont. Miſce fiant Species pro ptiſana.

13)



13) *Potus paregoricus Nosocomii universalis Viennæ*,

Rec. *Opii puri.* Gran. 1.
Solve in *Decocto. ordinario* Unc. 4. adde *Mellis* pur. Unc. dimid. Detur usui.

14) *Potio analeptica castrensis* Theden.

Rec. *Elæosach - Cinnamom.* Unc. dimid.
Aquæ Cerasor. nigror. Unc. 8.
Syrup. e toto Citr. Unc. 1.
Spirit. Nitr. dulc. Drachm. 2.
Misce. *Dosis* Cochlear 1 - 2. quavis vice.

15) Potio *temperans castrensis Theden.*

Rec. *Aquæ fontan.* Libr. 1.
Aceti Vini.
Nitr. depur. ana Unc. dimid.
Oxymell. Squillit. Unc. 1.
Misce.

16) *Potio s. Ptisana Tissot* in *catarrho - tussi - raucedine - variolis - vulneribus* præcipue conveniens.

Rec. *Flor Sambuc.* Manipul. 1.
Mellis. Unc. 2.
Acet. Vini Unc. 1. & dimid.
Mixtis affunde *Aqu. fontan. fervent.* Libr. 1. l. Mensur. 1. agita probe ad solutionem mellis, si frigidum filtretur ad potum vasculatim adhibendum.
In plethora accedente addi potest *Nitri.* depur. Drachm. 1.

17) *Potio Riveriana*,

Est remedium aquosum, multo aëre scatens.
Paratur e *Succo Citri* & *Lapidib. Cancror.* vel
Acetum cum *Sale Tartari*; l. *Succus Citri* cum *Sale Absynth.*

Magni ſemper uſus, ubi *pertinax* adeſt *vomitus.*

Prodeſt in *vomitu hyſterico*, aliam nervis diſpoſitionem inducendo, in billioſis, ubi materies acris adeſt, ventriculum vellicans, conatus ad vomitum frequentes excitat: agit etiam qua Sal medium, alvum ſollicitando eg.

Rec. *Spirit. Vitrioli* Drachm. 1 - 2.
Aquæ deſtillat. ſimplic. Unc. 5. ſignetur A.

Rec. *Sal. Tartari.* Drachm. 1 - 2.
Aquæ deſtillat. ſimplic. Unc. 5. ſignet. B.

Sumat æger 1. Cochlear ex A. & dein ſtatim deſuper ex B. *Stoll.*

PROLAPSUS UTERI.

1) *Prolapſus uteri* feliciſſime jam pluries ſublatus eſt *Spongiæ* ope, immerſæ in *Aqua vegeto - minerali* - camphorata - frigida.

Rec. *Extract. Saturn.* Unc. 1.
Aqu. fontan. Unc. 8.
Spirit. Vin. Camphorat. Unc. 1.
Miſce.

Pro conditione partium nimis relaxatarum in hoc prolapſu, addi poſſunt.
Sachar. Saturn. Scrupul. 2.

Rei

2) *Sydenhami* curatio in *procidentia uteri.*

Rec. *Cortic. Querc.* Unc. 2.
Coqu. in *Aqu. fontan.* Libr. 3. ad 4.
Sub. finem addendo *Cortic. Granator.* contus. Unc. 1.
Ros. Rubr.
Flor. Granator. ana Manipul. 2.
Dein adde *Vini rubr.* Libr. dimid.
Miſce fiat Fotus.

Qui

Qui cum pannis laneis, parti affectæ admoveatur mane, horis duabus, antequam e lecto assurgit æger, & in nocte post decubitum, donec symptomata penitus evanuerint. *Allen.*

3) Ad *prolapsum ani* profuerunt jam pluries eximie epithemata ex *Aqua frigida* parata, & Decoctum saturatum *Cortic. Quercuum*, quod nullum putridum statum in loco affecto admittit. *Re.*

4) In *prolapsu uteri*, a debilitate plerumque partium genitalium, cum *gonorrhœa* orto, magnam semper opem præstitere Balnea ex *Aqua frigida* parata, per 4. hebdomades continuata, uti & injectiones *Aquæ frigidæ* in uterum, juncto simul pessariorum usu continuo.

Interne vero *Succi* plantarum amararum, & *Cortex peruv.* observat. *Krebs.*

PROLAPSUS ANI.

1) Rec. *Opopanac.* — *Sagapen.* ana Unc. 1.
Malaxentur cum
Oleo Chamom. quant. suffic. ad Emplastri formam.

Adplicatur in forma triangulari, qua eximium tonicum, si repositio antea congrue facta est. *Sigw.*

2) *Prolapsum ani* removit jam pluries Decocti ope saturati *Cortic. Querc.* tam qua *Clysma*, quam qua *Fomentatio* adplicati. *Fordice.*

3) *Plenck* commendat ad *prolapsum Uteri - Vaginæ - Ani - Alumin. Crud.* cum *Albumin. Ovi* - Aqua Rosar. dilut. prolapsi partæ applicand.

PUERPERARUM AFFECTUS.

1) *Dolores spurios - spasticos* puerperarum eximie *lenit* usus hujusce remedii, & veros dolores ad partum promovet.

Rec. *Laudan. liquid. Sydenham.* Drachm. ½ - 1.
Extr. *Cortic. peruv.* Drachm. 1 - 1 ½.
Aquæ *Menth. piperitid.* vel
— *Chamomill.* anisat. Unc. 2.
Misce. Detur omni bihorio Cochlear. 1 - 2.
vel Aqua Menth. - Chamom. ana Unc. 2.
Cinnamom Unc. dimid.
Laud. liquid. Sydenham. Gutt. 10.
Misce omni ¼ hora 2. Cochlearia. *Re.*

2) *Inunctio abdominis* cum *Oleo Chamomillæ* - ditioribus l. Nucis moschati subito post partum, reiteratis vicibus suscepta, eximium jam effectum exseruit, ratione tumoris abdominis & dolorum spurior. post partum.

Pari modo prosunt eximie *Epithemata* abdomini applicata, ex *Aceto vini* calefacto, l. *Lacte* l. ex Aqua commun. calefacta simplici l. in qua *Species cephalicæ* cum *Aceto Vini* ad Decoctum præparatæ sunt, hocque modo qua *Epithema* applicatæ, loco alias consueto modo, male quidem, sæpius introductarum epithematum e *Vino* calido.

3) *Partum promoventia* inserviunt sæpe *Emetica* fortiora; (in nausea inprimis & vomituritionibus,) solutio *Tartari* in *Aqua* communi: *Alvus* iis optime simul aperta servanda est, usu *Rhabarbar.* - *Mannæ*, - *Cremor. Tartar* - *Terr. foliat.* Tartar. cum Fol. *Sen.* *Pulp. Tamarindor.* *Uden.*

Usi

Uti alii cum fructu utuntur *Borac.* & *Essent.* s. *Tinctur. Cinnamom.*

4) *Van Swieten* suasit statim in primis horis puerperis *Opium*, & die decima *laxans Mannatum* cum *Sale polychrest.* & *Succo Citri.*

5) Si *placenta uterina* non spontaneo secedit, tum epithemata, ex *Aqua frigida* parata, magnam præstitere semper opem. *Re.*

6) *Puerperarum dolores* spurios vehementes post partum pluries removit *Opii* ope, in sat larga dosi ad Grana 10. in die, - in minori enim dosi dolores augentur. *Mursinna.*

7) *Puerperarum febres putridas* removit quamplurimum Radice *Ipecacuanh.* - Epithematibus frigidis abdomini applicatis, calidis vero mammis impositis. *Mursinna.*

Qui *Cardialgiam* & *Spasmos ventriculi* in puerperis æque bene sustulit pulveris ope *Rhabarb.* - *Opii* - *Camphor*: - nullis vero Unguentis antispasmodicis in *spasmo* a subitaneo refrigerio; alias in spasmo ventriculi pertinaci - etiam venerei quid latente, & omnibus alias frustra adhibitis remediis, profuere ei quam optime, & subitaneum levamen edidere epithemata frigida, ventriculi regioni applicata. *Mursinna.*

8) *Partus varios* eximie jam promovit.

Rec. *Borac.* Drachm. dimid.
Cremor. Tartar. Drachm. 2.
Aquæ fontan. Libr. 2.
Liquor. anod. min. Hofm. Unc. 6.
— *Syrup. Chamom.* Unc. 1.

Misce. omni dimidia hora Cochlear. 2 - 3.

9) In *dystocia* s. *partu difficili* honoratioribus confert.

Rec. *Axung. Anserin.*
Aqua Rosar. lotæ.
Mucilagin. Altheæ.
Olei Amygdal. dulc. ana Unc. 1.
Ceræ flavæ. Drachm. 2.

Misce, coque ad humiditat. consumtionem, & *Unguent.* formam.

Qua *leniens-emolliens* abdomini applicatum gravidæ, in partu difficili conveniens, cui *Oleum destillatum* carminativum potest addi, quo disponuntur & excitantur magis partes ad partum leviorem. *Sigw.*

10) Pulvis *partum* & *secundinas* pellens, *Sigw.*

Rec. *Olei* destill. *Cinnamom.* Gutt. 2-3.
Sachar. Canariens. Drachm. 1.

Vel Rec. *Borac. Venet.*
Myrh. elect. ana Scrupul. 1.
Balsam. vitæ Hofman. cum pauxill.
Sachar. canar. except. Gutt. 5.

Misce pro dos. 2.

Vel Rec. *Myrrh.* elect. Scrupul. 1.
Sal. volatil. Succin. Scrupul. dimid.
Olei destill. *Cinnamom.* Gutt. 2.

Misce.

PULMONUM

1) *Infarctibus*, uti *asthmati humido*, pulverem e foliis *Marrubii albi* recentibus adhibendum, & omnibus remediis aliis præferendum, ob vim ejus eximiam, humores viscidos solventem, censet, *Lange*, *Bergius.*

PUR-

PURGANS.

1) *Oleum Palmæ liquidum*, genuinum e seminibus *Ricini vulgaris*, qua *purgans tutum* commendat *Fraser*, in doloribus *ventris*, & affectionibus *renum*, Cochlear 1. singulis horis, etiam infantibus, dosi videlicet conveniente, vel adultis ab Unc. ½ - 1. & Drachma. 1 - 2. infantibus, cum per se, tum in forma emulsionis.

In gratiam eorum, quibus Oleum non arrisit, illud cum mucilagine *Gummi arabici*, *Vitelli ovi*, in emulsionem redigi potest. *Bergius.*

2) Qua *alterans - purgans*, in corporibus præcipue languidis & pituitosis commendat *Tincturam Colocynthidis Dalberg.* - paratam e

Pulpæ Colocynthidis Unc. 1. dimid.
Sem. *Anisi stellat.* Drachm. 1. - &
Spirit. Vini gallic Unc. 20.

de qua Guttas 15. propinat ter - quater de die, augendo dosin ad Guttam 1. quavis vice, usque dum alvus solvatur.

Hacce *Tinctura cephalalgias - dentium dolores* sustulit *Dalberg.*

3) *Pulvis purgans* Nosocomii Pazmaniani Viennæ.

Rec. Pulv. *Rhabarb.* Drachm. dimid.
Scammon. Gran. 8.
Sal. polychr. Seign. Gran. 10.
Olei destillat. Fœnicul. Gutt. 1.
Misce.

4) *Purgans - laxans* fortiter - & *resolvens* simul in morbis *chronicis*, in *alvi obstructionibus* pertinacibus, si febris nulla inprimis adest.

 Rec.

Rec. *Resin. Jalapp.*
Mercur. dulc.
Sapon. Venet. ana Unc. dimid.
Misce fiant pilulæ ponder. Gran. 2. cum *Essent. Rhabarbar.* quant. suffic.
Dosis, Eorum No. 9-10. mane una vice.

RABIES CANINA.

1) *Rabies canina* ad *Desault* methodum, a Jesuita *Claudius Choiseul* correctam, ita tractatur.
Rec. *Mercurii* depur. Unc. 1.
Terebinthin. venet. Drachm. 2.
Misce, contunde donec fixetur Mercurius,
Adde *Axung. porcin.* Unc. 3.
Misce fiat Unguentum, quotidie vulneri applicandum.
Tum pilularum sequentium Drachm. 1. sequenti die ægro porrigenda est.
Rec. *Mercur. viv.* Drachm. 3.
Terebinthin. venet. Drachm. 1.
Rad. Rhabarb. pulveris.
Colocynthid.
Gumm. Guttæ ana Drachm. 2.
Misce fiat cum *Melle* quant. suffic.
Pilulæ Gran. 1. *Dosis* Drachm. 1. in die secundo, die tertio dantur tantum pilulæ Gran. 15. & ita continuantur per 10. dies pilulæ, & in fine semel Drachm. 1. & tum non ulterius. *Mellin.*
Quibus hæ pilulæ nimis vehementer & fortius aluum irritant, iis magis conducit massa leniter efficiens, e *Mercurio - Rhabarb.* - & Radic. *Jalapp.* parata.

Des-

Dessault ſuadet Unguentum hocce illinendi *vulneri*, & ſimul combinandi purgationem die ſecundo, pilulis hiſce ad Drachm. 1.

Die tertio inunctio Unguento eodem iterum eſt ſuſcipienda; & die ſequenti pilulæ ad Gran. 15.

Hocque modo continuatur ultima portio per 10. dies, & in fine porriguntur ſemel adhuc pilular. Drachm. 1. quo dein curatio abſoluta eſt.

Infantes purgari poſſunt *Syrup. Rhaburb.* omni ſecundo l. tertio die.

Brooks contendit hacce methodo pluſquam 300. ægros feliciter reſtitutos eſſe. *Mellin.*

Tiſſot commendat inprimis tam ad præſervandam, quam ad ſanandam *hydrophobiam* a morſu canis rabidi, etiam remedia *Mercurialia*; omnes læſas & vulneratas a morſu partes exſcindendas eſſe credit.


Vulnus diu *Aqua Salina* tepida eluendum eſt, & dein quotidie *Unguento Mercuriali* illinendum eſt, quod continet Unc. 2. *Adipis Suill.*

Cæterum Choiſeul ſuadet Unguentum conveniens, & bis in die applicandum (e. g. *Unguent. Baſiliconis*,) ad ſuppurationem promovendam, quæ omnia præſervationis cauſa conducunt.

Si vero *rabies* canina plenarie adeſt, tum pro conditione morbi applicandæ ſunt *Venæ Sectiones*, *Balnea tepida*, *Clyſmata* emollientia, ad vomitum, *Ipecacuanh.* radix eligenda eſt.

Vulnus aperiendum eſt reiterato, & Unguentum mercuriale quotidie bis infricandum.

Mem-

Membrum totum *Oleo Olivarum*, (qua præcipuo antidoto, etiam testimonio *Vater*,) probe est inungendum, & involvendum laminis laneis, oleo probe saturatis.

Internum quoque usum *Mercurii*, ad Gran. 15. quamvis dosin, & bolum huncce, qui ad vesperam cum Grano 1. *Opii* commiscendus est, anteponit *Tissot* aliis remediis consuetis, in hocce affectu summe laudatis.

Rec. Rad. *Serpentar. virgin.* Drachm. 1.
Camphor.
Asæ foetid. ana Gran 10.
Roob. Sambuc. quant. suffic.
Misce fiat *Bolus*

Ad restituendam plenariam sanitatem confert quoque *Cortex peruvian.* quotidie ter ad Drachmam dimid. *Tissot*, *Mellin.*

2) Variæ aliæ quoque exstant curationes, & remedia ad rabiem caninam summopere commendata. — *Werlhof* commendabat quotidie per 6. hebdomades Gran. 1. Pulver. *Cantharid.* cum Gran & ½ *Mercur. dulcis*, & Gran dimid. *Turpethi mineral.* & *Camphor.* Gran. 10. cum mucilagine *Gummi Tragacant* ad formam pilularem redactum; vulnus scarificare, & Unguentum mercuriale infricare. *Les cames* commendat *Camphoram.*

Kramer utitur *Decocto Cantharidum* in *Aceto Vini*, & in loco affecto scarificatione.

Schmukeri methodus hocce peragitur modo. Partem affectam scarificat valde quidem profunde, inspergit vulneri tum cantharides, & pertractat cæterum uti ulcus.

In-

Interne commendat quotidie ter - quaterve Drachm. dimid. *Nitri* cum *Camphor.* Gran. 2. cum potu ſimul juncto mucilagin. avenæ, & laxante mercuriali abſolvit dein totam curam.

3) *Sennertus* priſcis jam temporibus, uti in noſtris recentioribus temporibus, jam commendavit *Scarabæorum majalium* in melle enecatorum ſuccum. *Mellin.*

Tempore vernali colliguntur ad præſcriptionem recentiorum quorundam medicorum Scarabæi majales, *Meloe* dicti, (Mayenkaefer,) in vaſculo figulino, infunduntur *Melle* fervente, & reponuntur loco temperato, non vero humido.

Aegris iſtis morſu canis rabidi vulneratis, & rabie canina laborantibus porriguntur die primo eorum 9. die ſecundo eorum 8. die tertio 7. die quarto 6. & ita continuatur horum ſcarabaeorum doſis, minuendo eam ad unum quavis die, uſque dum Scarabaeus tantum unicus ultimo pro die eſt ſumendus. v. *Hanöveriſche Magazin.*

4) E recentioribns anteponunt quidam uſum Radicis *Belladonnæ*, ſ. *Atropæ Belladonnæ*, (ad *Münch* quoque tam eximiis obſervationibus,) colligendae in fine menſis Junii ſ. in initio menſis Julii, & in umbra ſiccatae dein pulveriſandae pro uſu, in laeſione ab animali rabido, & *rabie canina* afflictis.

Adulto homini hujus pulveris *Radic. Belladonnæ* ſufficiunt Gran. 14 - 15.

Infanti 6. annorum Grana 5. - & infanti 4. annorum Grana 3 - 4. mane ſemper l. cum Aqua, l. cum Cereviſia calida.

Symp.

Symptomata, quae *ſuccedunt ab uſu* Radic. *Belladonnæ*, ſunt inprimis *ſiccitas faucium*, capitis temulentia quaedam, ſaepius ad gradum phantaſiae, occurrens per tempus tantum quoddam, ſimulac oris ſiccitas occurrit, tum ſubito largus potus *Aquæ frigidæ* confert; caeterum curandum eſt ne iſti aegri nimium dormiant.

Quo modo omnis noxa forte ab uſu l. radicis l. foliorum *Belladonnæ* metuenda avertitur ſemper, uti remanens quaedam debilitas, & apparens virium proſtratio ſucceſſive ceſſans

Potu lactis frigidæ ſufficienti poſſunt ſæpius quoque omnes hæ averti moleſtiæ, etiam *Aceti* cochlearib. quibusdam, obſervata ſimul ſufficiente, & congrua primarum viarum a biliosa ſorditie evacuatione.

In ſat larga doſi conducit quoque Rad. *Belladonnæ*, orta jam quoque *hydrophobia*, in boli forma cum *Syrupo mucoſo*, uti & *Balnea* calida, ac *Clysmata* emollientia, frictio *Oleo Olivarum* in loco læſo, ac in vicinia.

Münch ſpecificam quandam vim expertus eſt pluries, contra hydrophobiam-rabiem caninam- ab hac herba venenoſa.

In hoc affectu nervi ſunt valide irritati, hinc varii omni opera ſtuduerunt, nervos ad impreſſionem veneni debilitandi, ſ. acre venenum involvendi, l. ſpecificum enervandi, l. ſubito eliminandi e corpore.

Scarificatio ſubito poſt læſionem, poſt vulnus ab animali rabido inflictum, non omnibus confert, minime delicatis perſonis-& valde ſenſi-

ſenſibilibus, uti inſperſio quoque pulver. Cantharidum, - quibus magis conducunt *diaphoretica.* Vim hancce inprimis exſerit *Belladonna* - cum vi ſimul nervos irritatos leniendi, & ſpasmos mitigandi.

Quo citius uſus hujus plantæ ſuſcipitur, eo majorem fructum ſemper expertus eſt *Münch*, & quidem ſemper ad noctem.

Quo major doſis, eo meliorem effectum vidit, quam minore, quæ malum ſæpius auxit. — Tres doſes ei ſufficiebant ad plenarie præcavendam hydrophobiam.


Infanti 1. anni dedit Gran. 1. & tum Gran. 1. & ½. Adultis ætatis 17 - 50. pro prima doſi dedit Grana 10. - ſecunda vice Grana 12. - tertia vice Grana 13 - 14. & tum doſin imminuebat quavis vice circa 1 - 2. Grana, ab una doſi ad alteram obſervavit ſemper interſtitium 48. horarum, in robuſtis quoque perſonis. *Münch.*

Brutis ita læſis ab animali rabido, & *rabie canina* affectis, conducunt *Radicis Belladonnæ* Grana 15 - 17. quæ ſeparatim vero ſervanda, nec in ſpatio 12 - 15. horarum iis confert, vel cibus vel potus.

5) *Thieſen Acetum* cum butyro ad Cochlearia 2 - 4. quavis vice reiteratis vicibus propinavit, & *externe Acetum Cereviſiæ* calidum, cum *Butyro* vulneri applicatum.

Uti D. *Leonisky* in *Padua* quamplurimis *rabie canina* laborantibus, in ejus noſocomio, optimo cum effectu ter in die mane, meridie & ad veſperam Libr. 1. *Aceti boni vini* abſolvere juſſit.

6)



6) *Cothenius* varios restituit a *rabie canina Rasuræ Cupri* Gran. quibusdam, in pane butyraceo per tres dies.

7) Commendant quoque varii, etiam hancce methodum, quæ quamplurimis ægris tam eximie profuit.

Vulneratur nimirum homo ab animali rabido, cæterum antea sanus, plethoricus & sanguineus tamen, *Venæ sectio* tum subito in pede l. brachio est instituenda, pro gradu plethoræ bis, enemata simul quædam aperientia, leniter laxantia. — Si signa quædam maniæ accedunt, Venæ sectio tum eo citius est instituenda & quidem larga, si facies inprimis plane rubet; æstus volatilis insignis in eo apparet; oculi splendent, pulsus est fortis, celer, & plenus. Mane & ad noctem pediluvia modice tepida per horam unam, & si fieri posset universi corporis balneum.

Vulnus sedulo est eluendum reiteratis vicibus *Aqua calida*, in quo *Salis culinaris* quædam portio antea erat soluta, in primis præcipue diebus, si vulnus insignis est magnitudinis, dilaceratæ sunt partes carnosæ cum contusione gravi, *Scarificatio* tum subito est suscipienda, & quidem in profundum, particulæ dilaceratæ probe sunt exscindendæ, vulnus vero internum accurate est eluendum *Aqua calida salsa*, vel loco salis culinaris *Sal. Ammoniacum* Aquæ communi est immittendum.

Præmissis hisce præparationibus inungenda probe sunt labia vulneris, & vulneris regiones vicinæ, *Unguento mercuriali*, omnibus tantum horis 24. reiterand.

Obte-

Obtegendum tum est vulnus Unguento suppurante, irritante parum vel Unguento Basilic. & quidem quotidie bis renovandum hocce Unguentum suppurans, eluto semper prius vulnere Aqua salsa.

Alvus semper *lubrica* est asservanda, & quidem optime *enematibus* simplicibus, cum cochleari parvo *Mellis*, & cochlearib. 2. *Aceti*.

Ad *salivationem* avertendam, ab unguento mercuriali leviter subsequente, confert *pulvis* leniter *laxans*, omni 4to vel 5to die, moderata dosi, ut eo facilius eum posset perferre æger, si per quoddam tempus reiteratis vicibus continuandus est usus Mercurii.

Vomituritiones l. *vomitus* si ab ægro sentiuntur, emetica tum lenia quædam nil obsunt.

Mane & ad vesperam conducunt tum cochlearia 1 - 2. *Vini* cum Guttis 20 - 25. *Eeau de Lüce*, sic dicti; quibus vero nimium forte excitaret æstum, tum cochlear 1. sufficit.

Sudores consueti, si eveniunt, tum isti non sunt supprimendi, sed conservandi sub moderato caloris naturalis gradu, quo tum usus Eeau de Luce imminuitur.

Quotidie dein hæcce pilulæ ab ægro sunt adhibendæ.

Rec. *Camphor*. Gran. 4.
Moschi Gran. 2.
Nitri depurat. Gran. 6.
Mellis. quant. suffic. ad dulcedinem,
& Pilular. massam, una vice sumendam.

 Inqui-



Inquietudo & agrypnia si occurrit nimia, anodina tum & somnum conciliantia media conducunt, in exigua tantum dosi, nec sæpius in nimis frequenti dosi.

Aegri excitandi sunt ad frequentiorem *Infusionem* florum *Tiliæ* s. folior *Aurantior.* recent. cum *Melle* & *Aceto destillat.* quum acida melius propotu conducunt, quam dulcia potulenta.

Auxilium si nimis sero isto ægro potuit præstari, & si *hydrophobia* jam in magno gradu ita accessit, ut omnia potulenta, omne aquosum istud plane reformidet, cum signis variis gravibus maniæ, Infusum tum hoc in enemate, omni hora tertia s. quarta est applicandum, in hacque quoque forma omnia reliqua superiora remedia.

Si forte æger quoque reformidet pulverem laxantem, *enema* tum *laxans* semper conduceret.

Esculenta vegetabilia in dosi non nimis larga, nec nimis exæstuantia conducunt; lactea diæta, tam esculenta quam potulenta non conducunt.

Horum remediorum usus, tam *Unguenti mercurialis* quam *Pilular. antispasmodicar.* & *laxantium*, uti & *Eau de Luce* continuandus est plus quam per mensem in una serie, ad præcavendum omnem facile evenientem maniæ recursum.

In ægrotis difficulter vulneratis, & si signa jam adsunt quædam effectus hujus veneni, diutius tum continuandus est horum remediorum usus.

Si

Si forte status vulneris non recte sese manifestaret in deligatione, tum per quosdam dies conducerent omni bihorio Cochlearia 2-3. *Decocti chinati* saturati. — Omni die per octiduum tres pulveres *Chinati* requiruntur, si debilitas corporis, tristitia vehemens, animi depressio, forte succederent, pro conditione ætatis-constitutionis ægri & temperamenti.

In *animalibus vulneratis* ab alio animali rabido, loco scarificationis, candenti ferro locus læsus probe est cauterisandus, & *Aqua*, ad eluendum vulnus inserviens, in majori dosi *sale* est impraegnanda, uti Unguentum mercuriale, in triplo fortiori dosi, terebinthina magis diluenda, & commiscenda pauca quantitate Olei Olivarum l. Nucis avellanæ.

Multum Aquæ cum melle & aceto iis pro potu est porrigendum, interponendis vero simul remediis quibusdam sat validis laxantibus, hisce animalibus convenientibus, & enemata ad alvi obstructiones.

Per spatium 4-6. hebdomadum omnis conversatio cum animalibus sanis accurate est avertenda. Animalibus vero in majori gradu, rabie canina-mania affectis, hæcce remedia frustra adplicantur, ea sunt potius subito enecanda & removenda, ne majus damnum & noxam *majorem* producent hominibus ulteriori eorum vita. (V. Hannöver. Magaz. 778.)

8) *Ravenstein* laudat *pulverem Anagallidis*, flore phæniceo a Gran 20-30. omni hora sexta in pane, butyro illinito s. in lacte, & tum sudationem instituere suadet: effectum ex-

optatum præſtitere ei jam quatuor priores doſes. — Uſus tam pulveris, quam infuſi hujus plantæ proavis noſtris erat jam introductus, ita, ut herbam *Anagallidis* flore purpureo pulveriſatam, a Drachm. $\frac{1}{2}$ - 1. vel ad 3 - 6. cultri cuſpides ægris porrigerent, in *Aqua Anagallidis*, l. in Infuſo theiformi aquoſo, l. in juſculo, die non primo tantum aliquoties omni 6 - 8 - l. 10. hora. ſed die quoque ſequenti.

E *quibus* quoque *vaccis* - *ſuibus* - *caribus* - *capris* - *ovibus* porrigebant jam tum temporis ad Drachmam $\frac{1}{2}$ - ad Unc. 2. uſque in pane, cum *Sale culinar.* & *Alumine* l. cum *Aqua commun.* tepida.

In regione Bambergenſi circa annum 1749. expreſſe a magiſtratu ibidem Edictum promulgebatur, quo, huic ſcopo, qua remedium ſpecificum contra rabiem caninam in æſtate, circa tempus, *Johanni* dictum, colligendum, in copia incolis jubebatur, teſtimonio *Neidek*, hæcce planta *Anagallidis* flore phæniceo.

RABIES. CANINA

9) Poſt *morſum canis*, ut dicunt, *rabioſi*, ſuadet, *Stoll.*

a) Rec. Aqu *Chamomill.* Unc. 6.
Syrup. Chamom. Unc. 1.
Extract. Belladon. Gran. 1.
Miſce. *Doſis* cochleatim.

b) Rec. *Emulſion ordinar.* Libr 2.
Camphor. Gran. 8.
Tinctur. Cantharid. Gutt. 12.
Miſce.

Misce. *Dosis*, Cochleatim.

10) *Pringle*, *Gmelin* & *Mellin* laudant *Moschum* in *rabie canina*, uti in *febribus malignis*.

Rec. *Moschi* - *Nitr. depurat.*
Conch. citratar. ana Gran. 12.
Camphor. Gran. 1.
Mithridat. - (ejus vero loco melius *Extr. Enul.*) quantum suffic. ad *Bolum*.
Dosis omni octiduo Bolum.

11) *Reichart* recenset casum pueri, a cane rabido morsi, & rabie canina plane affecti, optima & convenientia remedia plane reformidantis, restitutum esse plenarie *Unguenti Mercurialis* ope, & *Clysmatum*, in qua forma omnia alia consueta remedia optime poterant ei applicari.

12) In *rabie canina* hæcce inprimis commendat remedia *Tissot*.

Rec. *Cinnabar. nativ.*
— *factit.* ana Gran. 24.
Moschi. Gran. 16.

Misce fiat pulvis, omni tertio die 3. cultri cuspides, cum adhucdum subjuncto usu continuato hujus remedii, quotidie mane & ad vesperam.

Rec. Rad. *Serpentar. virgin.* Drachm. 1.
Camphor.
Asæ fœtid. ana Scrupul. dimid.
Opii Gran. 1.
Roob. Sambuc. quant. suffic. ad *Boli* consistent:

Et *Externe vulneri* illinendum esse hocce Unguentum.

Rec. *Mercur. sublimat.*
Terebinth. venet. ana Drachm. dimid.

 Axung.

Axung. Suillæ recent. Unc. 2.
Misce fiat Unguent.
Vel Rec. *Unguent.* Basilic. Unc. 1. bis in die vulneri illinendi. *Tissot.*
13) In *Rabie canina* hominis suadet *Mellin.*
Rec. Rad. *Serpentar. virgin.* Drachm. 1.
Camphor. - *Asæ foetid.* ana Gran. 10.
Roob. Sambuc. quant. suffic.
Misce fiat *Bolus.*
Canibus rabidis vero proiiciendum *Mellin* suadet hocce remedium;
Rec. *Turpeti mineral.* Gran. 3.
Fiat cum panis mollioris quant. suffic. Bolus.
14) Ad *rabiem caninam Cantharides* in *Emplastro*, & Unguent. applicandas & Radic. *Belladonnæ* Drachm. dimid. mane & ad noctem, per octiduum post insultum adhibendam commendat in Suecia *Buchhav.*
15) *Genista tinctoria*, ad rabiem caninam, in decocto commendatur, recentiorum quoque quorundam practicorum observat.
16) *Unzerus* enixe commendat, simulac vulnus factum est ab animali rabido, ut subito parte dimidia dilacerata Harengus, (Heering) ejus clupea interior vulneri applicaretur, & ea plane obtegetur. — Vulnerato simul porrigetur interne *Fuliginis splendentis* pondus Ducati consueti, & quidem omni hora quarta l. quinta reiteranda est, in primis diebus, tum parcius.
Cani vero ab animali rabido per morsum vulnerato porrigentur Gran. 12. *Turpethi mineralis*, quo vomitus & purgatio subsequitur, quale remedium post horarum 24. spatium reiterandum est, ad Grana 24. & sic

ſic continuandum Granis hiſce 24. ſ. 12. tantum omnibus horis 24. ad tertium menſem usque.

Qua nunquam fallibile, ſed qua ſemper confortans, & ſecurum remedium commendat, & ob virtutem ejus tam eximiam & ſecuram, in quovis libro domeſtico cujusvis patris-familias inſerendum eſſe optat, ad cujuſvis normam & memoriam perpetuam, *Unzerus*.

17) In *curatione morſus ab animali rabido* attendendum eſt potius, ut *vulneri* afflictum venenum involvetur & eliminetur, quod per plurium hebdomadum & menſium ſpatium, in loco applicato, nullam ſubitaneam ſæpius exſerit efficaciam.

Exciſio & *uſtio* in loco affecto, & pulvis cantharidum quoque externe, qua præcipuum remedium, omnibus quidem non tam gratum, a quamplurimis commendatur, medicis recentiorib. — *Mederer* commendat *Lixivium ſaponariorum* aqua, tepida ita edulcoratum, ut nullam exſerat vim cauſticam.

(Paratum enim eſt e menſura lixivii fortis Cinerum Libr. 1. *Calci vivæ* infuſ. in loco calido, per 12-24. horas, baculo ligneo ſæpius motum, filtratum, & uſui ſervatum.)

Lixivium hoc parari quoque poteſt e Drachma 1. *Lapidis cauſtici vulgaris* Chirurgorum, & Libra 1. *Aquæ vulgaris tepidæ*, & filamentis lineis, huic lixivio immiſſis, vulneri applicatis, ſi vero vulneri nimiam forte afferret ſenſationem, vulnus tum hoc lixivio bene purificatum, Aqua communi tepida

pida dein eluendum est, & qua siccum deligandum, aliquoties in die.

Elutio ope lixivii, & deligatio cum filamentis linteis, lixivio immissis, continuanda est, tamdiu ac suppuratio durat.

Si vero vulneri inflammatio accedit, suppuratio tum expectanda est prius, & ulcus methodo superius dicta tractandum.

Si vero vulnus forte plane l. partim consolidatum esset, subito tum aperiendum est lapide caustico, & crusta decisa ulcus tum lixivio hoc eluendum & purificandum est, deligandum filamentis istis, lixivio huic immissis, quo venenum hoc ab animali isto valde mitigatur, ac involvitur, ne acrimonia ejus magis noceat & nimium promulgetur, quo dein omnia alias consueta utensilia media tam interna quam externa, qua superflua applicantur, uti *Fontana* observationibus, Lixivium calcis necat venenum viperinum.

Si rabies fortuito tamen succederet, omni amore & indulgentia tractandi tum sunt isti miseri, & omne auxilium sine cujusdam noxæ metu iis est præstandum. Notum enim est, miseros istos non amplius aliis morsu noxam inferre, & sputum sine morsu, non tantam inferre noxam. (v. *Baldingers* Magazin IX. B.)

18) *Woeltge* observationibus in puero 12. annorum, a morsu canis rabidi valde læso, cujus vulnus mox a se ipso sese claudebat, profuit eximie *Emplastrum vesicatorium* vulnerato loco appositum, quo suppuratio fortis succedebat, & interne pilulæ Werlhofii.


Post

Post duorum mensium spatium succedebant convulsiones, & conatus ad vomendum, *Rad. Ipecacuanh.* hinc ei repetitis vicibus præscribebatur; excreto multo muco, & bile sanescebat plenarie hicce æger, tam misere antea convulsionibus & rabie canina decumbens.

19) Subitanea cauterisatio vulneris a cane, vel ab animali rabido inflicti homini, ferri ope candentis, est jam dudum a variis qua specificum notum remedium.

In Jndia orientali quotidie fere occurrunt tot casus, quod canes furorem s. rabiem acquirant ab excessivo caloris gradu, & incolas istius regionis insignia inferant vulnera, subito vero in viciniam fabricam ferrariam sese petunt, & vulneri applicare jubent ferrum candens. Peragrator quidam testatur in itinerario suo plusquam ducenti incolas ei ibi notas fuisse, quibus remedium hoc effectus præstitit prosperrimos, & subitaneam opem.

Qui cauterisationem vero abhorrent dolorificam, iis confert eximie ejus loco, si vulnus, s. locum morsu læsum, scarificant satis profunde, & sufficienter, vel Aceto & Sale culinari, vel Aqua & Sale culinari lavant, & plenarie eluunt locum vulneratum, pulvere *Cantharidum*, suppurationem dein bonam promovent, & per quoddam tempus, instar fonticuli apertum servant vulnus, quo mox omnia reliqua symptomata, facile subsequutura removentur via securissima. v. *Samler*.



Communicatur quoque ibidem, occasione casus tam funesti, qui Pragæ evenit, a cane rabido, tam famosum specificum Londinens. D. *Figg.*

Qui Libra 1. *Sal. Culinar* in Mensura 1. *Aquæ pluvialis* solvit, calefacta hac solutione eluit locum vulneratum eumque ea fricat, imponit tum vulneri petiam, s. linteamen, in quo Manipul. 1. *Salis culinaris* siccati probe erat involutus, per 12. horarum spatium sine commutatione ulla nova. Variis quoque commendavit usum internum hujus Aquæ salinæ.

Certitudinis plane erat convictus *Figg* specifici sui remedii, tot tantisque casibus & experientiis, & in istius generis ægris susceptis, ut ad eo majorem convictionem concivium suorum, plus quam sexies, diversis temporibus vulnera varia ab animalibus rabidis infligere sibi curaret, & quæ specifici tantum sui remedii ope, sine ulla subsequente noxa, plenarie sanescebant. v. *Samler.*

RACHITIS.

1) Rec. *Sapon Venet.* Gran. 10.
Fell. Tauri. inspiss. Gran. 1.
Pulv. *Rad. Ari* Gran. 5.

Misce fiant Pilul. pond Gran. 1. Cap. 3. pro una vice *Rosenstein.*

Quibus *Rosenstein*, diæta simul observata congrua, *rachitidem* semper sanavit felicissime.

2) Rec. *Sal. Tartar.* Unc. dimid. solve in
Aqu. fontan. Unc. 12. servetur in phiala.

Do-

Dosis bis de die in *Aqua communi* Guttæ 20 - 30. respectu ætatis infantis. *Rosenstein. Mellin.*

3) *Salis Tartari* in *rachitide* usum pereximium deprehendit *Abilgaard.*

Solvit is *Sal. Tartari* Drachm. dimid. in *Aquæ* puræ, vel Decocti Chinæ - *Chinæ* Unc. 8. quarum Unc. 4. quotidie sumendæ. *Bergius.*

4) *Rachitis* & *Spina ventosa* usu *Extracti Aconiti*, conjuncti cum *Cremore Tartari* & pulvere Gummi *Guajaci*, plane sublata est, teste *Stoerck.*

5) Interpositis congruis *laxantibus*, Infusum saturatum fructuum *Quercus*, per quoddam tempus sumtum, juncto simul usu externo, linimenti e *Felle tauri* parati, mirifice jam profuit in *atrophia - rachitide* infantum, hectica jam febre simul juncta. *Re.*

6) Dispositionem *rachiticam*, in *atrophicis infantibus* sustulit semper *Hofman*, Ekartsberg, lenibus mediis laxantibus omni octiduo, & per 4. hebdomadum spatium, hæmocatarctica lenia media interna; post 14 dierum interstitium, a medicamentis vacuum, curationem hanc iterum redintegrare semper jussit, in quavis hebdomade duo balnea, e herbis aromaticis parata, ad vesperam vero inunctionem dorsi Spiritu nervino.

Omnia vestimenta dura, sic dicta Schnürbrüste - Stiefeln, removenda semper erant. Hacce methodo omnes ægri, annum 7. non transgressi plenarie restituebantur, paucis enim tertia vice curatio superior vix rescuscipienda erat.

7)

7) *Rachitidem* semper optime sustulit usu *Decocti* saturati *Rad. Rub. tinctorum*, uti & in pulvere, conjunctis simul balneis frigidis, & subiunctis pilulis ex *Extractis amaris* paratis, & *Felle bovina*; *Sal Tartari* simul in *Aqua* solutum ad potum largum quotidianum, in Suecia *Knak.*

8) In puero 7. annorum facie pallida, & capite magno, febricitanti quotidie fortiter, cum sudore nocturno, diarrhœa quadam quotidiana, & emaciatione insigni indies crescente, ne ambulare quidem possent, per quoddam tempus Decocto *Chinæ* saturato, frustra sumto, addidit tum medicus quidam Hafniensis, multo cum fructu Decocti Chinæ Unc. 8. *Sal. Tartari* Drachm. dimid.

Commiscuit tum eodem Sale Decoctum saturatum *Rubiæ tinctorum*, pro potu ordinario quotidie sumend. cujus usu isti miseri ita restituebantur, ut in initio cum, dein sine baculo libere possent ambulare & introire sine molestia; solutionem *Salis Tartari* in *Aqua communi* saturatam, per aliquot tempus continuare tamen quotidie jussit. v. Acta Hafniens. I.

9) *Rachiticorum* curatio radicalis optime absolvitur, (si iis inprimis caput est magnum, carotidum jam intumescentia, ingenii procacitas, facies pallida - subtumida, abdomen tumidum a flatibus & vermibus, musculi flaccidi, buccæ & genua flaccida, pedum debilitas ad motum, juncturæ artuum, crassiores protuberantes; hepar - lien tumidum, uti & tumores glandularum colli, dentitio non semper facilis &c.)

1) *Laxantibus* lenibus; eg.

Rec. *Terr. foliat. Tartar* Drachm. 3.
Oxymell. Squillitic. Unc. dimid.
Aqu. Menth. ſ. Unc. 4.
Syr. e *Cichor.* c. *Rhabarb.* Unc. 1.
Fell. Taur. Drachm. 2.

Miſce. *Doſis* bis - terve cochlear 1. per 5. dies.

Vel Rec *Tinctur. Rhabarb.* Unc. dimid.
Olei Tartar. per deliquium Gutt. 6.
Aqu. Foenicul. Unc. 1. & dimid.
Syrup. Rhabarb, Unc. dimid.

Miſce. *Doſis* omni 3 - 4. ta hora, Cochlear dimid.

2) Tum *Abſorbentia* continuand. e. g

Rec. *Sulphur. Antimon. aurat.* Drachm. 1.
Rad. Ari.
Semin. Foenicul.
Magnes. alb. ana Drachm. 2.

Miſce. *Doſis* bis duo cultri cuſpides.

3) Tum *tonicis* martialibus continuandum e. g.

Rec. *Vitriol. Mart.* Drachm. 1.
Rad. *Irid florentin.*
Trag. aromat. officin. aña Drachm. 3.

Miſce bis mane 1 - 2. cultri cuſpides.

Vel Rec. *Flor. Sal. ammoniac.* martial. Gran. 2.
Sachar. alb. Scrupul. 1.


Miſce. *Doſis* mane 1. doſin.

Decoctum *Cortic. peruv.* ſaturatum (Drachma 2.) pro die eximie ſimul confert.

Vel *Tinctur* vitriol. mart. aurant Unc. 1.
Omni mane 10 - 12. Guttæ in vino.

Infuſum ſaturatum Coffee, e
Glandular. Querc. *vulgar,* *toſtar.* Unc. dimid.

cum

Cum *Coffée tost.* Drachm. 1. ad infusum paratum, & quotidie vasculatim per diem sumtum, junctis simul congruis laxantibus superioribus, l. *Fol. Sennæ.* infus.

Externe conducit simul hocce *Unguentum.*

Rec. *Olei Lauri* Unc. 1.
Fel. Tauri inspissat. Unc. dimid.
Camphor. Spirit. Vini subact. Drachm. 1.

Misce fiat Unguentum.

Ad resolvendas *glandular. obstructiones*, confert lavamentum, *Aquæ* ope martialis frigidæ, ex Aqua commun. paratum, candent. ope ferri eæ immissi.

Si *roborantia* alvum adstrictam forte efficerent, tum *resolventia* conjuncta simul conducunt e *Terra foliat. Tartar.* & laxantia lenia uti No. 1. vel *Fol. Sennæ*, tam in pulvere quam in infuso. *Pl. - Re.*

RAUCEDO

1) *Raucedinem cum tussi* ita sustulit pluries *Forestus.*

Rec. Herbæ *Malvæ* Manipul. 1.
Aquæ commun. quant. suffic.
Coque ad remanentiam Unc. 8. adde
Syrup. Violar. Unc. dimid.

Misce fiat Apozema.

2) In *raucedine* jam eximie profuit
Butyrum Cacao, recens parat.

Vel *Gargarisma* e *Roob Juniperi*, cum *Aqua Communi* dilutum.

Vel manducatio simplex *Caricum* l. *Dactylorum.*

Vel *Passularum* major. *Zibebæ* (Zibeben.) dictar.

Vel

Vel *Bacilli* de *Liquirit*. alb. & citrin.

3) *Raucedinem chronicam* pertinacem, plus quam 6. menſium ſpatium durantem, ſuſtulit *Plenck*, ope tantum *Gargariſmatis* e *Cortic. Chinæ*
& *Arnic*. flor. cum addita
Aqua Vulnerar. Theden.


4) *Raucedo* jam feliciter quoque ita ſublata eſt,
Rec. *Oxymell. Squillit.*
Syrup. balſamic.
— *Enul*. ana Drachm. 6.
Tinctur. pectoral. reg. *Dan.* Drachm. 2.
Vel *Spirit. Sal. ammon.* aniſat. Drachma. 1-2.
Miſce.
Vel Rec. *Sachar. Lact.* cryſtallis. Drachm. 6.
Gumm. arabic. Drachm. 2.
Flor. Sulphur. Drachm. 1.
Miſce fiat pulvis.
Doſis omni bihorio 2-3. Cultri cuſpides.
Re.

RENUM ET VESICÆ URINARIÆ AFFECTUS.

1) Rec. Fol. Herb. *Uvæ Urſi*
Sachar. ana Unc. dimid.
Miſce fiat Pulvis.
Doſis. Drachm. dimid-1. aliquoties de die.
de *Haen*.

2) In *renum affectibus* uti in *doloribus ventris*, *Oleum Palmæ liquidum*, ſ. *Ricini commun.* recent. impenſe laudat *Fraſer*, Cochlear 1. ſingulis horis, etiam infantibus, doſi videlicet convenienti vel adultis ab Unc. dimid. ad 1. & Drachm. 1-2. infantibus, cum per ſe, tum in forma emulſionis.

In



In gratiam eorum, quibus oleum non arrisit, illud cum mucilagine *Gummi arabici* vel *Vitelli ovi* in emulsionem redigi potest. *Bergius.*

Sæpe alvum ducit, ventri illinitum.

3) *Species Decocti* ad *Renum dolores. Essich.*

Rec. Rad. *Liquirit.* — *Petroselin.*
— *Foenicul.* — *Irid. Florentin.*
Malv. arbor.
Flor. *Altheæ* ana Drachm. 6.
Sem. *Foeniculi.* Drachm. 6.
Caricar. — *Jujub.* ana No. 20-30.
Hordei decorticat. Unc. 3.

Incisa, contusa, serva usui, ad *dolores renum*, ad Urinæ excretionem dolentem.

Ubi tum Unc. 12. *Aquæ commun.* cum Unc. 1. & dimid. Specier. harum coquuntur ad Decoctum saturatum, vasculatim per diem sumendum.

4) *Aqua nephritica Pharm. pauper. Hamb,*

Rec. *Sal. alcal. mineral. Gravenhorst.* Drachma 2.
Aquæ Calc. viv. Unc. 24.

Misce. *Dosis* vasculum dimidium.

RHEUMATISMUS.

1) *Pulvis rheumaticus anodynus Ph. paup. Pragens.*

Rec. *Opii pur.* Gran. 4.
Tartar. emet. Gran. 2.
Rad. *Valerian.* sylv. Drachm. 2.

Misce fiat pulvis, divid. in 6. partes æquales.

2) In *Rhevmatismis* cum *Opio* conjuncta *Ipecacuanha*, ad modum *Dower*, qua bonum alterans, diaphoreticum, sudoriferum profuit *Dalberg*.

3) Qua optimum resolvens in *inflammationibus*, & bonum discutiens in *rhevmatismis*, *Camphoram* solutam in *Olei Lini*, & sic cuti illinitam, l. etiam comminutam & speciebus discutientibus immixtam, commendat *Bergius*.

Rhevmaticis in febriculis Camphora, qua sudoriferum confert, prouti pleraque calida, ut revocetur transpiratio post refrigerationem.

Infusum *Corticis Laurus Sassafras* in *rhevmatismis*, & in *arthritide* eximie laudat *Bergius*.

4) Bonum effectum sæpius expertus est in *rhevmatismis*, ab *Extracto Aconiti* a Gran 1-10. bis l. sæpius de die *Stoerk*-*Collin*, *Blom*, *Bergius*.

5) *Rhevmatismum chronicum lumborum* post 14. dies curavit *flor*. *Arnicæ* Unc. dimid. — *Cremor*. *Tartari* Drachm. 2. & *Nitri* Drachma dimid. in *Cerevisiæ* tenuior. fervid. Unc. 24. infusis; ut hujus mixturæ dimidiam portionem omni mane & vespera epotaret æger. *Aaskow*.

6) *Rhevmatismis* & *arthritidi* bonum est *Infusum*, e Herb. *Card. bened.* Unc. 1. & *Vini rhenani* Unc. 24. paratum, cujus Cochlear. 1-2. sumenda sunt tempore matutino in lecto; calore quadam communiter agendo per totum corpus, fugaci tamen, subsequente vero sudore tranquillo; observat. *Bergii*.

7) In *rhevmatismo pertinacissimo Extractum Aconiti Napellus*, in refracta dosi cum *Camphora* perutile deprehendit *Vogel*, uti & *Herz* cum *Camphora*, & aliis medicamentis, cum levamine ægrotantium præbuit.

8) *Pulvis rhevmaticus Weikard.*

Rec. *Cremor. Tartar.* Drachm. 2.
Gumm. Guajac. Drachm. 1.
Misce fiat pulvis. *Dosis* Scrupul. 1.

9) *Duncan* in Anglia pluries profuit in *rhevmatismis* inveteratis *Tinctura Guajaci.*

10) *Tinctur. Colocynthid.* Guttæ 12 - 20. quater - quinquies in die profuere jam eximie in *rhevmaticis* - *paralyticis* - & *arthriticis* affectibus. v. *Acta Suecica.* III. B.

11) *Duncan* felicissime sustulit, in 42. annorum femina, affectum ejus *rhevmaticum* valde *pertinacem*, *dolorificum*, *chronicum* in genu - coxa - latere dextro, mensibus tamen regularibus, vesicatoriis & hirudinibus sine ullo fructu adhibitis, hocce tantum *Elixir*, omnes dolores imminuens, & omnes inquietudines in lecto tollens, cujus usu plane dein leviter, & sine dolore poterat ingredi; parat. nimirum e

Gumm. Guajac. Unc. 4.
Balsam. Peruvian. Drachm. 2.
Olei destillat. Sassafr. Drachm. dimid.

Macerat. per 6. dierum spatium, in
Spirit. Sal. Ammoniac. vinoso Libr. $\frac{1}{2}$.

Quum ejus ingressus levior, sine dolore, succederet, suasit eæ *Tinctur. Guajac. volatil.* Unc. 2.
Gumm. arabic. Unc. 1.
Syrup. ordinar. Unc. 1.

Mix-

Mixtis probe, suasit semper ante decubitum ejus Unc. dimid. cum optimo successu, per quoddam vero tempus continuatum.

12) Ope *hirudinum*, loco dolenti applicatorum, rhevmatismus pluries jam plane est sublatus, uti *Spiritus Sal. ammoniac.* caustic. loco dolenti applicatus.

13) *Vesicatorium* loco dolenti, a *rhevmatismo* applicatum, anglorum more, promovet & deducit subito rhevmatismum ad peripheriam, quo subitaneum oritur auxilium, nec tam levis retrogressus materiei rhevmaticæ. *Platner.* *Re.*

14) *Dolor rhevmaticus* cum *cephalalgia*, ope hirudinum tantum, curabatur feliciter, *Actis Hafniensibus* T. 1.

15) Uti *Decocto* saturato stipitum *Solani Dulcamaræ* dolores chronicos pertinaces *rhevmaticos* & *odontalgias rhevmaticas*, etiam chronicas, subito sustulit plenarie *Carrere* & *Stark* — *Paulizky.*

Decoctum nempe paratum e *Stipitum Solani Dulcamaræ* Drachm. 1. cum *Aquæ commun.* Libr. dimid. ad dimidiam fere inspissatam partem, in vasculo clauso, addito simul *Semin. Foenicul.* Drachm. dimid.

In *chronico* melius, quam in *acuto rhevmatismo* confert *Solanum* scandens, *Dulcamara.* v. *Baldinger Magazin* III. B.

RESOLVENTIA INTERNA.

1) *Pilulæ resolventes* cum *Fuligine*, *Pharm. pauper. Hamb.*



Rec. *Sapon. hispanic.*
Fuligin. splendent. ana Drachm. 1.
Misce fiant lege artis Pilul. ponder. Gran. 2.
Dosis Gran. 10.

2) *Pilulæ resolventes saponatæ Pharm. pauper Hamb.*

Rec. *Sapon. hispanic.*
Gumm. Ammoniac. pur.
Extr. Chelidon. major. ana part. æqual.
Misce fiant lege artis Pilul. ponder. Granor 2.
Dosis No. 15.

3) *Resolventes Pilulæ* cum fuligine. *Pharmacop. paup. Pragens.*

Rec. *Extr. Absynth.* Drachm. 1.
Sapon. Venet.
Fuligin. splendent. ana Drachm. 1. & ½.
Misce fiant lege artis Pilulæ ponder. Gran. 2.
Dosis 10 - 15. pilulæ, bis in die.

4) *Elixir resolvens Pharmac. pauper. Hamburg.*

Rec. Extr. *Taraxac.* Drachm. 6.
— *Chelidon. major.* Drachm. 2.
Aquæ fontan. Unc. 6.
— *Menthæ piperitid.* Unc. 2.
Misce. Dosis. Cochlearia 2. bis-terve in die

5) *Pilulæ resolventes Schmukeri.*

Rec. *Gumm. Galban.*
— *Sagapen.*
Sapon Venet. ana Drachm. 1.
Rhabarb. optim. Drachm. 1. & dimid.
Tartar. emet. Gran. 16.
Succ. Liquirit. Drachm. 1.
Misce fiant lege artis Pilulæ ponder. Gran. 1.
Dosis No. 8 - 10.



6) *Pilulæ resolventes* Nosocomii Pazmaniani Viennæ.

Rec. *Sapon. venet.* Drachm. 3.
Gumm. Galban.
— *Ammoniac.* ana Drachm. 1.
Pulv. *Rhabarbar.* Drachm. . & dimid.
Misce fiant Pilulæ Gran. 4.

7) *Pilulæ resolventes* Pharmacop. *Nosocom.* Hafniens.

Rec. *Gumm. Ammoniac.* in
Aceto Squillit. solut & inspissat.
Sapon. Venet.
Extract Cicut. ana part. æqual.
Misce fiant Pilul. ponder. Gran. 3. D.

Et ejus *Pilulæ resolventes* cum *Aloe.*

Rec. *Massæ pilular.* resolvent. part. 6.
Extract. *Aloes* aquos. part. 1.
Misce fiant Pilul. ponder. Gran. 3. D.

Et ejus Pilulæ *resolventes* cum *Rheo.*

Rec. *Mass. Pilul. resolv.* part. 6.
Pulv. rad. *Rhei* part. 1.
Misce fiant Pilulæ ponder. Gran. 3. D.

8) *Pilulæ resolventes roborantes.*

Rec. Extr. *Trifol. fibrin.*
— *Taraxac.* Unc. dimid.
Flor. Sal. ammoniac. martial. Drachm. 1.
Misce fiant Pilulæ ponder. Gran. 3 consperg. pulver Chinæ.

Dosis. Quotidie ter, quavis vice ascendendo ad 36 in die. *Ext.*

9) *Pilulæ resolventes* Sigw.

Rec. *Extr. Card. bened.*
— *Enul.* — *Cochlear.*
Gumm. Galban. ana Drachm. dimid.
Essent. Succin. Gutt. 15.

Misce

Misce fiant Pilulæ No. 120.
Dosis eorum No. 15-20. bis in die.
Vel Rec. Extr. *Absynth.*
— *Gentian.*
— *Trifol fibrin.* ana Drachm. 1.
Myrrh. elect. Scrupul. 1.
Misce fiant Pilulæ No. 200. *Dosis* uti supra.
Vel Rec. *Mercur. dulc.* rite præparat.
Sulphur. aurat. Antimon. 3tiæ præcip. ana Scrupul. 1.
Separatim optime trit. adde
Gumm, Guajac.
— *Myrrh.* elect. ana Drachm. dimid.
Olei destillat. *Succin.* Gutt. 12.
Misce fiant Pilulæ No. 100. Dosis eorum No. 10.

10) *Pulvis resolvens evacuans*, *Bicker.*
Rec. Sal. *Ammoniac. depurat.*
Cremor. Tartar. ana Drachm. 3.
Pulver. Rad. *Rhabarb.* Drachm. 1.
Sachar. alb. Unc. dimid.
Olei de *Cedro.* Gutt 3.
Misce fiat pulvis.

11) Et ejus *Mixtura resolvens*, quæ loco *Liquoris Terræ foliatæ Tartari* inservire potest.
Rec. *Sal. Tartar.* Drachm. 2.
Aceti Vini Unc. 2.
Aquæ *Menth*, sin. vino Unc. 8.
Mell. depurat. Unc. 3.
Misce, detur cochleatim.
Præscribit quoque
Liquor. Terræ foliat. Tartar. cum
Tinctur Rhabarb. aquos ana qu. plac.
Misce detur guttatim.

12) *Pulvis resolvens - antisepticus Pharm. pauper. Pragens.*

Rec. *Cortic. Peruv.* Drachm. dimid.
Camphoræ. Gran. 3.
Sulphur. Antimon. aurat. ultim. præcipit. Gran. 2.

Misce fiat Pulvis.

Et ejus Pulvis *antisepticus.*

Rec. *Cortic. Peruv.* Drachm. dimid.
Camphoræ Gran. 3.

Misce fiat pulvis.

Et ejus *Pulvis resolvens antifebrilis.*

Rec. *Arcan. duplicat.* Drachm. dimid.
Sulphur. Aurat Antimon. ult. præc. Gran. 2.
Rad. *Ari* Gran. 8.

Misce fiat Pulvis.

13) *Elixir resolvens amarum Theden.*

Rec. Extr. *Trifol. fibrin.*
— *Taraxac.*
Tartar. tartarisat. ana Unc. 1.
Aquæ Menth. f. Unc. 16.

Misce fiat lege artis Elixir.

14) *Mixtura resolvens salina. Pharm. pauper. Pragens.*

Rec. *Tartar. tartarisat.* Unc. 1.
Aquæ fontan. Unc. 14.
Mell. pur. Unc. 2.
Spirit. Nitr. dulc. Drachm. 2.

Misce. *Dosis* vasculatim.

15) *Pulvis resolvens Edinburgensis.*

Rec. *Mercur. dulc.* rite præparat.
Sulphur. aurat *Antimon.* tert. præcipitat. ana Drachm. 3;

Misce

Misce terantur accurate super marmore per quoddam tempus.

Dosis in die duo cultri cuspides, bis-terve.

16) *Resolvens Decoctum Pharm.* Nosocom. *Hafniens.*

Rec. Rad. *Gramin.*
— *Taraxac.* ana Unc. 2.
Misce coque cum *Aquæ simplic.* Libr. 4. ad remanent. Libr. 2.

& *Emplastrum* ejus *resolvens.*

Rec. *Emplastr. Melilot.*
— Diachyl. cum gummat. ana Libr. 1.
Pulv. *Camphor.* Unc. 1 Misce.

17) *Resolvens Decoctum Pharmac. pauper. Hamburg.*

Rec. *Radic. Taraxac.* conc. Unc. 4.
Cremor. Tartar.-Borac. ana Unc. dimid.
Coque in *Aquæ fontan.* Libr. 2.
Colatur. Libr. 1. adde
Mellis despumat. Unc. 2.
Misce. *Dosis* vasculatim.

18) *Species Decocti resolventis.*

Rec. Rad. *Gramin.* Unc. 4.
— *Liquirit.* Unc. dimid.
— *Ononid. spinos.* Unc. 3.
Lign. Guajac. Unc. 1.
Misce Cochlear 3. cum
Aquæ commun. Mensur. 1. ad dimid. pro potu largo quotidiano. *Ext.*

19) Ad *resolventia* potentiora interna refert *Bicker*, inprimis quoque *Gummi Guajacum*, ob vim ejus *resolventem* præcipuam, & *eccoproticam* in *rhevmatismo chronico* & *arthritide*, *Pringle*, aliorumque quoque experientiis.

Rec.

Rec. Rasur. *Lign. Guajac.*
— — *Sassafr.* ana Unc. 2.
Radic. *Sarsaparill.*
Liquirit. ana Unc. dimid.
Conc. Cont Misce fiant Species pro Ptisana, quæ optime sequenti quoque modo simul datur, vespertino tempore ante decubitum hæcce Mixtura.

Rec *Gumm. Guajac.* Drachm. dimid.
Solve in *Vitell. Ovor.* No. 1.
Adde *Aquæ Meliss.* sine vino Unc. 2.
Sachar. albiss. quant. suffic.
Misce.

Resolventia externa.

20) *Species* pro *fomentatione resolventes*, *Pharmacop. pauper. Pragens.*

Rec. *Balsam. vitæ extern.* Unc. dimid.
Sal. Ammoniac. puri. Drachm. 2.
Aquæ fontan. Unc. 12.
Misce.

Balsami vitæ externi compositio.


Rec. *Sapon. venet.* Unc. 4.
Olei Terebinthin. Unc. 8.
Ciner. Clavellator. Drachm. 6.
Misce fiat lege artis *Balsamus.*

21) *Fomentatio resolvens saturnina Pharm. pauper. Pragens.*

Rec. *Balsam. vitæ extern.* Unc. dimid.
Aquæ saturnin. camphorat. Unc. 22.
Misce.

22) *Fomentum resolvens Nosocomii universal. Viennensis.*

Rec. Herbæ. *Absynth.*
— *Menth. crisp* ana Manipul. 1.
Sal. Ammoniac. Drachm. 3.

Coqu. in *Aquæ* fontan. & *Aceti* anatica parte, Colatur. Libr. 3. Detur uſui.

Et ejus *Unguentum reſolvens*.

Rec. *Unguent. Altheæ* Unc. 2.

Camphor. Drachm. 1.

Miſce Detur uſui.

23) *Spiritus reſolvens Schmuker*.

Rec. *Spiritus Vini* rectificat. Libr. 2.

Camphor. Unc. dimid.

Sal. Ammoniac. Unc. 1.

Sapon. Venet. Drachm. 6.

Miſce ad uſum externum.

24) *Unguentum reſolvens* & *anodynum*.

Rec. *Unguent. Altheæ*

— *Neapolitan*. ana Unc. 1.

Olei *Hyoſciami*. Unc. dimid.

Sapon. Venet. Drachm. 3.

Camphor. Scrupul. 2.

Extr. Opii Drachm. dimid.

Miſce. *Exter*.

25) *Emplaſtrum* reſolvens.

Rec. *Emplaſtr. Neapolitan*.

— de Cicuta cum Gumm. ammoniac. ana part. æqual.

Miſce.

Vel Rec. *Gumm. Ammoniac*. Drachm. 6.

Solve in *Aceti Lithargyr*. Drachm. 2.

Sapon. venet. Drachm. 4.

Camphor. Drachm. dimid.

Miſce. Exter.

ROBORANTIA

1) *Pulvis roborans martialis Pharmac. pauper. Hamburg.*

Rec.

Rec. *Cortic. peruv.* elect. Unc. dimid.
Flavedin. Cort. Aurant.
Limatur. Mart. ſubtiliſſ. præparat. ana Drachm. 2.
Miſce fiat pulvis, *Doſis* Scrupul. 1.


2) *Pilulæ roborantes Bicker.*
Rec. Extr. *Rhabarb.* aquos.
— *Caſcarill.*
— *Cort. peruv.* aquos.
Limatur Chalyb. ſubtiliſſ. ana quant. plac.
Miſce fiat cum *Syrup. Cort. aurant.* quant. ſuffic.
Pilul. ponder. Gran. 2.
Doſis. Eorum 10-15.

3) *Vinum roborans Pharm. Noſocom. Hafniens.*
Rec. *Limatur. Martis* non *rubiginos.*
Pulv. *Cortic. Peruv.* — *Winteran.*
— Radic. *Calam. aromat.* ana Unc. 1.
Vini albi gallic. Menſur. 2.
Stet in digeſtione per 2. dies colatura.

4) *In Virium proſtratione* hancce *roborantem-antiſepticam* potionem commendat, *Mellin.*
Rec. Cort. Chin.
Rad. *Serpentar. virgin.* ana Drachm. 3.
Coque in *Aqu. ſimpl.* Unc. 12. ad Unc. 8. adde ſub finem
Flor. Chamomill. roman. Drachm. 1. in colat. miſce
Spirit. Nitr. dulc. Drachm. dimid.
Aqu. Cinnamom. vinos.
Syrup. Limon. l. *Citri* ana Unc. 1.
Miſce fiat *potio.*

SARCOCELE

1) In *Sarcocele* Radicis *Ononidis ſpinoſæ* uſum eximium vidit *Bergius*, exceptis variis ægris

ægris, in ſeni inprimis nobili, qui per plures ſeptimanas ſumſit radicis *Ononidis ſpinoſæ* Drachm. 1. bis de die, cum notabili *decreſcentia ſarcoceles*, tamdemque laudabili *reſolutione*. Qui vero uti alii obſervavit, radicem Ononidis interdum valde movere ægrotos.

SCABIES.

1) Rec. *Extract. Taraxac.*
Tartar. tartariſat. ana Unc. dimid.
Solv. in *Aqu. Taraxac.* per fermentat. parat. Unc. 8. *Bicker.*
Miſce detur cochleatim.

2) *Scabioſis* cochleatim quoque ſuadet *Biker.*
Rec. *Olei Vitrioli* Gutt. 30.
Aqu. fontan. Unc. 12.
Syr. *Rub. Idæi.* Unc. 1.
Miſce, aliquoties in die cochleatim.

3) Unguentum *Pringle* in *Scabie.*
Rec. *Sulphur. viv.* Unc. 1.
Rad. *Hellebor.* alb. l. *Sal. Ammon.* Crud. Drachm. 2.
Axung. porcin. Unc. 2.
Miſce ad Unguentum, quo omni veſpera probe eſt inungenda pars corporis quarta, ſcabie infecta.

4) In *Scabie retropulſa* laudat *Mellin.*
Rec. *Fuliginis* - *Sachari* ana Drachm. dimid.
Camphor. Gran. 4 - 8.
Miſce fiat Pulvis dividendus in 3. partes æquales.
Doſis omni bihorio Pulvis. *Mellin.*

5)

5) Rec. *Sulphur. vivi* Unc. 1.
Rad. *Ellebor alb.* pulver. l. *Sal. Ammon.* crud. Drachm. 2.
Axung. porcin. Unc. 2.
Misce fiat Unguentum. *Pringle.*


6) In *morbis cuti* - in *scabie inveterata-humida-siccaque* corticis *Ulmi campestris* usum valde comprobatum invenit Dan. *Lysons*;
Qui sumit Corticis recent. Ramorum gracilium, (non vero tenellorum,) intermedii Unc. 4. quas decoquit in *Aquæ* puræ Unc. 24 ad remanentiam Unc. 12. ad Decocti formam non nimis mucilaginosam, vernali tempore, quando arbor floret, purpurascentem, reliquo anni tempore, brunnei magis coloris, cum sapore mitius adstringente.
Semper proficuum Decoctum in ista quoque *Scabie ferina*, quæ salivationem quoque mercurialem alias eluserat; & quidem *Dosis* Unc. 8. mane & vesperi.
Cæterum non cito, sed lente & certo curans. *Bergius.*

7) Solo *Conio maculato* plurimos *scabiosos* sanatos vidit *Bergius*, uti in aliis plantis umbellatis hæc vis antiscabiosa patet. *Bergius.*

8) *Scabiem* quandam *leprosam* penitus curavit succus Radicis de *Oenante crocata*, tempore vernali expressus, quovis mane ad dimidium cochlearis sumtus, apud virum quendam, qui diu hacce *Scabiei* specie afflictus fuerat, plurimis remediis frustra adhibitis, observat. *Pulteney.* & testimon. Bergii.

9) *Aqua psorica Bücking*, in *Psora* s. *Scabie inveterata*, pessimi generis, valde proficua.

Rec.

Rec. *Aquæ Calcis vivæ* Unc. 10.
Mercur. ſublimat. corroſiv.
— *dulcis*, rite parat. ana Scrupul. 1.
Miſce Detur Uſui pro lotione loci affecti pſora, præmiſſis congruis laxantibus - hæmocatarcticis.

10) Decoctum Radic. *Enul.* - *Bardan.* ſaturatum, & Rad. *Liquirit.* edulcoratum *ſcabiem* ſecure auffert, conjuncto ſimul *lavacro* frequentiori manuum & pedum e radic. *Enul.* l. hbæ. *Betæ alb.* parato.

11) *Unguentum pſoricum* ſ. ad *ſcabiem Pharm. pauper. Hamburg.*

Rec. *Axung. porcin.* depurat. Unc. 1.
Sulphur. trit. Unc. dimid.
Olei Lini quant. ſuffic. ut fiat Unguent.
Miſce.

12) *Pulvis* ad *Scabiem Noſocomii* Pazmaniani, *Viennæ.*

Rec. Scammon. Scrupul. 1.
Aethiop. mineral. Drachm. 1.
Lapid. Cancror. ſ. *Magnes* ſimpl.
Antimon. diaphoretic.
Flor. Sulphur. ana Drachm. 1. & $\frac{1}{2}$.
Miſce fiat pulvis. ter - quater in die, 2 - 3. cultri cuſpides.

13) D. *Keup Unguentum artiſcabioſum Jaſſeri* non tam proficuum & efficax ſemper eſſe credit, quam lotionem e *Mercurio ſublimato*, paratam in ſcabie quoque retrogreſſa.

14) *Richter* commendat ad externum uſum hocce Unguentum præmiſſis congruis hæmocatarcticis internis.


Rec. *Mercur. præcipit. alb.*
Sulpur. Antimon. prim. præcipitat. ana Unc. dimid.
Axung.

Axung. porcin. Unc. 8.
Olei destillat. Laur. Drachm. 2.
Misce.

15) In *Scabie vera* commendat *Sigw.*
Rec. *Butyr. recent.* Unc. 1. & dimid.
Terebinth. venet. Unc. 1.
Sal. Ammoniac. pulveris. Drachm. 2.
Misce pro Unguento.
Vel Rec. *Unguent. alb. camphorat.*
Olei Nicotian. coct. ana Unc. 1.
Misce pro Unguent.
vel Rec. *Axung.* porcin. Unc. 1.
Mercur. viv Unc. dimid.
Olei *Lign. Rhod.* Drachm. dimid.
Misce pro Unguento, in scabie ad usum externum, si prius congrua hæmocatarctica interne sunt adhibita, melius confert, si *Unguenta mercurialia* extempore præscribuntur a medico, & commiscentur a pharmacopæo dein, Axungia ista diu cum Mercurio commista; facile enim rancescit & *Mercurium* corrosivum reddit.

16) In *Scabie* conducunt quoque hi *Globuli, manus scabiosos* iis lavandos, ope *Aquæ commun.*
Rec. *Flor. Sulphur.* Drachm. 3.
Sachar. saturn. Drachm. dimid.
Sapon. hispan. Unc. 1.
Misce fiant Globuli manuales.
Et interne simul confert hicce pulvis.
Rec. *Magnes.* simpl.
Cortic. Lign. Sassafr. ana Drachm. 1. & dimid.
Flor. Sulphur. Drachm. 5.

Misce

Misce fiat pulvis mane & ad vesperam tres cultri cuspides.

Vel Rec. *Magnes.* simpl. Gran. 12.
Cortic. Lign. Sassafr. Scrupul. 1.
Antimon. crud. Scrupul. dimid.
Flor. Sulphur. Gran. 6.

Misce divide. in 14. doses.

Dosis, bis in die pulvis. *Ext.*

17) In *Scabie jam inveterata* variis pereximium præstitit fructum hæcce ordinatio.

Rec. *Flor. Sulphur.*
Nitr. depur. ana Drachm. 1.
Fol. Sen. el. Drachm. 2.
Rad. *Enul.* Unc. dimid.

Misce fiat Pulvis.

Dosis mane & ad vesperam duo cultri cuspides.

Et externe simul hocce Unguent.

Rec. *Unguent. Rosat.* Unc. 1.
Mercur. præcipit. rubr. Drachm. 1.

Misce ad Unguentum, quo quotidie bis manus scabiosi probe sunt inungendi. *Re.*

Vel Rec. *Unguent. pomat.* Unc. 1.
Flor. Sulphur. Scrupul. 4.
Mercur. præcipitat. rubr.
Olei Tartar. per deliquium ana Drachm. 1.
Olei Caryophyl. l. Sassafr. Gutt. 3.

Misce fiat Unguentum.

Et externe lotio manuum scabiosorum in *Decocto* saturato Rad. *Lapati* acuti, vel Rad. *Enul.* officinal. Qualis lotio, larga in scabie in Ungaria ubique introducta est.

18) *Decoctum* ad *scabiem* Nosocomii universal. Viennæ.

Rec.

Rec. Rad. *Bardan*. Unc. 2.
— *Lapat*. acut Unc. 1. & dimid.
— *Liquirit* Unc. dimid.
Coque in *Aquæ* fontan quantitat. suffic. per horam ½. Colatur. Mensur. 1. usui servetur.

19) *Unguentum* castrense ad *scabiem Theden*.
Rec. *Sulphur*. nativ. Unc. dimid.
Sal. ammoniac. Drachm. 1. & dimid.
Axung. porcin. Unc. 1. Misce.

20) Pulvis ad *scabiem* Nosocomii *Pazmaniani Viennæ*.
Rec. *Scammon*. Scrupul. 1.
Aethiop. mineral. Drachm. 1.
Conch. præparat.
Antimon. diaphoret.
Flor. sulphur. ana Drachm. 1. & dimid.
Misce.

21) In *scabie* uti & in *arthritide* commendat *Tissot*, huncce Potum l. *Ptisane* vasculatim adhibendum.
Rec. *Rad. Bardan*. Unc. 3.
Coquend. *Aqu. fontan*. Mensur. 1.
Nitr. depur. Drachm. dimid - 1.
per horam dimid. filtret. pro potu vasculatim sumendo, cui dein post aliquot dierum spatium, & post usum laxantium subjungendum curat, *Unguentum* hocce.
Rec. *Mercur. sublimat*. ana Drachm. dimid.
Terebinth. venet.
Axung. suillæ recent. ana Unc. 2.
Misce ad Unguenti formam congruam.
Vel Rec. *Sulphur*. Unc. 1.
Sal. ammoniac. Drachm. 1.
Axung. suill. rec. Unc. 2.
Misce ad Unguenti consistentiam.
Sub cujus usu adhibendum suadet huncce pulverem.



Rec. *Antimon. crud.*

Nitr. depur. ana Drachm 2.

Misce exacte, divide in 8. doses æquales.

Dosis, mane & ad vesperam dosin, conjuncto simul largo potu Decocti Bardanæ. *Tissot.*

22) D. *Weikard* (ad *Baldinger* neuen Magazin, II Band,) profuit eximie in *morbis cutaneis* - in *scabie*, - in *exanthematibus squamosis* - *serpiginosis* - chronicis, inveteratis, & *ulceribus* istius generis *scabiosis*, hæcce methodus.

a) Rec. *Calomel.* subtiliss. lævigat. Scrupul. 1.

Sulphur. Antimon. aurat ultim. præcipit. Scrupul. 4.

Pulver. Gumm *Guajac.* Drachm 1.

Balsam peruv. quant. suffic.

Misce fiant Pilulæ No. 40.

Dosis. Eorum No. 2 - 3. ante decubitum ad noctem.

b) Rec. *Vin. Antimon.* Unc. 1.

Aqu. Meliss. simpl. Unc. dimid.

Misce. *Dosis* mane Guttæ 60.

Et simul *Decoctum* saturatum *hæmocatarcticum.*

23) In *scabie* retrograda commendat *Mellin fuliginem* cum *Camphora.*

Rec. *Fuligin. splendent.*

Sachar. canar. ana Drachm. dimid.

Camphor. Gran. 4 - 6.

Misce fiat pulvis in 3. part. æqual. ad tot chart. distinct. dividend

Dosis No. 2 . 3. in die

Vel in *Pilular.* forma conducit Fuligo splendens.

Rec. *Fuligin.* splendent. pulverisat. Drachm. 2.

Extract. Absynth.

Sapon. venet ana Drachm. 1.

Misce

Miſce fiant cum *Mell.* quant. ſuffic. Pilul. ponder. Gran. 2. obducant. fol. Auri.

Doſis, pro doſi No. 5 - 10. bis de die.

24) In *ſcabie e contagio* orta profuit præcipue *ſolutio Mercur ſublimat.* in *Aqua* commun. quotidie qua lotio applicata manibus ſcabioſis, teſte *Woeltge.*

25) In tota familia diu *ſcabie* chronica laborante, ſummo cum fructu hocce modo applicabatur uſus *Mercur. ſublimat. corros.*

Rec *Mercur. ſublimat.* corroſiv. Drachm. 1.
Solve in *Aquæ. fontan* Libr. 1.

Hacce ſolutione mane & ad veſperam pennæ ope, ab ægris iſtis, loci ſcabioſi leniter obliniendi erant. cum ſubjuncto ſimul uſu interno hujusce pulveris.

Rec. *Flor. Sulphur.* Unc. 2.
Cremor. Tartar. Unc 4.

Miſce. *Doſis* omni bihorio adultis 2. cochlear. parva Thee dicta, infantibus vero tantum ejus 1.

Accurata ſimul obſervata per octiduum diæta, ſub octiduo horum remediorum uſu, tam internorum quam externorum, tota curatio abſolvebatur pilulis mercurialibus laxantibus, quo dein omnes hi ægri ſcabioſi, in tota familia plenarie reſtituebantur.

Virgo quoque quædam juvenis, *exanthematibus ſerpiginoſis* in facie, plenarie & ſubito reſtituebaturhacce methodo, teſtimon. *Reichart.*

SCIRRHUS.

1) Ad *ſcirrhoſitates* & *cancroſas concretiones degenerantes* laudat *Tiſſot.*

 Rec.

Rec. *Cicutæ* maculat. ſiccat. quant. ſuffic.
Sacculo molli include. Coque in *Aquæ* commun. qu. ſuffic. & impone.

2) *Salis Tartari lixivium* fortius, extus applicatum, linteo exceptum, multum emolumenti præſtat in *ſcirrho maligno.*

Senis honeſti - ſeptuagenarii mentionem facit *Bergius*, qui per 10. annos, *ſcirrhum* revera *malignum* habuit, quem intra limites retinuit *Theoph. Nathorſt*, ſola hac applicatione. Ante nonnullos annos Medicus magnæ ſatis famæ arceſſitus, conſilium dedit, loco *lixivii* hujus *Tartari*, fomentationem e herba *Conii*, ſcopo reſolvente imponendi, ſed triſti omnino eventu.

Scirrhus enim ſenſim coepit intumeſcere & maxime dolere, cum cutis diſcoloratione, juſtusque metus erat exulcerationis ſcirrhi; remoto vero cataplasmate, & *Lixivio Tartari* denuo impoſito, omnia funeſta evanuerunt, & ſcirrhus in priſtinum ſtatum redactus, ita ut æger adhuc viveret 1778. & lixivio ſuo uteretur teſte *Bergio.*

3) In *tumoribus ſcirrhoſis* Cataplasma e foliis, & farina *Lauroceraſi*, valde utile deprehendit Anonymus quidam in anglia, qui *Aquæ Lauroceraſi* Guttas 30 - 60. ter quaterve de die dedit, & potentiſſimam ei adſcripſit vim, ad *viſcidum* tenax *reſolvendum. Bergius.*

4) In *ſcirrho uteri* ejusque *polypo* profuit eximie per 6. hebdomades continuatus uſus *Belladonnæ*; ejus nempe Grana 5. ad 10. aucti cum *Rhabarbar*, & die ſemper 10.ma *Sal. Sedlicens.* Unc. 1. & ½. quo febris ſeſe immi-

imminuebat, urinæ vero excretio augebatur, & alvi, exanthema ſuccedebat in facie, uti in corpore miliiforme per parvum tempus, menſtrua ſuccedebant regularia & ægra plane ſaneſcebat *Reichart.*

5) *Scirrhus mammæ*, jam inſignis inueteratus feliciter feminæ mediæ ætatis tollebatur hiſce remediis.

Rec. *Extr. Cicut.* recent. Unc. dimid.
Fiant lege artis Pilul. ponder Gran. 2.
Doſis bis in die eorum No. 5 - 10. & ſimul

Rec. *Herb. Eryſim.* ſ. *Verben.* lut.
Rad. Vincetoxic. ana Drachm. 2.
— *Liquirit.* Scrupul. dimid.
Cortic. Saſſafr. Scrupul. dimid.
Tartar. Vitriol. Scrupul. 1.

Miſce Detur in 8. plo: quævis pars coquenda bene cum *Aquæ commun.* Unc. 18. (ad 1½. Schopen) ad remanent. Unc. 12. quos quotidie hæc ægra ſumſit.

Externe vero

Rec. *Empl. Cicut.*
— *Saponat. Barbett.* ana Unc. 1.

Miſce fiat Emplaſtrum ad mammas, quotidie bis reiterand. ſi mammæ tumor probe antea inunctus eſt hocce Unguento.

Rec. *Mercur. viv.* Unc. 1.
Terebinthin. venet. Drachm. ½. ſubact.
add. *Unguent. Roſat.* Unc. 1.
Olei Menth. criſp. Scrupul. 1.

Miſce fiat Unguentum; quo omni veſpera fabæ magnitudo probe inungebatur pars tumida mammæ ſcirrhoſæ.

Scopo laxante aliquoties ſumſit hocce laxans.



Rec. Fol. *Senn. elect.* Drachm. 6.
Coquend. leniter cum Unc. 12. *Aquæ commun.* ad Infusum saturatum laxans per diem absolvendum. *Rs.*

SCORBUTUS.

1) *Dentifricium antiscorbuticum Mellin.*
Rec. Gumm. *Lacc.* - *Myrrhæ* ana Drachm. 1.
Mellis quant. suffic. ad Electuar. med. consistent.

2) Rec. *Raphan.* rust. recent. Unc. 4.
Fol. recent. *Cochleariæ.*
Trifol. aquatic. ana Manipul. 2.
Salviæ Manipul. 1.
Scissa, mixta infunde in vase clauso leni calore per 24. horas, in *Vini albi* Libr. 6. colatura servetur usui v. *Swieten.*

3) Rec. Rad. *Raphan.* rustic Unc. 2.
Fol. *Nasturt* aquat. Manipul. 1.
His probe incisis affunde *Aqu. fervid.* Unc. 48. Fiat Infus. ad refrigerationem, Colat. servetur usui *Lieutaud.*

4) Infusum *Maltæ* (e hordeo paratæ,) qua remedium revera bonum in *scorbuto* proposuit *Macbride*, quod confirmatum vidit *Forster*, sub itinere suo maritimo in oceanum australem.

Parantur nempe infusione *Maltæ* Unc. 24. in *Aquæ* bullientis Unc. 72. mixta bene agitentur, & per nonnullas horas tecta reponuntur, tum colentur.

Hujus *infusi* Unc. 24 - 48. quotidie *scorbuto* laborantibus propinari debent; *purgat* nempe *alvum*, *humores edulcorat* & ita sanat.
Idem.

Idem *Forster* refert, nautas, misere scorbuto afflictos, ex hoc infuso brevi conualuisse, absque ullo alio remedio.

5) In *scorbuto* commendat *Frank* Infusum *Trifolii fibrini.*

6) *Scorbuticos* multos perquam levatos vidit usu Radicis *Armoraciæ.* s. *Cochleariæ armoraciæ*, ita præparatæ, *Bergius.*

In frustula minuta secanda est radix, e quibus Cochlear 1. majusculum sumendum est, omni mane per mensem, deglutiendum absque masticatione prægressa. Decocti summitatum fruticis *Juniperi* Unc. 6. insuper bibendi sunt: secure agens, ventriculum vix calefaciens, nisi sub fine curæ.

7) Cum successu exoptato usus est adversus *gingivas scorbuticas*, & ubi noma oboritur. *Succo citri*, *Bergius*, uti


8) Succum *Aurantiorum* qua bonum *antiscorbuticum* commendat; corticem vero qua insigne *stomachicum.*

9) In *scorbuto* usum eximie deprehendit succi recent. *Malorum Citri* & *Aurantior. dulcium* anglus *Vaughan.*

10) Scorbutum valide profligavit succus expressus Herbæ recentis *Galli aparine*, quotidie volumen vasculi thee continens, per 10 dies continuandus ejus usus omni mane jejune; quavis mense repetendus est hujus plantæ usus, quamdiu recens potest acquiri: qua sicca herba infusum ejus confert in anglia, observat: *Edward.*

11) Non ad *scorbutum solum* interne *Mala Citri* & *Aurantiorum*, & *succum* eorum recentem adhibuit exoptato cum effectu, sed *succum*

 eorum



eorum qnoque expressum, qua purificans s. phagadænicum optimum in *ulceribus scorbuticis*, in anglia *Gilbert-Blane.*

12) Angli ad *Dixwel* & *Neuberg* in *scorbuto* commendant *Gallium aparine*, ejus herbam qua infusum theiforme, vel *succum* ad conservam redactum, per 10-12. dies, omni mane jejune & per diem sæpius sumend.

13) *Succi antiscorbutici Pharm. pauper. Hamb.*

Rec. *Succi* expressi Herb. *Chærefolii.*

— — — *Trifolii fibrin.*

— — — *Taraxac.* ana Unc. 1.

Misce Det. pro dosi.

14) In *scorbuto oris*, *dentium vacillatione*, gingivarum hæmorrhagiis, commendat *Aquam Aluminis* *Plenck.*

Uti ad *Gargarisma antiscorbuticum* suadet *succum Acetosæ* cum *Aqua calcis*, ac ad *ulcera scorbutica* succum simplicem Acetosæ; uti Grönlandiæ incolæ miscent *succum Acetosæ* cum *Cochleariæ succo.*

15) *Mudge* optimum antiscorbuticum in eo esse contendit, si Grana 10. *Sal. Tartari* in Aqua solvuntur sufficient: & hisce sumtis, subito superbibunt Gutt. 5. *Olei vitrioli* Aqua communi diluti; & quater in die sumitur; quo dein ex hac mixtione ita aer evolutus ægro scorbutico levi via communicatur, atque hac via in isto affectu edidit prosperrimos effectus in hocce affectu. v. *Reichart.*

16) *Conserva antiscorbutica Selle.*

Rec. *Herb. recent. Cochlear.* officinal.

— — *Nasturt.* aquat.

— — *Trifol. fibrin.* ana quant. plac.

Sachar. alb. quant. *suffic.*

Misce

Misce fiat lege artis *Conserva*;
In scorbutica humorum acrimonia, qua hæmocatarcticum inprimis conveniens.

17) *Mixtura antiscorbutica resolvens Pharmacop. Nosocom, Hafniens.*

Rec. *Essent. Trifol. fibrin.*
— *Centaur. minor.*
— *Fumar.* ana Unc. dimid.
Spirit Cochlear. Unc. 1.
— *Nitr. dulcis.* Drachm. 6.
Misce.

Succi antiscorbutici Pharmac. Nosocom. Hafniens.

Rec. Succ. express. *Taraxac.*
— — *Urtic. minor. - Acetosæ.*
— — *Bardanæ. - Cochlear* ana partes æquales. Misce.

Et ejus *Tinctura antiscorbutica.*

Rec. *Spirit. vini* rectificatiss. part. 4.
Instilla successive
Olei Vitrioli part 1. adde
Coccionell. qu. suffic. pro tinctura saturata.
Digere per tres dies leni igne & filtra.

18) *Elixir antiscorbuticum* *Stoll.*

Rec. Extr. *Trifol. fibrin.*
— *Centaur. minor.* aquos.
— *Fumar. officinal.*
— *Gramin.* ana Unc. dimid.
Solve in *Aquæ flor. Chamomill.* Libr. 4.
add. *Spirit. Cochlear.*
Olei Vitriol. alb. Drachm. 2.
Misce. *Dosis.* Cochlear. 1. pomeridie & antemeridiem.

19) *Howe* commendat *Syrupum sachari* cum *Oryza.*

20) Uti ad *Ulcera antiscorbutica* pulmenta e *Dauco Carota*, vel e *Rapis albis* utuntur medici quidam in Anglia.

21) *Scorbutum dentium* removit jam subito *Tinctura* tantum *Laccæ*, Aqua diluta, vel *Alumen* aqua solutum. *Reuss.*

SCROPHULÆ

1) Van der *Bosch* commendat in affectibus *scrophulosis* amara - laxantia - antimonialia - saponacea, *Aquam Calcis* - *Decoctum Lignorum* cum *Antimonio crudo*, - *Cortic. Chinæ Limaturam Martis*, - & tum *Balneum maris.*

2) *Scrophulosos* affectus pluries removit *Decocto* saturato folior. *Tussilaginis* s. *Farfaræ*, *Meier.*

3) *Cataplasma* ad *scrophulas*, Sigw.

Rec. *Sapon. venet.* cum *Vini* quant. suffic. ad Unguenti consistent. redact. Unc. 1.
Camphor. Drachm. 1.
Gumm. *Galban.* Drachm. 2.
Olei Laurin. quant. suffic.

Misce pro *Cataplasmate - resolvente - discutiente*, nec valde acri - corrodente, - conveniente quoque in *tumoribus* aliis recentibus *glandulosis*, ubi resolutio quædam adhuc est speranda. — Saponacea omnia externe adplicata conveniunt, poros cutis apertos servandi, nec obstruentia uti pinguia.

4) *Scrophulas* removit quoque felicissime *Decocto* saturato *Stipitum Solani dulcamaræ*, tam interne quam externe, *Carrere* & *Stark.*

5) *Cortice Daphne Mezerei*, cum *Cicuta*, utuntur quoque medici quidam, in anglia, ad *scrophulosos* affectus, *Selle.*


6) Uti *Oeting.* multo cum fructu hocce remedio.
Rec. *Ciner Spongiar.* Unc. 1.
Rad. *Vincetoxic.* — *Jalapp.*
Arcan. duplicat.
Aethiop. mineral. ana Scrupul. 4.
Syrup. Enul. quant. suffic.
Ad *Electuarii* consistentiam & ad avellanæ nucis magnitudinem quavis vice, & ter in die; tum *laxans* mercuriale, aliquoties postponendum.

7) *Extractum Aconiti Napellus* prius refracta dosi, cum *Sacharo* & *Conchis* præparatis, (l. melius *Magnesia*,) & sumtis sensim Drachm. 1. & Scrupulis 2. plane restituti sunt *Scrophulis* ægrotantes, teste *Koelle, Wendt. Kæmpf.*

8) Rec. *Spirit. Vin. commun.* Unc. 30.
Sal. Tartar. — Rad. *Gentian.* ana Drachm. 1. ad 1. & dimid.
Misce digere per 24. horas. quotidie ter-mane, bis & pomeridie una vice, cochlear unum quavis vice. Hocce remedium eximie commendat in statu scrophuloso Parisiis D. *Peirilhe.*

9) Ad *scrophulosos* affectus valde proficua deprehendit *Zanetti* saponacea, - Extract. Cicut. - Millepedes, - *Mercurium sublimatum*, & *Gummi Ammoniacum* cum *Oleo Amygdalar.* dulc. ad pilularem formam redacta.

(10 Ad *glandularum obstructiones*, maxillæ inferior. & aurium, & ad *scrophulosos tumores colli* frustra antea adhibitis variis remediis emollientibus, resolventibus, mercurialibus quoque infrictionibus, pilulis resolventibus, maxime tantum profuere Epithemata ex *Aqua*

qua vegeto minerali Goulardi, quo omnes tumores in ſpatio 32. dierum plane reſolvebantur, teſtimon. *Reichart.*

SERPIGO.

1) Ad *Serpiginem, impetiginem*, & *ulcuſcula ſalſa* cutanea commendat *Gorter*,

Rec. *Olei Tartar.* per deliqu. Unc. 1. & $\frac{1}{2}$.
Mercur. dulc. Drachm. 1.
Subacta probe *Unguent. pomat.*
Vel *Axung. recent. porcin.* quant. ſuffic.
Commendat qua eximie purificans - coſmeticum, inprimis quoque ſi ſuſpicio quædam luis venereæ lateret.

2) *Serpigines chronicas* - inveteratas removit pluries Decocto ſaturato *Stipitum Solani* dulcamaræ *Carrere*, *Stark.*

Plura vide *Herpes.*

SINGULTUS.

Singultus - ructus - borborygmos ſubito tollunt & minuunt, ab acrimonia acida in ventriculo non ortos, *Paſſulæ majores*, ſ. uvæ damaſcenæ, in culinis ordinario introductæ, in ore probe manducatæ, & dein primum deglutitæ. *Re-*

SPASMUS.

1) Rec. *Aether. Vitriol.* Gutt. 8.
Fruſtul. *Sachar.* excipe, & in hauſtu *Aqu. Aurant.* l. Vini ſume pro doſi.
Lieutaud.

2)

2) Rec. *Fuligin.* splendent.
Sachari ana Drachm. dimid.
Camphor. Gran 4 - 6.
Misce fiat pulvis dividendus in 3. partes æquales.
Dosis omni bihorio pulvis. *Mellin.*


3) Rec. *Liquor.* anod. *min. Hofm.* Drachm. 2.
Essent. l. *Tinctur. Castor.* Drachm 1.
Misce. *Dosis.* Guttæ 30 - 40. omni dimidia l. una hora in paroxysmo spasmi; cæterum quater in die cum interposito pulvere temperante. *Mellin.*

4) Rec. *Camphor.* Drachm. 1. solve in
Spiritus Nitri dulc. Drachm. 2. adde
Extr. Valerian. sylv. Unc. 1.
Aqu. fontan Unc. 6.
— *Menth. piper.* Unc. 2.
Misce. *Pharm. pauper. Pragens.*

5) Rec. *Gumm. Galban.* Scrupul. 4.
— *Asæ foetid.* Scrupul 2.
Extr. *Valerian.* sylv. Drachm. 2.
Misce fiant lege artis Pilul. Gran. 2.
Dosis. 10 - 15 pilulæ bis in die.

Vel Rec. Extr. *Valerian. sylvestr.* Drachm. 2.
Gumm. *Asæ foetid.* Drachm. 1.
Camphor. Scrupul. 1.
Misce fiant Pilulæ pond. Gran. 1.
Dosis Pilul. 10 - 15. bis in die. Pharm. paup. *Prag.*

6) Pulvis *antispasmodicus roborans*, *Pharm. paup. Hamb.*
Rec. Rad. *Valerian. sylv.* Unc. dimid.
Flav. *Cort. Aurant.*
Tartar. Tartaris. ana Drachm. 2.
Misce fiat pulvis.
Dosis Cochlear parvum.

7) *Spasmos* & *convulsiones* sæpius mitigavit extracto *Hyosciami Stoerk*; uti

8) *Spasmos* ab acrimonia humorum ortos, l. a materia acri retrogressa, in cute, in integumentis communibus obvia, nervos irritante, debellavit flor. *Zinci*. *Ziegler*.

9) Qua præstans *antispasmodicum* remedium in *morbis convulsivis*, *Chorea* s. *Viti* deprehendit *Flores Cardamines pratensis* s.-*Nasturtii aquatici*, Dosis a Granis 20 - 30. mane & advesperam. *Baker*.

10) Uti ad *spasmos* a nimia humorum spissitudine ortos, qua resolvens potens commendat Infusum flor. & radic *Arnicæ*, *Collin*.

11) *Pilulæ antispasticæ*. *Pharm. pauper Hamb.*

Rec. *Asæ foetid.*
Extract. Valerian. sylvestr. ana Drachma 2.

Misce fiant lege artis Pilul. ponder. Granor. 2.
Dosis No. 10 - 15.

Pilulæ antispasticæ camphoratæ, constant e *Massa pilular. antispastic.* Unc. dimid.
Camphor. Drachm. dimid.

Misce ad massam pilular. ponder. Gran. 2.
Dosis No. 10 - 15.

12) *Guttæhæ antispasmodicæ* eximiæ sunt virtutis, & subitanei effectus contra affectus *spasmodicos*.

Rec. Pulver. Gumm. *Guajac.* Scrupul. 1.
Solut. in *Liquor. anod. miner. Hofm.* Drachm. 1.
Laud. liquid. Sydenham. Drachm dimid.

Mísce. *Dosis* Guttæ 15 - 20. aliquoties in die. *Reuss.*

13)

13) Rec. *Castor. russic.* Unc. 1. & dimid.
Spirit. Vin. rectific. Libr. 1.
Digere leni calore per triduum.
Cola. *Dosis* ter de die Guttæ 40.
Detur signetur *Tinctura Castorei Edinburgens.*
Rec. *Liquor. anodin. Hofman.* Drachm. 1.
Essent. Tinctur. Castor. Drachm. 1.
Misce. *Dosis* omni dimidia hora in paroxysmo Guttæ 30-40. alias quater de die, cum interposito pulvere temperante. *Mellin.*

14) *Spasmus diuturnus* in *pedibus*, ortus a lapsu alias innocuo, tollebatur fomentationibus continuis, Oleo Olivarum calido paratis. *Galenus*, *Acta Natur. Curiosor.*

15) In *Spasmodico* affectu viscerum abdominis, & in *hysterico* simul malo variisque *motibus uterinis* D. *Storer*, ad Gazette salutare, & *Reichart Wochenschrift*, applicatis anteaincassum variis remediis antispasmodicis, - *Opio* - Asa *foetida* - Castoreo Camphora - Gummi - Ammoniac - Valerian. - Vesicatoriis - China, - Gentiana, - Tinctur. Guajac. volatil. cum Tinctur. Thebaic. - vinos. - Ipecacuanh. cum usu tam insigni ad *Duncans* observat. *Cupri Ammoniacal.* mane & ad noctem Gran. ½ - 1 - 2 cum Granis quibusdam *Magnesiæ* albæ, quotidie bis, per quasdam menses æger iste sumsit, quo omnis affectus spasmodicus dein plenarie cessabat.

16) *Unguentum antispasmodicum*, in omni doloris genere scopo discutiente, anodyno in peripnevmonia quoque, colica, uteri affectibus, doloribus spuriis parturientium, stranguria, qua quam maxime conveniens Unguentum laudat. *Stark.*

Rec.

Rec. *Olei Hyosciam.*
— Papaver. alb. ana Unc. I. & ½.
Spirit. Sal Ammoniac.
Liquor. Cornu Cervi succinat.
Laudan. liquid. Sydenham. ana Drachma 2.

Misce. *Dosis* omni bihorio locus affectus eo est inungendus.

Divitibus addi potest.
Oleum Menth. piperitid. Drachm. dimid.
— Succin Drachm. I. qui odorem non abhorrent.

17) *Spasmus uteri pertinax-diuturnus* feliciter subito ita tollebatur.

Rec. *Aqu. Chamom.* simpl.
— Menth. piperit. ana Unc. I. & dimid.
Nitr. depur. Drachm. I. & dimid.
Laud. liquid. Sydenham. Gutt. 31.
Aether. Vitriol. Gutt. 41.
Syrup. Papaver. erratic.
— Rub Idæi ana Unc. dimid.

Misce. *Dosis* omni hora dimidia Cochlear. I.
Reuss.

18) *Flores Zinci* eximios jam fructus multoties præstitere, & subitaneam opem in *spasmis* & *convulsionibus*, quamplurimis medicis recentioris ævi, uti & Editori harum paginarum, eg.

Feminæ *hystericæ*, semper antea puerperæ felici, per 14. dies spasmo abdominis enormi afficiebatur, cum sensatione simul valde molesta-dolorifica in regione hypogastrica, cum vehementi simul contractione; frigore forti, nulla quiete, lingua sicca; pulsu irregulari, alvi excretionis & urinæ suppressione; istæ profuere

fuere tantum *flores Zinci* a Gran. dimid. ad 1. omni bihorio; dosi dein aucta ascendente restituebatur plenarie, cum appetitu magis aucto testimon. *Reichart.*

19) *Elixir antispasmodicum Pharm. pauper Hamburg.*

Rec. *Camphoræ* Drachm. 1. solve cum
Liquor. anod. min. Hofm. Drachm. 2. subige cum
Extract. Valerian. sylvestr. Unc. 1.
Aquæ fontan. Unc. 6. sensim affunde.
Misce. Dosis. Cochleatim.

Et ejus *Guttulæ antispasmodicæ.*

Rec. *Resinæ Succini* Drachm. 1. solve in
Liquor. anodin. min. Hofm. Unc. dimid.
Misce. Dosis. Gutt. 20 - 30. quavis vice.

20) *Pulvis antispasmodicus roborans Pharm. pauper. Pragens.*

Rec. Rad. *Valerian. sylvestr.* Unc. dimid.
Flaved. Cort. Aurant.
Tartar. tartarisat. ana Drachm. 2.
Misce fiat pulvis.

21) *Mixtura antispastica* Nosocomii Trinitatis Viennæ.

Rec. *Spirit. Cornu Cervi* Drachm. 1. & dimid.
Acet. Rut. quant. suffic. adde
Nitr. depur.
Extr. Liquirit. ana Drachm. 1.
Syrup. Diacod. Drachm. 6.
Aquæ fontan. Unc. 6.
Misce.

22) *Unguentum antispasmodicum Sigw.*



Rec. *Unguent.* de *Uvis* Unc. 1.
Olei Hyosciam. Drachm. 3.
Croc. — *Extract. Opii* ana Scrupul. 2.
Misce pro Unguento *anodyno - antispasmodico.*

23) In *spasmodicis* variis affectibus, Pilulæ hæ *antispasmodicæ - antihystericæ* exoptatum semper praestitere effectum.

Rec. Pulver. *Rad. Valerian.*
Extr. Millefol. ana Drachm. 1.
Asæ foetid. Scrupul. 1.
Cort. Cascarill. Scrupul. 1.
Tartar. vitriol. Drachm. 1. & dimid.
Misce fiant Pilulae Gran. 2. obduc. pulvere semin. *Anis. simpl.*
Dosis. Eorum No. 8 - 10. bis in die. *Reuss.*

24) *Antispastica* a *Stoll* præcipue commendata; *Castoreum* in malo confert *hysterico* & *hypochondriaco*, sine ullo alio conjuncto remedio, l. cum aliis, scopo palliativo.

Rec. *Essent. Castor.*
Liquor. anod. mineral Hoffm. ana Drachm. 2.
Sumat ingruente paroxysmo Gutt. 20 - 30.
Sunt qui *Castoreum* ob idiosyncrasiam non ferunt, nec *Asam fœtidam*, nec *Moschum*, hinc prius interrogandum est, ne novus excitetur paroxysmus, antequam prior sublatus est.

1) *Moschus* datur a Gran 1 - 10.
Schwieten dedit a Gran. 10. pro dosi in *convulsionibus* qua *excitans*, *cardiacum*, *antispasticum.*
Commendatur a Stoll in *Mania - nervosa - hysterica*, non in illa ab in *farctu* viscerum orta, in *tussi convul-*

convulsiva, *febre miliari*, si miliaria inprimis recedunt ob vires vitæ debiles.

Rec. *Moschi* puri Gran. 2 - 3 - 10.
Lapid. *Cancror.* l. *Sachar.* alb. Gran. 15.
Dentur tales pulveres 12. omni bihorio 1. dosis.
Conducunt quoque in rabie canina.

2) *Radix Valerianæ* datur in malo *hypochondriaco* sine materie; in *Chorea* St. *Viti*, tam in pulvere, quam in Infuso, Decocto, & Extracto.

Rec. Pulver. *Valerian sylvestr* Scrupul. 1. ad Drachm. dimid. vel ad Scrupul. 2.
Dentur tales 10. omni bihorio 1.

In febre *lenta*, *nervosa*, confert quoque, viribus vitæ labentibus cum tremore artuum, subsultu tendinum.


Rec. Rad. *Valerian.* *sylvestr.* Unc. 1 - $1\frac{1}{2}$.
Infund. in quant. suffic. Aquæ fervid. per horam 1. momento coque, colatur. addetur *Syrup. Contrayerv.* Unc. 2. Dentur scopo *nervino anthelmintico.*

Rec. Pulver. Rad. *Valerian.* sylvestr. Unc. dimid. vel ejus Extr. Drachm. 2.
vel *Extract. amaric.* Drachm. 2.
Syr. *Pœoniæ* quant. suffic. ut fiant Pilulæ, Gran. 3.
Sumat æger pilular. 8 - 10. per diem. *Stoll.*

SPHACELUS.

1) *Belloste* sequens unicum remedium, instar omnium ad *gangrænam* & *sphacelum* commendat.

Rec. *Spirit. Nitri* l. *Aqu. fort.* p. 2.
Argent. vivi p. 1.
Misce. Aqua communi probe est antea diluenda, solutione nimium arrodet.



In hoc liquore madefiant lintea, & partes *gangranosa*, sphacelosæ circumvolvantur, quo prompte separabitur mortuum a sano, nec opus est, inquit *Allen*, ut aliud quodcunque medicamentum ad *gangrænam* sistendam, & sphacelum excogitemus; non enim reperitur aliud quid, quod tam cito & tam certo pensum absolvit.

STOMACACE.

1) Rec. *Myrrh.* pulveris. Drach. 1. solve in mortario.
Cum *Vitell. ovor.* Drachm. 2. adde
Mellis Unc. 2. - *Vini albi* Unc. 6.
Misce fiat collutio. *Mellin.*

2) Rec. Aqu. *Cochlear* Unc. 1.
Spirit. Cochlear. Unc. dimid.
Tinctur. Lacc. aquos. Unc. 1.
Mell. Rosat. Unc. dimid.
Misce. *Dosis* cochleatim sæpius de die. *Reuss.*

STOMACHICA.

1) *Pulvis stomachalis* Pharm. paup. *Prag.*
Rec. Rad. *Ari* recent. Unc. 2.
— *Calam. aromat.*
— *Pimpin.* alb. ana Unc. 1.
Cort. *Cinnamom.* Drachm. 3.
Arcan. duplicat. Drachm. 2. Misce fiat *pulvis.*

2) Sunt qui *bulbulos Allii* deglutiunt, semel vel bis de die, ad *stomachum* firmandum, *flatusque* discutiendos, atque *colicæ frigidæ* occurrendum. *Bergius.*

3)

3) In *debilitate ventriculi*, ejus atonia, in constitutione ægri valde ſenſibili, uti in *diarrhoeis* chronicis inveteratis, in *digeſtione* plane læſa, a nimio potulentorum uſu profuit, uſus *Quaſſiæ* amaræ, cum *Vitriolo albo*, & *Magneſia*, in Anglia, obſervat. *Lettſons.*

4) Elixir *ſtomachicum Pharmac. pauper. Hamburg.*

Rec. *Extract. Caſcarillæ.*
— *Gentian. rubr.* ana Drachm. 2.
Aquæ Menthæ piperit. Unc. 4.
Miſce. Doſi Cochlear plenum.

5) *Elixir ſtomachicum Whytt*, ad *Pharmacop. pauper. Hamburg.*

Rec. *Cortic. peruv.* elect. pulveriſat. Unc. 4.
Radic. *Gentian. rubr.*
Flavedin. Cortic. Aurantior. ana Unc. ½.
Spirit. Vini gallic. ana Unc. 48.
Digere per ſex dies & cola.
Doſis cochlear 1 - 2. quavis vice.

6) *Pulvis antacidus ſtomachicus Pharm. pauper. Hamburg.*

Rec. *Magnes.* Sal. *catharctic.* Drachm. 6.
Flavedin Cort. Aurant. Drachm 2.
Miſce fiat pulvis. *Doſis* cochlear paruum.


7) *Pulvis ſtomachicus Pharmac. pauper. Hamb.*

Rec. Rad. *Ari.* recent. parat. Unc. 1.
— *Calam. aromat.*
Canell. alb. ana Unc. dimid.
Miſce fiat pulvis. *Doſis* cochlear parvum.

8) *Pulvis ſtomachalis Pharm. pauper. Pragens.*

Rec. *Rad. Ari* recent. Unc. 2.
— *Calam.* aromat.
Pimpinell. alb. ana Unc. 1.
Cort. Cinnamom. Drachm. 3.
Arcan. duplicat Drachm. 2.

 Miſce,

Miſce, fiat pulvis.

9) *Elixir ſtomachicum temperatum.*

Rec. *Extract. Gentian.*
 — *Cardui bened.*
 — *Centaur. minor.*
 Myrrh elect. ana Drachm. 2.
 Cariophyll. aromat. Drachm. 1.
 Croc. optim. Drachm. dimid.
 Flavedin. Cort. Aurant. Unc. 1. & dimid.
 Sal Tartar. Unc dimid.
 Olei de *Cedro.* Gutt. 10.
 Vini hiſpanic. Libr. 2.

Stent in digeſtione per 2. dies.
 Coletur & ſervetur Uſui.

Doſis Guttæ 10 - 100. cum *Vino* l. cum *Aqua* dimid. hora ante quodvis prandium, *Dolfus.*

Et ejus *Elixir ſtomachicum amarum.*

Rec. Rad. *Gentian.* rubr. Unc. 2.
 Cortic. Aurant. recent.
 — Citr. ana Drachm. 6.
 Caryophillor. aromat.
 Nuc. Moschat.
 Cinnamom. acut. ana Drachm dimid.

Miſce & contuſis ſuperaffunde *Vini hiſpanic. Malagæ.* l. alius Vini generoſi albi Libr. 2. ſtent per aliquot dies in digeſtione, dein Liquor filtretur, ſervetur uſui.

Doſis cochlear 1. plenum ante prandium & coenam.

10) *Vinum ſtomachicum — roborans* amarum.

Rec. *Cort. Aurant.* rec. Drachm. 3.
 Contus. in Mortario add.
 Extract. Caſcarill. aquos.
 — *Myrrh.* aquos.
 — *Gentian.* rubr.

— *Tri-*

— *Trifol. fibrin.* ana Drachm. dimid.
Arcan. Tartar. Drachm. 1.
Misce digere cum *Vini hispamic.* Unc. 4.
Colatur. Detur mane & advesperam Cochlear. 1.

11) *Elixir stomachicum - tonicum Zimmermann.*
Rec. *Extract. Cort. Peruvian.* Unc. dimid.
— *Quassiæ* Drachm. 3.
solve in *Aquæ Melissæ* simpl. Unc. 3.
Tinctur. Antimon. anisat. Unc. dimid.
Elixy. balsamic. Hofman. Unc. 3.
Misce. *Dosis* Guttæ 30 - 40. bis in die.

12) *Elixiria varia stomachica.*

a) Rec. *Essent. Cascarill.*
— *Gentian.* ana Unc. dimid.
Misce. *Dosis* Guttæ 60. ante prandium & coenam.

b) Rec. *Elix. stomach. temperat. Hofmann.*
Tinctur. Rhabarb. aquos. ana Unc. dimid.
Sal. volatil. oleos. Sylv. Scrupul. 4.
Misce. *Dosis* Guttæ 65.


c) Rec. *Elix. stomach.* temp. Hofm. Unc. 1.
Tinctur. Antimon. acr.
Spirit. Sal. Ammon. anisat. ana Scrupul. 4.
Misce *Dosis* Guttæ 40.

d) Rec. *Essent. Succin.* Drachm. 5.
Liquor. anod. min. Hofm. Drachm. 1.
Misce. *Dosis* Gutt 50. bis in die; nervinum simul.

e) Rec. *Elix. stomach. temper. Hofm.* Drachm. 6.
Essent. Cascarill. Drachm. 2.
Misce. *Dosis* Guttæ 50 - 60. bis in die.

f) Rec. *Extract. Cascarill.* aquos. Drachm. 1. & dimid.

 Li-

Liquor. Terr. foliat. Tartar. Drachm. 6.
Misce, ter in die ejus Guttæ 80. quavis vice. *Re.*

13) Pilulæ *stomachicæ Cullen.*
Rec. Pulver. *Rad. Columb.* Drachm. 1.
— — *Gentian.* Unc. dimid.
Vitriol. Martis factit. Gran. 15.
Mucilagin. Gumm. arabic. quant. suffic.
Fiant lege artis Pilulæ No. 24. *stomachicæ* ante prandium & coenam, Pilulæ No. 2-3. superbibendo Cyathum subsequentis mixturæ.
Rec. *Cort. peruv.* Drachm. 3.
— *Aurant. Cinnamom.* ana Drachm. 1.
Spirit. Vini gallic. Unc. 4.
Digere per horas. 2 add.
Aquæ bullient. Unc. 12.
Digere rursus per horas 12 Cochleatim.

14) Guttæ *stomachicæ* anticolicæ *Cullen.*
Rec. *Tinctur. Castor.*
Spirit. Lavendul. ana Drachm. 1.
Laud. liquid. Sydenham. Drachm 2.
Misce fiant *Guttæ. stomachicæ.*
Dosis. Guttæ 60. sacharo instillandæ.
Vel Rec. *Elix. Proprietat.* Unc 2.
Laud. liquid. Sydenham. Unc. dimid.
Capiat Guttas 50-60. bis-ter in die.

15) *Electuarium stomachicum* Nosocomii Trinitatis Viennæ.
Rec. Pulv. rad. *Calam. aromat.* Drachm. 2.
— — *Rhabarb.* Scrupul. 4.
Syrup. Menth. quant. suffic.
Misce.

16) *Stomachicum - anthelminticum - carminativum*, atque *nervinum* remedium, *Mellin.*

Rec.

Rec. Rad. *Valerian.* magnæ recent Drahm. 1.
Infund in *Aqu. fontan.* Unc. 6. cola pro potu.
Et ejus *Stomachicum - calidum - carminativum.*
Rec. Olei *Anisi - Carvi* ana Gutt. 12.
— *Cinnamom.* Gutt. 4.
Misce. *Dosis* Gutt. 4. sacharo instillandæ, & cum *Vini* haustu sumend.

17) *Electuarium stomachicum Stoll.*
Rec. Rad. *Calam. aromat.* Drachm. 2.
— *Rhabarb. elect.* Scrupul. 4.
Syrup. Menth. quant. suffic.
Ut fiat *Electuarium* mediæ consistentiæ.

18) *Roborans* & *stomachicum* remedium, semper efficiens, commendat, *Bicker.*
Rec. Extr. *Gentian.*
— *Trifol. fibrin.* ana Drachm. 3.
solve in *Aquæ Menthæ piperitid.* Unc. 8.
Adde *Elixir Vitriol. Martis* Drachm. 2.
Misce, detur cochleatim.
Vel Rec. Extr. *Card. bened.*
— *Centaur. minor.* Drachm. 1.
solve in *Vini hispanic.* Unc. 3.
Adde *Elix. visceral. balsamic. Hofm.* Unc. dimid.
Misce, Detur guttatim.

19) *Species stomachicæ externæ Pharm. Nosocom. Hafniens.*
Rec. Herb. *Menth. - Absynth.*
Flor. Chamomill.
Semin. Cumin. ana part. æqual. Misce.
Uti *Herb. Millefol.*
Rad. *Pimpinell. alb.*
Cortic. Aurant. ana Unc. 2.
Mixta, incisa eximie conducunt, qua *Species* pro *Infuso stomachico.*



Uti *Species* hæ *amaræ* pro *Infuso theiformi stomachali* mane sumend. valde conducunt, qua jejunum, confortans ventriculo debili; & digestione depravata laborantibus; parat. e *Herb. Centaur. minor.* - *Card. bened.* - *Trifol. fibrin.* - *Semin. Anis simplic. Mixt.* *Re.*

20) *In Ventriculi debilitate*, & *intestinorum rheumatismis* chronicis, - *arthritide* irregulari - *anasarca* americana eximie profuit *Adair*, (ad Medical Commentary,) *Infusum spirituosum* e *Semine Sinapi*.

Qui contendit quoque *usum Calomel*, exaltare vim *Martialium* remediorum.

Uti *Corticis Peruvian. vim.* exaltant
Canellæ albæ Gran. 5. ad
Cortic. Peruvian. Drachm. 1.

STRANGURIA.

1) *Roob* e Baccis *Sorbi aucupariæ* opem praestitit insignem juveni, *stranguria* afflicto, post plurima incassum propinata remedia.

2) *Ettmüllerus* in *stranguria* s. *urinæ excretione* guttatim succedente, cum acerbo dolore, & continuo stimulo, commendat *emetica*, cujus vires sunt magnae in affectibus urinariis, item laxantia cum *Mercurio dulci*, Rad. *Liquirit.* cum fol *Malv.* in jure pulli; - *Decoctum Cort. aurant.* - *Opiata*.

Pro evporisto *Decoctum Raparum*, suadet qua remedium sine pari; - *Decoctum Semin. Cannab. Oleum Amygdalar.* dulc. - *Syrup. Altheæ*, — *Succum Cancror.* fluviatil. Conveniunt quoque *Clysteres emollientes*; *injectiones in vesicam*, e *Lacte* cum *Oleo Amygdalar.* dulc.

dulc. &c. — — *Thermæ* etiam prosunt, testimon. *Ettmüller.*

Stranguriam vehementem sustulit de *Haen*, usu Herbæ *Uvæ ursi* pulverisat. Drachm. dimid omni mane, præmisso Infuso balsamico & laxante; qualis herba convenit quoque in *suppuratione renum - ureterum - vesicæ*, in affectibus præternaturalibus viarum urinariarum, etiam *calculis* junctis.

SUDOR PEDUM.

1) *Epidermis Betulæ albæ* immitti solet in calceos, ad *sudorem pedum* provocandum; quo sudant semper pedes, & species revulsionis oritur, in morbis chronicis sæpe salutaris. *Bergius.*

2) *Infusum* theiforme foliorum Herbæ *Salviæ*, simplex, vel cum *Spiritu Vini* paratum qua roborans - hecticis conveniens. *Mellin. Re.*

3) *Lapidem Calaminarem* pulverisatum commendant alii, uti in ophthalmia, qua exsiccans eximium, caute adplicandum, ad sudores chronicos, sub brachio, & in pedis planta.

SUFFIMIGIA STOLL.

Sumitur pulvis grossus ex *Olibano*, *Mastiche*, *Myrrha*, *Ladano*, *Gummi Ammoniaco*, *Bacc. Juniper.* ad aliquot Uncias. — Etiam *Lignum Rhodii*, - *Flores Benzoes.*

1) Ad *laxos tumores dissipandos crurum*, & circa malleolos, post morbos diuturnos, in *hydrope topica*, ubi reliquum corpus sanum, subjungenda vero est lenis frictio.

2)



2) Ad *auram lustrandam*,

Non sufficit, aërem impraegrare balsamicis, ut foetor emendetur, & nares fallantur, cum aër infectus tamen manet, sed debet accedere motus aëris, & novus aër per aperturam fenestrae, dein viva flamma, & ventilatorio, si neque aër extrinsecus aliquid valeat, tunc repleri debet cubiculum aëre dephlogisticato.

Rec. *Florum Benzoes*
Sal. ammoniac. ana Drachm. 1.
Misce

Rec. Pulver. *Lign. Rhodii.* Unc. 1. & dimid.
Nitr. depur. Unc. dimid.
Mastich. — *Oliban.* ana Drachm. 2.
Misce fiat suffimigium. *Stoll.*

SUGILLATIONES.

1) Rec. *Sal. ammoniac.* puriss. Unc. 1. solve in
Aqu. fontan. Unc. 20 adde.
Vini generos. Unc. 5.
Aceti Unc. 2. cum dimid.
Misce. van *Swieten.*

2) *Sal Culinare*, *Aceto Vini* solutum, sanguinem congrumatum, in locis sugillatis & contusis optime discutit & resolvit. *Re.*

SUPPURATIONEM PROMOVENTIA.

1) *Unguentum suppurans* Ph. *paup. Prag.*

Rec. *Ceræ flavæ*
Resin. vulgar. ana Unc. 6.
Liquefactis adde
Cepæ sub cineribus assat.

Mellis

Mellis ana Unc. 30.
Sapon. Nigri Unc. 6.
Simul incoquantur leniter, donec omnis humor consumtus sit, tum exprimendo cola, & subige bacillo, ut omnium unitas fiat.

SURDITAS.

1) *Succo Allii sativi* lanam bombycinam imbibere, illamque auri intrudere, repetitis vicibus per diem unicum, in *Surditate rheumatica* sæpius levamen attulit.

Meatus quidem *auditorius* inde rubet, dolet, dolet, & sensibilis fit per diem unum alterumve, tum prurit, tandemque desquamatur, redeunte sæpe auditu. *Bergius.*


2) *Surditas* cessavit usu *Olei Chamomillæ* romani cum *Oleo Olivarum* commixto, tam auri immisso guttatim, quam ad tempora, verticem-dorsalem regionem eo illiniendam; uti *hydropico* cuidam, malo auditu affecto, cui cerumen aurium album iterum flavescebat: observat. *Weickart.*

Quibus *Oleum Chamomillæ* nimis pretiosum est, iis *Oleum Lavendulæ* multo vilioris pretii substitui tum potest.

3) *Surditatis* affectus *dolorificos*, cum *prurigine*, jam mitigavit auribus immissum Cochlear parvum, aliquoties de die per minutas 4-5. alternatim ab uno aure in alterius, *Extractum Saturni liquidum Goulardi.* observat. *Rosenstein.*

4) In *depravato auditu* a *plethora* & *debilitate* orto, radix *Chelidonii major.* recent. per octiduum, auri immissa eximie jam profuit: *Re:*

5)



5) In *Surditate*, a debilitate partium orta, *Guttae hae acusticae anglicae* eximie jam profuere.

Rec. *Olei Amygdalar.* Drachm. 3.
Spirit. Sal. ammoniac. Drachm. dimid. ad 1.
Misce, aliquoties de die auri immittendi guttatim. *Halyt.*

SYNANCHE STRANGULATORIA.

Bergii observatis & experientiis, in ejus regione, saepius epidemica est *Synanche strangularia.*

Cum successu 1) Vaporem frigidum *Aceti Gallici* adhibuisse contendit, ita ut acetum exceperit linteis, quae probe lectum aegroti extendenda curaverat; quo modo tota camera repleta fuit *vapore Aceti.*

Insimul 2) *Vesicatorium* applicuit asperae arteriae.
3) *Purgantiaque antiphlogistica* propinavit.
4) Sanguinem emisit vel venae sectione vel hirudinibus.
5) *Emulsiones* oleosas adhibere jussit aegrotos istos.

In initio morbi nunquam fefellit haecce methodus; simulac vero *tubus* in aspera arteria jam dudum est formatus atque solidatus, medelae vix erat locus. e. g.

Rec. *Olei Amygdal. dulc.*
Syrup. Violar. ana Unc. 1.
Misce. *Dosis* Cochleatim.

Rec. *Semin. Papav. alb.* Unc. 2.
Aqu. Rosar. Unc. 8.
Misce fiat lege artis *Emulsio*, cui addi potest;
Laudan. liquid. Sydenham. Drachm. dimid.

Nitr.

Nitr. depur. Drachm. 1. & ½. - 2.
Misce.
Rec. *Tamarindor. pulp.* Unc. 1.
Nitr. depur. Drachm. dimid.
Solve in *Aquæ calidæ* Unc. 4.
Colaturae adde
Mannæ calabrin. Unc. 2.
Misce usui, qua *laxans* antiphlogisticum.
Vel Rec. *Tamarindor.* pulp. Unc. 2.
Sal. mirabil. Glauber. Unc. dimid.
Solv. in *Aquæ calidæ* Unc. 6. Misce.

SYNCOPE.

1) Rec. *Asæ foetid.* Unc. dimid.
Castor. - *Camphor.* ana Scrupul. 1.
Olei *Succin.* Gutt. 10.
Misce fiat *nodulus* naribus admovendus. *Mellin.*
Vel Rec. *Spirit. Sal. Ammon.* anisat. Unc. 1.
Olei Lavendul. Gutt. 16.
Misce detur in vitro probe obturato, naribus admovendus eo aperto. *Mellin.*
2) Syncopen infantum, qua teneros adhucdum, auferendam, suadet *Sal. Culinare*, linguae immissum, *Plenck.*

SYPHILITIS VIDE LUES VENEREA.

TEMPERANTIA.

1) *Mixtura temperans Pharm. paup. Hamburg.*
Rec. *Cremor. Tartari.* Unc. 1.
Borac. Drachm. 2 - 4.
Misce, solve in *Aquæ fontan bullient.* quant. suffic.

Co-



Colatur. refrigerat. Unc. 10. adde
Nitr. depurat. Drachm. 2.
Oxymell. ſimplic. Unc. 2.
Miſce. Doſis ſaepius in die Cochlearia 2 - 3. quavis vice.

2) *Pulvis refrigerans Pharmac. Noſocom. Hafniens*

Rec. *Cremor. Tartar.* Part. 15.
Nitr. depurat. Part. 4.
Elæoſach. Citr. part. 7. Miſce.
Et ejus *Pulvis temperans Campheratus.*
Rec. Pulv. *refrigerant.* Unc. 1. & dimid.
Camphor. Scrupul. 2. Miſce.

TENESMUS

1) *Dolores teneſmi* oleoſa remedia externa magis auxerunt, leniit vero eos maximopere *Mucilago ſeminum Cydoniorum*, obſervat. *Wendt.*

2) *Teneſmos* in *diarrhoeis* jam ſubito ſuſtulit, uſus continuus *Lactis commun. tepidæ*, ſpongiae ope vel linteaminum applicatus. *Re.*

TETANUS.

1) *Tinctur. Thebaic.* Gutt. 60. pro una doſi, & aliquoties ita ſumtae, in *tetano* egregie profuerunt in anglia D. *Chavaſſe.*

2) In *tetano*, a laeſione externa orto, commendat inprimis *Starke Infuſum frigidum Cortic. Chinæ*, & copioſum uſum *Decocti Cortic. Quercuum*, - *Camphor.* - Rad. *Serpentar.* - *Extract. Colchic.* - *Arnicam* - Cicutam - *Opium*, cum *Mercurialibus* congrue junctis.

Ac

Accuratam & necessariam purificationem *vulneris* commendat, e solutione inprimis paratam *Mercurii sublimati* in *Spiritu Lavendulæ*, & *Decocto*, e Lignii *Guajac.* parat.

In læso nervo & tendine discisso subito est suscipienda; & ibi *Balsamus peruvianus* forsan valide prodesset, alias eximie commendatus.

Balnea *Oleosa* rejicit, commendat vero *balnea* e *Sinapi - Raphano armoracio*, s. *Daphne Mezereum*, caeterum balnea frigida. — In pulsu pleno, respiratione difficili, commendat *Venæ Sectiones* in vena jugulari, cucurbitas, hirudines, arteriotomiam vero & scarificationes reiicit; interne *Opium*, & *Mercurium* cum aliis antispasmodicis, e. g. *Moscho - Castoreo* in *Spiritu Vini*. In ore clauso aperturam artificialem suadet, instrumentis congruis instituendam, quorum ope remedia interna quoque adplicanda suadet. *Stark.*


TINEA,

1) Rec. *Turion. Pini* Manipul. 3. coqu. in *Aqu. fontan.* Unc. 18. per $\frac{1}{4}$ hor. frigefact. adde *Vini albi* totidem, stent per diem, exprime.

Dosis. Unc. 2 - 3. quotidie per mensem continuanda.

Qua *specificum* in *tinea*, & in variis *morbis cutaneis* commendat. Fried. *Hofman.*

2) Rec. *Turion. Pini* Manipul. 3.
Coque in *Aquæ fontan.* Unc. 12 & $\frac{1}{2}$. per quadrantem ho-

horae frigefact. adde *Vini albi* totidem Stent per diem, exprimatur.

Dosis. Unc. 2 - 3. quotidie per mensem. *Fried. Hofman*. — *Mellin*.

3) *Tineam virginis* optime emollivit *Unguento epispastico*, & adipe bovino commixto, quo caput dein tegebatur linteo semper madefacto *Aqua tepida*, commixta parum *Spiritu Vini*, uti in aliis profuit Aqua *saturnina* vulgar. tepida, observat. angli *Rigby*.

4) *Meier* utitur inprimis *Decocto* saturato foliorum *Tussilaginis*. s. *Farfaræ*.

Uti in *Suecia Krak Viola tricolore* multò cum usu utitur, eadem planta, contra achores, alias consueta.

Et *Wendt* qouque in tinea conjunctis simul *Cantharidibus*.

5) *Duncan* utebatur in tinea pluries epithematibus e *Mica panis*, & *Mercurio sublimato*, cum *Aqua commun*. parat. & Unguento e Drachm. dimid. *Virid. Aeris* cum *Axung. porcin*. Unc. 2.

6) *Tinea Capitis* felicissime & subito tollebatur fomentationibus, paratis e Decocto saturato *florum Sambuci - Salviæ - Malvæ - Saponè veneto*, conjuncto simul potu copioso diluente Radicis *Graminis* & *Liquiritiæ*; & quotidie ter in die dosis *Turpethi Mineralis*, lacte cum sacharo, & omni die quarto lenè laxans, in nucha vesicatorium magnum, & esculenta vegetabilia cum lacte.

Emollitæ dein tineæ capitis adplicabatur *Unguentum ex Uvis*, *Oleo Tartari foetido* parato, quo crusta hæc dein a capite decidebat, & post spatium quinque hebdomadum

dum caput plane in pristinum statum sanum restituebatur. *Reichart.*

7) Unguentum ad *Tineam Pharm Nosocom. Hafniens.*

Rec. *Olei Lini* Unc. 3.
Picis liquid. Unc. 2.
Vitriol. alb. Unc. dimid.
Misce fiat *Unguentum.*
Vel Rec. *Ciner. Nicotian.* qu. plac.
Butyr. recent. non salit. qu. suffic.
Misce fiat *Unguentum.*

TUSSIS

1) *Tussin convulsivam infantum*, qua attenuante tenacia nimis; — *sputa critica* promovente, eximie pluries sustulit, hocce remedio; *Bicker.*

Rec. *Sulphur. Antimon.* aurat. Gr. 3.
Oxymell. Squill. Unc. 2. Misce fiat *Linctus.* Detur parvum cochleare per vices *Bicker.*

2) In *tussi* & *asthmate pituitoso* suadet *Bicker*,

Rec. *Gumm. ammoniac.* Vitell. ovi qu. suffic. subact. Drachm. 2.
Aqu. Hyssop. l. *Veronic.* Unc. 6.
Oxym. Squill. Unc. 1.
Misce detur cochleatim omni trihorio. Est lac sic dictum ammoniacum.

3) *Tussis* maxime *convulsiva* medetur etiam hisce remediis.

Rec. *Extr. Nicotian.* Scrupul. 1.
Rad. *Glycirrhiz* pulver. quant. suffic.
Misce. fiant. Pilulæ Gran. 2. obduc. pulv. sem. *Anis.* Mellin.

4) Ad *tussin* cum *asthmate* commendat quoque Mellin,

Rec. *Squillæ* pulverisat. Drachm. dimid.
Gumm. ammoniac. Drachm. 1.
Sapon. venet. Drachm. 1. & dimid.
Sachar. quant. suffic.
Misce fiant lege artis Pilulæ Gran. 1. Dosis. No. 20,

5) *Spasmodicam tussim* pluries sustulit *Cheyne*, hocce modo:
Rec. *Milleped.* in *Vini albi.* demers. qu. vis.
Exprime succum & adde
Sachari albi quant. suffic. ut fiat Syrupus.
cochleatim sumendus. *Cheyne.*

6) Pulvis ad *Tussim convulsivam*, *Pharm. paup. Pragens.*
Rec. Flor. *Zinci* Drachm. 1. & dimid.
Opii puri Gran. 15.
Cort. Peruvian.
Sem. Fœniculi ana Unc. 1. & dimid.
Misce fiat pulvis.
Ph. *pauper. Hamburg.* suadet.
Flor. *Zinc.* Gran. 12.
Opii pur. Gran. 3.
Cort. Peruvian.
Semin. *Foenicul.* ana Unc. dimid.
Misce fiat pulvis, divid. in part 12. æquales.

7) Decoctum *Rubiæ tinctorum saturatum*, profuit jam pluries eximie in *tussi chronica*, uti in *ictero*, in *vomitu* per plures septimanas, imo menses sumtum. *Marx* observat.

8) *Tussim* phthisicorum sæpius removit Extracto *Hyosciami Stoerk.*

9) In *tussi infantum* & *in phtisi* confert succus radicis *Dauci Carotæ*, inspissatus ad mellaginis consistentiam, cochleatim sumtus *Schober.*

10) *Serum lactis alliatum* in *tussi* valde est fructuosum. observat. *Bergii.* 11)

11) *Tussi convulsiva* laborantibus dedit summo cum fructu, e foliis siccatis *Paris quadrifoliæ* Scrupul. 1. quavis vespera pueris 10-12. annorum, quo alvus leniter ducta, somnus tranquillior evasit, & symptomata paululum remiserunt, testimon. *Bergii.*

12) In *tussi ferina* Infusum herbæ *Lædi palustris*, s. *Rosmarini sylvestris* multum jam profecit, juncta simul quibusdam cura *lacticinia*, *emeticis* prægressis congruis. *Bergius.*

13) In *tussi convulsiva* utitur præcipue *Cortic. peruvian.* & *Cantharidib.* externe, in Anglia *Letsons* & *Krak.*


14) *Tussim convulsivam* infallibiliter tollere huncce *Syrupum* cochleatim sumptum, contendit *Cheyne* in tractatu de arthritide.

Rec. *Milleped.* in *Vin. alb.* demers. quant. plac.
Exprime succum, & adde
Sachar. alb. quant suffic.
Misce fiat lege artis *Syrupus* cochleatim sumendus.

15) *Tussis, convulsiva infantum*, & *phthisicorum*, curabatur jam pluries tam *emulsione Amygdalarum*, quam *Decocto pomorum*, hocce modo parato, e *pomis* sic dictis *Borsdorfer* subacidis concisis, in *Aqua communi*, addito simul *Sacharo* sic dicto *Candis*, & parum *Croci*, plane decoctis, ad sublimpidum plane Decoctum suave, instar potus vasculatim sumendi. *Re.*

16) *Tusses catarrhales recentes*, (uti *convulsivæ*,) *Opio*, in prima quasi herba, intercipiuntur. Imo *tusses* quoque *protractæ Opio* levantur, & ut bene monuit de *Meza tussis* illa *titillatoria*, hora somni vesperi rediens, *phthisi*

 obno-



obnoxiis inprimis familiaris, Opio eleganter sopitur, & eruptio *phthiseos* inde præcavetur, modo usus continuetur per 2 - 3. septimanas, & vena secetur, quando pectoris dolor molestus urget, *Bergius*.

17) *Tussim convulsivam Buchhave* observat: optime profligavit rad. *Belladonnæ*, a Gran. dimid - 6. cum *Sacharo* mane & ad vesperam per plures dies, & quavis die quarta emeticum interpositum, & in adultis infantibus, in inveterata tussi per 3 - 4. hebdomades.

18) *Tussin spasmodicam - convulsivam* pluries sustulit *Venæ sectione* parva, *Tartaro emetico* in exigua dosi, & guttis quibusdam *Olei Succini*, *Sacharo* immissis, *Underwood*.

19) *Tussim* vehementem *spasmodicam*, chronicam cum *vomitu* materiæ acidæ copiosæ, appetitus defectu, febre quadam catarrhali simul juncta, infantis novem annorum sustulit plenarie hisce remediis, *Re.*

Rec. Herb. *Card. bened.*
Summitat. Centaur. minor. anaDrachm. 2.
Cortic. Peruv. elect. Unc. dimid.
Tartar. tartarisat. Scrupul. 4.

Coque in *Aqu. Menth.* s. Unc. 10. ad remanent.
Colatur. Unc. 6. adde
Syrup. cortic. Aurant Drachm. 6.

Misce. *Dosis*, bis in die Cochlear. 2. una hora ante quodvis prandium & cœnam.

Ad *æstum febrilem* & *vomitum*, mane & ad vesperam, *potiunculæ Riverii*, Cochlear. 1 - 2.

Rec.

Rec. *Succ. Citr.* Unc. 1.
Sal. Herbar. s. Absynth. quant suffic. ad saturationem adde,
Aqu. Cinnamom. cydon.
— *Cascarill.* ana Unc. 1. & dimid.
Syrup. Capillor. vener. Unc. dimid.

Misce.

Tinctur. Rhabarb. Guttæ 40. pomeridie in quavis dosi possent addi, quibus eæ non sunt nimium nauseosæ, in dosi matutino tempore sumendæ, ad vesperam vero una - ad duo doses sine *Tinctur. Rhabarb.* conducunt.

Ob metuendam *febrem lentam* succedentem adhibebantur multo cum fructu, per quoddam tempus hæcce remedia.


Rec. Herb. *Capillor. vener.* Drachm. 2. & ½.
Flor. Rosar. rubrar. Drachm. dimid.
Rad. Liquirit. Drachm. dimid.
Gumm. Arabic. Drachm 1.

Infund. cum Unc. 4 - 5. *Aqu. commun.* cum & sine lacte, & in quavis portione Cochlear. 1 - 2. Thee - dicta.
Sachar. lactis, cum subjuncto usu
Liquor. Terr. foliat. Tartar. aquos Gutt. 40 - 50. cum Aqua commun. qua temperans - lene resolvens.

Ob *alvum adstrictam*, exceptis clysmatibus, in hebdomade una vice l. bis hocce remedium profuit eximie.

Rec. *Infus. laxat. Viennes.* Unc. 1. & dimid.
Tinctur. Rhabarb. Unc. dimid.
Tartar. Tartarisat. Drachm. 1.
Spirit. Sal. Ammon. anisat. Drachm. dimid.

 Misce,



Misce, mane cochlear. 2 - 3. vel quant. suffic. ad sedes 2 - 3.

Cura absolvebatur tum tota *acidulo Deinacensi*, cum & sine lacte per quoddam tempus, uti & ob multum mucum in pectore, & latentem æstum quendam, febrilem subjungebatur usus,

Liquor. Terr. foliat. Tartar. aquos. ad Gutt. 50 - 60. bis - terve in die,

Cum *Aqu. commun.* qui insignem præstitit usum, & restituit plenarie ægram hancce puellam, morbo tam gravi chronico diu laborantem; inprimis quum simul *Decoctum saturatum Cortic. Peruvian.* instar potus Coffee paratum, cum *Lacte commun.* per quasdam hebdomades adhiberetur, & ob *tussim* irritantem in nocte, simul cum usu adhibebantur.

Pilul. de *Styrace* Gran. 2 - 3.

cum *Nitr. depur.* Gran. 4 - 5. & cum *Sachar. Commun.* qu. suffic. tritis. ad levem subtilem pulverem facilius sumend. quam in forma pilulari.

20) *Tussim convulsivam epidemicam vehementem* gravidæ ita feliciter sustulit *Krebs.*

Rec. *Mosch.* Grana. 3.

Sulphur. aurat. *Antimon.* Gran. 1.

Sachar. alb. Scrupul. 1.

Misce fiat pulvis, dentur tales No. 12.

Eorum 2 - 3. per diem sumend. cum interposito usu *Tartar. emetic.* & *Asæ fœtid.* in dosibus exiguis.

Infanti *tussim* ejus *convulsivam* vehementem sustulit tantum usu *Oxymell. Squillit.* - *Tartar. emet.* - *Moschi*; & subjunctum dein hocce *Decoctum Chinatum*, optimo cum fructu.

Rec.

Rec. *Cort. Peruvian.* Drachm. 2.
Coqu. *Aqu. fontan.* Unc. 4. ad remanent. Unc. 2. & dimid.
Colatur. add. *Tinctur. Rhabarb. aquos.* concent. Drachm. 6.
Tartar. emet. Gran. 1.
Syrup. Rub. Idæi quant. suffic. ad grat. sapor.
Misce. *Dosis* omni bihorio Cochlear. 1.

21) In Ungaria optimo cum fructu utuntur, in *tussi spasmodica infantum*, *Oleo Olivarum* puro, cum *Sacharo* subtili pulverisato, *cochleatim sumto* sæpius. v. *Samler*.

TUSSIS.

1) In *tussi* & *asthmate pituitoso* qua mirifice efficiens, *Lac sic dictum Ammoniacum* ita præparandum commendat, *Bicker*.

Rec. *Gumm. Ammoniac.*
Vitell. Ovor. quant. sat. subact. Drachm. 2.
Aquæ *Hyssop.* l. Pulegii Unc. 6.
Oxymell. Squillit. Unc. 1.
Misce. Detur cochleatim omni trihorio.

Commendat quoque *Bicker* hocce *Lac Ammoniacum* in *calculo* - *arthritide* - *hydrope* - *ictero* - *malo hypochondriaco*, qui sæpissime in dictis morbis effectus saluberrimos vidit.

Sicuti hæcce *Pilulæ resolventes Tissoti*, a *Baldinger* commendatæ e *Gumm. ammoniac.*

Rec. *Gumm. Ammoniac.*
Sapon. venet.
Extr. Taraxac. ana quant. plac.



Fiant cum *Syrup. Cortic. Aurant.* quant. suffic. Pilulæ ponder. Gran. 2. obducend. fol. argent.

Dosis Eorum No. 10 - 15. mane & ad vesperam.

2) In *tussi pertinaci* & *asthmate sine febre*, cum *alvi obstructione*, & *mensium irregularitate*, præprimis contulerunt pluries hæcce pilulæ.

Rec. *Gumm. Ammon.*
Sapon. venet.
Extr. Enul. - Rhabarb. ana Drachm. 1.
Misce fiant Pilul. Gran. 2. obduc. Sem. *Anis simpl.*

Dosis bis vel ter, quavis vice eorum No. 10. *Re.*

Uti in aliis quoque fructum exoptatum præstitere, in hacce mixtione.

Rec. *Extr. Veronic.*
— *Cort. peruv.*
— *Aloes* gummos.
Gumm. *Ammoniac.* in *Aceto Squillit.* solut. & inspissat.
Sulphur. Antimon. aurat. tert. præcip. ana Scrupul. dimid.
Misce fiant Pilulæ No. 40. obducantur Argenti foliis vel semin. Anis. simpl.

Dosis. Eorum Nr. 10. mane & ad vesperam. *Re.*

Uti & *Pilulæ* hæ magis *expectorantes.*

Rec. *Gumm. Ammoniac. Acet. squill.* sol. Scrupul. 4.
Gumm. *Benzoes* Scrupul. 2.
Extr. *Centaur. minor.*
— *Enul.*


— *Enul.* - *Absynth.* ana Drachm. 1.
— *Cortic.* Cascarill. Drachm. dimid.
Sulphur. Antimon. aurat Scrupul. dimid.
Misce fiant pilul. Gran. 1.
Dosis Eorum No. 10. quavis vice, & quidem bis in die. *Re.*

3) *Tussis* cum *raucedine* & *titillatione faucium* cessat usu frequenti *Sachar. candis* dicti, solut. in *Aceto vini* bono; uti
Succus Liquiritiæ frustatim sumtus;
Vel *Passulæ majores* recentes, (Zibeben,) dictæ, *Re.*

4) *Succus malorum Citri* saturatus *Sacharo* albo pulverisat. æque confert. Re.

5) D. *Carl* summo cum fructu in affectibus *catarrhalibus - tussi - raucedine* utebatur,
Tinctur. Antimon. acri anisat. Hofm.
Liquor. Terr. foliat. Tartar. ana Unc. dimid.
Mixtis, ad Gutt. 30 - 50. in Infuso theiformi ordinario pectorali, vel Flor. *Sambuc.* vel Speciebus ejus pectoralibus ita compositis.
Rec. Rad. *Cichor. sylvestr.* Unc. 1.
Hbæ. *Veronic - Tussilagin.*
— *Heder. terrestr.* - *Flor. Arnic.*
Flor. Bellid. min. - Sem *Anis simpl.* ana Unc. dimid.
Mixtis - incisis ad Species pectorales.
Uti *Essent. Enul.* - *Pimpinell. alb.* ana Unc. dimid.
Syrup. Hyssop. - *Helen.* ana Unc. dimid.
Mixtis, ad Guttas 60 - 70. ter in die sæpius profuit in *affectibus catarrhalibus - tussi - raucedine* gravi. *Reuss.*

6)

6) *Pulvis demulcens* ad *tussin Nosocomii univers. sal. Viennnæ.*

Rec. *Flor. Sulphur.*
Gumm. arabic.
Sachar. alb. ana Drachm. 1.
Extract. Liquirit. Drachm. 2.
Misce fiat Pulvis dividend. in doses 10.

Et ejus *Pulvis* ad *tussim.*

Rec. *Flor. Sulphur.*
Sachar. alb. ana Unc. dimid.
Extract. Liquirit. Drachm. 6.
Misce fiat Pulvis, pro Dosi Scrupul. 2.

7) *Pulvis Catarrhalis Pharm.* pauper. *Pragens.*

Rec. *Flor. Sulphur.*
Nitr. depurat.
Rad. *Liquirit.*
Semin. Foenicul. ana Drachm. 2.
Misce fiat Pulvis.

8) *Tussis inveterata - chronica* Radicis *Rubiæ Tinctorum* usu curata, a D. *Marx.*

Vir 67. annorum - plegmaticus afficiebatur jam in ætatis ejus anno 31. ex refrigerio *tussi vehementi*, cum raucedine & tenacis viscidi muci reiectione, angustia pectoris, post somnum onerosa semper respiratio, varios arte peritos consuluit, eorumque consiliis varia adhibuit remedia - contra varias formatas causas, vel in capite, vel in ventriculo, vel in pectore. *Pectoralibus medils* mucus pectori eo firmius adhærebat, & affluxus augebatur, quo tussis dein in consuetudinem vergebat, omni cæterum diæta accurata observata.

Singulis annis tussis augebatur ita, ut 1746. herniam ei excitaverit. — 1765. febris in-

ter-

termittens sustulit tussim, raucedo vero insignis accedebat.


Ob debilitatos pulmones, ad mucum e pulmonibus per tussim & expectorationem, ad mucum sanguini inhærentem, resolutum, per urinam, melius quam per alvum expellendum, - ad pulmones laxas confortandas, - muci affluxum impediendum, suasit dehinc *Marx*

Usum *Radic. Rubiæ Tinctorum*, qua resolvens, abstergens, diureticum, confortans, & expectorans, uti in *peripnevmonia nota* hujus radicis usum æque pereximium deprehendit, ac in *ictero*, a viscositate cum colica, orto, variis antea frustra adhibitis.

Præmisso usu Infusi Rhabarbar. aquosi. adhibere tum jussit ægrum tussientem, quotidie 3 - 4. vitra cerevisiaria ordinaria Decocti saturat. *Rad. Rub. Tinctor.* (e Rad. Rub. Tinctor. Unc. dimid. cum Mensur. 3 - 4. *Aquæ commun.* coct.)

Flor. Macis Gran. quaedam addidit qua resolvens & confortans. In initio usus hujus Decocti adhibere jussit *succum Millepedum vivorum* cum *Aqua Cinnamom.* & *Vino* expressor. parva primum dosi, & ob penuriam recentium subito, sese imminuit & raucedo, & in quovis latere sine molestia dein poterat decumbere; sub usu hujus Decocti urinae excretio valde augebatur, dolor hinc in pene cum stranguria simul sentiebatur, quae mox sese imminuit emulsione mucilaginosa, demulcente simul juncta, minctionem urinae valde augente, instar

tus-



turbidi seri lactis, & muci albuminis instar ovi, restituebatur dein plenarie, tamdiu, donec anno aetatis 71. demum febre acuta decumbens gravi spiritum suum efflaret.

TYMPANITIS

1) *Tympanitidem* felicissime sanasse *epitematibus frigidis*, linteaminum ope, immersorum *Aquæ frigidæ* & *Aceto*; conjunctis simul *enematibus folior. Tabaci*, & *Mixtura* tonica antispasmodica, testatur *Reichart.*

2) *Fotus* ad *tympanitidem Fuller.*

Rec. *Nitri* Unc. 2.
Sal. Ammoniac. Unc. 1.
Spirit. Vini tenuior. multo phlegmate imbuti Libr. 2.
Misce & dissolve in vitro. *Ettmüller.*

3) In *tympanitide* commendat *Van Suiten*, *Oleum* destillatum seminum *Anisi* & *Foeniculi* inprimis in hacce mixtione.

Rec. *Olei* destillat. *Anisi.* Gutt. 4.
Sachar. puriss. Gran. 40.
Rad. *Rhabarb.* Gran. 15.
Misce fiat pulvis. *Mellin.*

4) *Veram tympanitidem*, ex febre praegressa ortam, curatam vidit *Bergius*, *Clysmatibus* foetidis, ex *Asæ foetidæ* Drachm. 2. quotidie semel vel bis applicatis, combinato simul usu Rad. *Rhabarb.* quovis mane.

ULCERA EXTERNA

1) *Ulcera* externa - *fistulosa* succo *Trifolii fibrini*, qua bonum abstersorium multo cum fructu curavit *Frank.*

2)

2) Ad *ulcera impura* - *cutis erosiones* - vim eximiam narcoticam - diureticam - diaphoreticam *Solani nigri* expertus est - a Grano 1. hora vespertina dato, sensim ascendendo, ad Grana plura - *Gataker.*

3) Radicis *Dauci Carotæ* recentis, & rasae effectum salutarem in *ulceribus cancrosis*, sub *Cataplasmatis* forma adhibitae commendat *Sulzer* & *Gibson.*

Cataplasma e *Dauco raso*, frigide applicato, brevi spatio, post primam saepe applicationem, omnem *odorem ulceris* foetidum tollit, dolorem mitigat, & stillicidium ichorosum in melius vertit, sive sit ulcus cancrosum - s. syphiliticum - s. scorbuticum s. scrophulosum. - *Cancrum penis* non curavit, sed in *ulcere phagædenico pedis*, & in *ulcere carcinomatoso glandulæ inguinalis*, conjuncta cum latissima exulceratione, curam perfecit hoc cataplasma, propinato simul infuso *Maltæ* & victu antiscorbutico e *Nasturtio aquatico* & *Raphano*, observationibus *Bergii.*

4) Ad omnia *ulcera* tam externa quam interna, uti & ad *Ulcera scorbutica* - *cancrosa* & *fistulosa semen. Phellandrii aquatici* in pulvere, & in decocto commendat, Conr. *Ernsting* & Henr. *Lange.*

5) *Ulcus phagædenicum palati*, osse fere peroso, lavamento e radice *Rumicis americani* uti & *britannic.* conjuncto simul decocto *radicis* intus sumto, penitus curatum est: observat. *Colden.* test. Bergii.

6) *Camphoram* in *excrescentiis ulcerum fungosis*, digitis comminutam, & inspersam laudat *Collin.*



7) In *ulceribus - sordidis - ichorosis - fungosis - cancrosis*, uti & in *hypersarcosi*, - *carie ossium*, *folia Flammulæ* Jovis ſ. *Clematis erectæ* laudat *Stoerk.*

8) Ad *Ulcera cancroſa* - & ad *gangrænam* Herbam *Eryſimi - alliariæ* valde proficuam deprehendit *Bergius.*

9) *Folia Bardanæ*, (Arctium Lappa Lin.,) in *excoriationibus*, & *ulceribus apertis*, extus adhibita, eximie laudat, ubi heroica remedia fefellerunt, *Schoenleider.* teſt. *Bergii.*

10) In *ulceribus chronicis pertinacibus* eximie jam profuit *Vitriolum coeruleum* in *Aqua communi* ſolutum, in Anglia, obſervat. *Adair.*

11) In *Ulceribus chronicis apertis*, diu manantibus uſus pulmenti e *Dauco Carota* externe, & *Extractum Gratiolæ* in non magna doſi interne, non plethoricis quidem, hæmorrhagiis pronis, levamen inſigne præſtitit, *Wendt*;

Uti obſervat. *Saviert* - teſtimon. *Richter* hæcce remedia externe *ulceribus chronicis adplicata;*

Rec. *Vitriol. Martis* Unc. dimid.
Sachar. alb. Drachm. 2.
Camphor. Drachm. dimid.
Solutis in *Aquæ commun.* Libr. 2.
Mixtis applicandi loco affecto.

Vel Rec. *Alcali fixi* Drachm. 2.
Camphor. Scrupul. 2.
Sachar. alb. Unc. 2.
Solut. in *Aquæ commun.* Libr. 2.
Miſce.

12)


12) In *ulceribus chronicis* - *cancrosis* aliisque malignis - venereis - scorbuticis præcipuam præstitit opem Epithema crassum, e pulmento recenter rasæ Radic. *Dauci vulgar*: paratum, & applicatum *ulceribus* ac *cavitatibus cancrosis*, omnibus horis 24. reiteratum, & vulnus Decocto saturato *Cicutæ* elutum. *Mellin* - *Bergius*.

Cataplasma contendit *Bergius* e *Dauco vulgar*. raso, frigide applicato, breviter *omnem odorem ulceris foetidum* tollit, dolorem mitigat, stillicidium ichorosum in melius vertit, uti totum ulcus cancrosum - venereum - scorbuticum - scrophulosum.

Pari modo ulcus phagadænicum pedis, & *ulcus carcinomatosum glandulæ inguinalis* latissimum sublatum jam est hocce *Dauci* cataplasmate, adhibito simul Infuso *Maltæ* saturato, & diæta antiscorbutica e *Nasturtio aquatico* & *Raphano* simul observata.

13) *Ulcus cancrosum* cum *carie ossis temporum* restituit plenarie *Consprug* usu externo herbæ *Cicutæ* in Aqua calcis coctæ, in quo dein *Mercurius sublimatus* solutus erat; qui in *Ulceribus malignis*, in induratis glandulis Cicutæ *virosæ* s. *Conii maculati Stoerk* usum externum valde proficuum deprehendit, nunquam vero in jam apertis ulceribus cancrosis mammarum.

14) In *Ulceribus* - *malignis* - *cancrosis* - *scorbuticis* internum usum seminis *Foeniculi aquatici*, s. *Phellandrii alpini* valde proficuum deprehendit, cum pane butyro illinito sumti, *Lange*; & *Decocto* saturato hujus semi-



nis *Phellandrii* alpini utitur ſimul ad vulnus quotidie probe eluendum.

15) Obſervationib. *Tode* confert eximie *Infuſum Cortic. Chinæ* cum *Aqua Calcis*, qua exſiccans - antiſepticum, in *ulceribus* rachiticorum & ſcrophuloſorum infantum.

16) *Ulcera Scrophuloſa* præclari imminuit modo multoties uſus *Decocti* Herbæ recent. *Digitalis purpureæ*, *Monro* obſervationib. (de qua herba vide plura Hydrops No. 25.)

URINÆ

1) *Excretionem involuntariam*, ſeu in continentiam, in puellis duobus, novem & quatuordecim annorum ſuſtulit *Emplaſtro tantum veſicatorio* cum *Meliloto* commixto, regioni pubis applicato in Anglia *Oliphant*.

2) *Urinæ excretionem* ſemper valde *dolorificam* ſubito ſuſtulit *Krebs* emeticis tantum, & pulvere e *Cremore Tartar.* — *Sal. mirabil. Glauber.* — Radic. *Jalapp.* & *Liquirit.* Omni hora 1 - 2. cultri cuſpis; — conjunctis ſimul epithematibus emollientibus regioni pubis applicatis, & interne decocto ſaturato avenaceo, quo in initio eveniebat emeſis, tum alvus laxans, doloris imminutio poſt ſufficientem evacuationem & purificationem; potus largus *Lactis*, parati e ſemine *Cannabis*, omnem denique auferebat dolorem. *Krebs.*

3) *Urinæ retentionem* per triginta quinque horas durantem, ab atonia veſicæ urinariæ, ſuſtulit tantum Infuſione *Aquæ frigidæ*, regioni pubis applicatæ, & Epithematibus ex Aqua

qua frigida paratis, linteaminum ope, in Anglia — *Chavasse.*


4) *Urinæ excretio* copiosa fere continua, guttatim eveniens, simul quoque cum doloribus atrocissimis tollebatur plenarie & subito in spatio tantum trium dierum usu *Alumin.* ad Drachm. dimid. cum mucilagin. *Gumm. arabic.* Gran. 10. omni bihorio. — Restitutio eveniebat vero tum plenarie sine recursu mali, quum omni quadrihorio *Alumin.* Scrupul. 2. cum mucilagin. *Gumm. arabic.* Scrupul. 1. adhiberentur, — Quo modo æger hic 15. annorum tam misere decumbens in hoc affectu dolorifico adhibuit *Alumin.* Drachm. 18. sine ullo nisu ad emesin.

In initio mali adplicabatur Emplastr. vesicatorium ad os sacrum, & bis *Tinctur. Edinburg Cantharid.* Gutt. 10. bis in die, tum ad Guttas 30. bis - ter in die, quo post triduum cessabat urinæ hæc excretio larga, die vero 4to, a quo cessabat, rediit iterum malum; etsi Gutt. 40 - 50. hujus tincturæ adhiberentur; tum denique die 8vo. *Serum lactis aluminatum*, ex Unc. 12. *Lactis* cum *Alumin.* Drachm. 1. & dimid. parat. omni quadrihorio vasculatim sumtum, cum pulvere absorbente nil effecit, usque dum *Alumen* in *substantia*, qua *pulvis* cum *mucilagine Gummi arabici* adhiberetur. *Selle-Herz.*

VARICES

Varices in puerperis, aspectu jam cæruleo-lividæ-rubræ, eliminatæ jam sunt roboranti-

 bus

bus tantum *Unguento* de *Lythargyrio*, & fomentationibus ex *Aceto* de *Lythargyrio* paratis. *A. Re.*

Uti *Ruland* commendat *Epithemata vinosa* cum *Camphora*, linteaminum ope, adplicata.

Et *Gaum* linteamina Aquá Arquebusade humectata.

VARIOLAS

1) *Miasma* contra *variolosum* præservans *Rosenstein.*

Rec. *Calomel* rite præparat. Gran. 12.
Camphor Gran. 8
Extr. *Aloes* Gran. 12.
Gumm. *Guajac.* Gran. 16.
Misce fiant lege artis Pilul. ponder. Gran. 2. Obduc. fol. argent. l. Semin. Anis. Dosis No. 3-8.

2) *Pulvis* genuinus præparatorius *Dimsdale* ante *Variolarum inoculationem.*

Rec. *Mercur. dulc.* Unc. dimid.
Lapid. Cancror. pulveris. Drachm. 3. & $\frac{1}{2}$.
Sulphur. aurat. *Antimon.* Gran. 24.
Tartar. emet. Gran. 6.
Misce. *Dosis* Grana 3. infantibus, & adultis Grana 6.

3) D. *Stark* accepit. in *epidemia* quadam *variolosa* ægros varios, *oculis* valde *inflammatis* affectos, & in bulbo & in palpebris; præter venæ sectiones consuetas & laxantia utebatur ad discussionem hacce Aqua *ophthalmica* parata ex
Aquæ Rosar. Unc. 3.
Sachar. Saturn. Scrupul. $\frac{1}{2}$.-1.
Mixta probe.

Qua

Qua linteamina quadruplicata, (Compreſſen,) humectata, oculo applicabantur inflammato & ſimul quoque ſæpius in die ejus Guttæ quædam, oculi bulbo immeditate immittebantur.

Inflammatio ita plane tollebatur, & variolis quum iſti dein arriperentur, iſtorum oculi plane immunes manebant a variolis, & in univerſa iſta regione, in qua collyrium hocce contra opthalmiam hancce epidemicam, linteaminum ope, (qua Compreſſen adaptatorum,) applicabantur, erat eximium præſervativum antivarioloſum: celebr. autor hancce quæſtionem ulterius hinc penſitandam proponit, annon miaſma varioloſum commode poſſit enervari, & mitigari. *Stark.*

Uti alii pereximium fructum jam experti ſunt, *Oculos* & *Collum* præſervandi a variolis, ſi *Allium commune* manducatur ſubtiliter & halitus iſte emiſſus applicatur oculis & collo; uti alii utuntur pro manducatione fructu *Cubeben* & halitum iſti dein applicant loco affecto.

Aliis profuit jam præſervandi ſcopo oculos & collum, Theriaca vel *Camphora*, in linteamine molli involuta, & dorſo applicata, qua amuletum. *Re.*

4) In *variolis purulentis* - plane viridibus, cute plane flava, cum tremore artuum, ægris omnia reformidantibus remedia interna, profuere tantum *Vinum rhenanum*; clyſmata ex Aqua frigida parata; potus aciduli e *Spiritu Vitrioli* cum *Syrupo Violarum* & Aqua communi parati, teſtimon. *Krebs.*



Uti in alio ægro affecto *Variolis malignis* profuere eximie involutio in linteamine ſubtili laneo, (feinen Flanell,) Camphora illinito, linteamina ſedulo alternatim applicata recentia, & aëris recentis ſuſcepta commutatio ſæpius, vaporum ope aceti, clysmata repetita antiſeptica, - *Extr. Chinæ* cum *Moſcho*, *Vinum Rhenanum*, teſtimon. *Krebs*.

In *variolis ophthalmia* enormi juncta, albugine oculi plane rubeſcente, & valde tumente, nil profuit aqua hæcce ophthalmica, parata

Ex *Aqu. commun.* Unc. 1.
Vitriol. albi. Gran. 1. Mixta probe

Sed *hirudines*, & hæcce Aqua ophthalmica ſimul juncta, & externe oculo inflammato applicata.

Rec. *Aqu. fontan.* Unc. 3.
Extr. Saturn. Scrupul. 1.
Spirit. frument. Drachm. 3.

Mixta probe, cujus uſu omnis ophthalmia plane ceſſabat: teſtimon. *Krebs.*

5) In *variolis confluentibus - gangrænoſis* imminuendi acrimoniam vehementem applicavit, optimo cum effectu Londini - *Wintringham.*

Rec. Rad. *Chin.* elect.
— *Sarſaparill.* minutim concis. ana Unc. dimid.
Gumm. arabic. pulveris.
Rad. *Ginſeng.* ana Unc. 1. (divitibus tantum præſcribend. ob ejus pretium inſigne.)
Lign. & cortic. *Guajac.* raſ. Unc. dimid.

Decoque cum *Aqu. commun.* quant. ſuffic. ad Colatur. Libr. 3. - Liquori frigefacto adde

Aqu.


Aqu. Cinnamom. ſimpl. & ſpirituos. ana Unc. 3.
Syrup. *Papaver. errat.* Unc. 2.
Spirit. Vitriol. quant. ſuffic. ad idoneum aciditatis gradum & ſaporem.
Miſce fiat apozema, cujus capiat æger Unc. 3. omni trihorio.
In magna inquietudine addi poteſt *Syrup. e meconio.*

6) Variolarum confluentiam eximie jam ſæpius imminuit, & avertit quoque ſtillicidium in locis varioloſis, *Aquæ* ope *frigidæ*, & in variolis gangrænoſis applicatio Emplaſtri fuſci *Rapar.* conſueti. domeſtic: — conjuncto ſimul largo potu antiſeptico acido. Pl. Re.

7) D. *Marx.* ſimplex hæc curatio optime ei ſemper profuit in *variolis*, *Tartarus emeticus* nempe in exigua doſi, primum qua leviter & commode aſſumendum remedium, ſine ullo peculiari nauſeoſo ſapore; qua leне diaphoreticum, ſine ullo excitante orgaſmo peculiari, qua *alvum* tenens apertam; commiſcuit quoque acidum vitrioli Tartaro emetico, cum multa aqua prius diluto.

VENTRICULI AFFECTUS.

1) In *ventris doloribus* & in *affectibus renum*, qua *purgans* tutum impenſe laudat *Th. Fraſer*, (anglus,) *oleum Palmæ* liquidum genuinum, e ſeminibus *Ricini vulgaris*, ut detur Cochlear. 1. ſingulis horis, etiam infantibus, doſi videlicet convenienti. — *Alvum ducit* ventri illinitum.



Ego inquit *Bergius* Oleum recenter expressum *Ricini* identidem exhibui; qua tuto illud agens, & sæpe cochlear unum propinatum *purgat.* — In gratiam eorum, quibus oleum non arrisit, illud cum mucilagine *Gummi arabici*, vel *Vitelli ovi*, in emulsionem redigi potest. *Bergius.*

2) In *dolore ventriculi* vehementi. s. *cardialgia*, & *intestinorum* profuit eximie in anglia *Duncun*, usus *Asæ foetidæ*; qua *tussim stomachalem spasmodicam* pluries quoque plenarie sustulit *Reuss.*

3) In *debilitate ventriculi* remanente a vomitu enormi acido acri contulit tantum sæpius *Emulsio arabica*, & *amygdalar.* quoque, - *Sago-Cacao*; uti & *anodyna* externe ventriculo & spinæ dorsi applicata. *Wintringham.*

A) VERMES INTESTINALES VARII,

ANTHELMINTICA VARIA UNIVERSALIA.

1) Rec. *Limatur. Martis.*
Rad. Rhabarb. ana Drachm. 1.
Misce fiat pulv. divid. in 6. part. æqual.

2) Rec. *Cort. peruv.* pulv. Unc. 1.
Mercur. viv. Unc. dimid.
Fiat cum cujusv. Syrupi quant. suffic. Electuarium anthelminticum. *Klein.*

3) Rec. *Mercur.* crudi Unc. 1.
Aqu. fontan. Unc. 6. ad 12.
Coque per ½ horæ, decantat. liquor. Cochlear etiam exhibeatur.
Est commune *antiverminosum*, *Mellin.*


4) Rec. Extr. *Nuc. Iugland.* immaturor.
Aqua commun. parat. Drachm. 2.
Solv. in *Aqu. Cinnamom.* s. v. Unc. dimid.
Misce. *Dosis* Cochlear. dimid.
Ad debellandos hospites intestinorum felici cum eventu exhibetur infantibus, testimonio *Rosenstein* & *Tissot.*

5) Rec. *Fell. Tauri.*
Aloes ana Drachm. 1.
Unguent. Alth. Unc. 1.
Misce fiat Unguent. regioni umbilici inungendum *ad vermes* fugandos. *Mellin.*

6) *Pilulæ anthelminticæ* Pharm. pauper. Pragens.
Rec. Extr. *Rhabarbar*
— Nuc. *Jugland.* immatur.
Gumm. *Asæ foetid.*
Mercur. dulc. ana Drachm. dimid.
Misce fiant lege artis Pilulæ ponder. Gran. 1.
Dosis Pilul. 10 - 12. bis de die, pro subjecti conditione. *Pharm.* pauper. *Prag.*

7) *Pulvis anthelminticus* Pharm. *paup. Pragens.*
Rec. Rad. *Valerian.* sylv. Drachm. 2.
— *Jalapp.*
Aethiop. mineral. ana Drachm. 1.
Misce fiat pulvis.

8) *Electuarium anthelminticum Vogler.*
Rec. *Cynæ* semin. pulveris. elect. Drachm. 2.
Rad. *Jalapp.* Scrupul. 2.
Mercur. dulc. Scrupul. dimid. l.
Panaceæ mercurial. Gran. 15.
Aquæ florum *Cassiæ* Drachm. dimid.
Syrup. Rosat. solut. l. flor. Persicor. quant. suffic.
Misce fiat *Electuarium* scopo anthelmintico.



Infantibus quod conducit non adeo teneribus a *vermibus* l. *lumbricis vexatis*, absente febre, jejuno - aut vacuo ventriculo, alteraque hora ejus unum duove, pro ratione ætatis, cochlearia minora, quibus ad potum Theæ & Coffee utuntur, usque dum effectum laxativum produxerit, quo simul *lumbrici* exturbari solent. — In *adultis* hocce remedio *Fasciolam hepaticam* aliquoties abegi; Post morbos puerorum acutos. v. g. variolas - morbillos - febrem catarrhalem &c. hocce Electuario *lumbricos* facilius posse detrudi, quin absque medicamentis, & sponte sæpius excludi, notavi inquit *Vogler*.

9) *Spigeliæ marilandicæ radicem* in forma pulveris, dosi Gran. 12. infantibus triennibus; vel in infuso dosi Scrupul. 1. mane & vesperi repetendam per nonnullos dies - commendat præcipue *Linning:* qua eximium *anthelminticum*, (sed caute ob vim ejus narcoticam,) & qua præcipuum arcanum barbarorum in Carolina australi, contra vermes.

10) Contra *vermes*, semper præsentes in papillarum titillatione, commendat succum radicis *Dauci Carotæ* inspissatum, ad mellaginis consistentiam, cochleatim jejune sumtum, *Schober*.

11) *Tincturam* e radice recente *Dictamni albi* paratam, imo pulverem radicis, dosi Scrupulum 1. l. Drachm. dimid. qua *anthelminticum* & *emmenagogum* præstantissimum confirmat plurimis casibus *Stœrk*.

12) *Hellebori fœtidi* folia, in *vermibus expellendis* nunquam fefellisse tradit — *Bisset*. *Foliorum*

liorum recent. Drachm. 1. in Decocto dedit. Foliorum ſiccatorum Grana 15. ſufficere vidit in pueris 5 - 6. annorum. *Emeticam* & *purgantem* vim exercet in majori doſi, per quosdam vero dies uſus ejus eſt continuandus.

Succus expreſſus, *Sachari* ope in *Syrupum* redactus, commodum exhibet remedium, ſi cochleare unum mane & veſperi propinetur. — Ingens plantæ contenta acrimonia cautum ejus uſum requirit, a parca hinc doſi incipiendum eſt, in ſenſibilioribus præcipue ſubjectis. *Bergius.*


13) D. *Willich*, (Stralſund,) commendat Electuarium valde efficax *antiverminoſum*, (cel. Störk correctum,) e rad. *Jalapp.*-*Valerian.* & ſemin. *Cynæ* Levantic. ad partes æqnales, quod ei ſæpius eximie profuit.

Infanti 1½. anni in ſpatio 2. menſium expulit iſte feliciter *lumbricos* 75. ab iis plane emaciato, tabido, & fere moribundo, dein plane reſtituto & nunc obeſo.

14) D. *Büking* adhibuit loco tam pretioſi ſemin. *Cynæ* multo cum fructu *Semen Tanaceti* ſubtiliſſime ſemper pnlveriſatum, & in ſubſtantia melius quam in mixturis proſicuum; *Extractum Tanaceti* eundem quoque præſtitit effectum antiverminoſum, loco aliorum extractorum amarorum, in aqua facile ſolubile, & in potionibus l. in guttis infantibus optime applicabile.

D. *Brawe* confirmat uſum ſeminis *Tanaceti* contra *tæniam*. (*Balding. Magazin.*)

15) *Oleum Cornu cervi* fœtidum cum *Oleo Terebinthinæ* peculiari modo præparatum, profuit

fuit eximio modo qua anthelminticum *Achabert*, (Gallo,) in brutis uti & peculiariter in hominibus, adultis quidem a Guttis 50-60. in infantibus vero a Guttis 5-10. conjuncto simul omni mane usu Infusi saturati Hb. *Saturejæ hortensis* ab Unc. 1-2. per 6-7. dies.

16) *Guttulæ anthelminticæ Pharm. paup. Hamb.*
Rec. Essent. *Fuligin Claud.* Drachm. 3.
— *Gentian.* rubr. Drachm. 1. vel
— *Absynth.* Drachm. 2.
Misce. *Dosis* Gutt. 50.

17) *Pilulæ anthelminticæ, Pharm. pauper. Hamb.*
Rec. Extract. *Aloes gummos.* Gran. 15.
— *Nuc. Jugland. immatur.*
Gumm. Asæ foetid. ana Drachm. 1.
Mercur. dulc. rite parati. Gran. 15.
Misce, fiant lege artis. Pilul. ponder. Gran. 2. consperg pulv. Liquirit.
Dosis. Gran. 10.

18) *Pulvis anthelminticus Pharm. pauper. Hamburg.*
Rec. Radic. *Valerian.* sylvestr. Drachm. 2.
— *Jalappæ.*
Aethiopis mineral. ana Drachm. 1.
Misce fiat Pulvis. *Dosis* Gran. 15-20.

19) *Unguentum* ad *vermes*, regioni umbilici applicandum.
Rec. *Unguent. Neapolitan.* Drachm. 6.
Fellis *Tauri* inspissat. Drachm. 2.
Olei camphorat. quant. suffic. ut fiat Unguentum.

20) *Solutio anthelmintica* anglorum quorundam medicorum.

Rec.

Rec. *Sal. Mart.* Scrupul. 4.
Aqu. Cinnamom. ſin. vin.
Aqu. fontan. ana Libr. dimid.
Miſce. *Doſis* Unc. 2 - 4. bis in die. *Halyt.*

21) *Pilulæ anthelminticæ Pharm. Noſocom. Haſniens.*
Rec. *Aſæ fœtid.* quant. plac.
Fiant Pilul. ponder. Gran. 2.
Doſis eorum 3 - 4. quavis vice - bis - terve in die.

22) *Electuarium anthelminticum Störky*, ad *Pharmac. pauper. Hamburg.*
Rec. Pulv. *Radic. Jalapp.*
— — *Valerian.* ſylveſtr.
Sal. ammoniac. depur. ana Drachm. 1.
Oxymell. Squillit. Unc. 3.
Miſce. *Doſis*, omni quadrihorio Cochlear. 2. parva.

23) In epilepſia verminoſa profuit D. *Kek* Cort. *Chin.* tantum cum *Mercur* & Extracto amaro ad Electuarii formam redactum.

24) D. *Herz Semen Sabadilli* qua *ſpecificum anthelminticum*, tam univerſale quam ſpeciatim ad *tæniam*, ſemper deprehendit, uti *China* qua antifebrile notum eſt; in *catalepſi verminoſa* ei quoque multum præſtitit ſemen hoc *Sabadilli.*

Desmonceaux multum auxilii præſtitit in verminoſis affectibus *Semen Chamomillæ.*

Uti aliis anglis inprimis Stanni raſura.

Aliis *flores Zinci* ſolum l. cum *Semin. Cyn* commixt. ruſticorum infantibus expulit jam inſignem copiam vermium uſus reiteratus *Aquæ ſalſæ Braſſicæ* oleraceæ ſalſæ, ſic dictæ *Sauerkraut* - Waſſer; expellunt quoque herba

herba ipſa hac ſalſa, *Sauerkraut* dicta, non cocta, nidos inſignes vermium inteſtinalium.

25) Rec. *Sem. Cyn* el. Drachm. 6.
Muſc. corallin. Drachm. 3.
Aethiop. mineral. Drachm. 1. & $\frac{1}{2}$.
Miſce fiat cum *Syr. Rhabarb.*
vel cum. *Syr. flor. Perſicor.*
Electuarium med. conſiſtent.
Doſis quater, quotidie Cochlear 1. thee, cui dein eſt poſtponendum laxans mercuriale.
Vel ſimul quotidie eſt combinandum e. g.
Rec. *Sem. Santonic.* ſ. *Cyn.* elect. Unc. dimid.
Merc. dulc. Scrupul 1. ſ. *Aethiop. mineral.* Scrupul. dimid. - 1.
Rad. Jalapp. pulveriſat. Drachm. 1.
Syrup. flor. Perſicor. l. *Acaciæ* Unc. 1. & dimid. vel quantum ſufficit ad Electuarium mediæ conſiſtentiæ. *Doſis* uti ſupra.
Fol. Sen. elect. Scrupul. 2. interdum addita, vim magis laxantem produxere. A. *Re.*

26) Raſura Radic. *Dauci Carotæ Vulgar.* recent. (gelbe Rüben,) in cocta mane jejune cochleatim ſumta enecat vermes, per quoddam tempus adhibita. *Re.*
Uti *Raſura radic. Dauci Carotæ vulgar.* ad *Roob* cum *Aqua* commun. cocta, in pane illinitum mane - jejune ſumtum enecat vermes, eaſque expellit. *Re.*

27) *Stoerk* commendat et adultis & juvenibus vermibus vexatis, *Decoctum* ſaturatum *Herbæ Tanaceti* per ſeptimanas quaſdam ſumtum, & hocce ſimul remedium.

Rec.

Rec. *Sal. polychrest. Seign.*
Rad. *Jalapp.*
— *Valerian.* sylvestr. ana Drachm. 1.
Oxymell. Squillit. Unc. 4.
Misce. *Dosis*, sumant adulti ter de die Cochlear. 1.
Infantes vero omni bihorio Cochlear. 1.

28) Rec. *Semin. Cyn.* elect.
Rad. *Filic.* mar.
Helminthochort. ana Drachm. 1.
Fol. Senn. select. Drachm. 1.
Rad. *Jalapp.* resinos Scrupul. 1.
Mercur. dulc. Scrupul. dimid.
Misce fiat pulvis, Dosis, ter in die quavis vice tres cultri cuspides.
Pluries plus quam centum *lumbricos* & *ascarides* una vice expulit. *Reuss.*


29) D. *Leppetin* contendit ope *Aloes* & *Saponis* ad Drachm. 2. pro dosi expulisse plus quam 4000. vermes intestinales, in infanti, diu vermibus vexato, variis antea frustra adhibitis remediis.

30) Rec. Musc. *Helminthochort.*
Nitr. depur. ana Scrupul. 2.
Infus. laxat. Viennens. Unc. 2.
Syrup. Mann. Unc. dimid.
Misce. *Dosis* omni bihorio Cochlear. 1.

Vel Rec. Musc. *Helminthochort*
Sem. Cyn. elect. ana Drachm. 1.
Fol. *Sen. elect.* Unc. dimid.
bulliant *Aquæ fontan.* quant. suffic. Colatur. Unc. 4.
adde *Oxymel. Squillit.* Unc. 1.
Syrup. Altheæ. Unc. dimid.
Misce omni bihorio 2. Cochlearia.

Vel Rec. *Helminthochort.* Drachm. 2.
Rad. *Filic. mar.* Drachm. 2.

Semin.



Semin. *Cyn. elect.* Drachm. 1. & dimid.
Coqu. *Aqu. fontan.* Unc. 6. Colatur. Unc. 5.
add. *Nitr. depur.* Drachm. 1.
Tartar. tartarisat. Drachm. 1.
Liquor. anod. min. Hofm. Drachm. dimid.
Syrup. flor. Persicor. Unc. dimid.
Misce. *Dosis* omni bihorio 2. Cochlearia.
Vel Rec. *Musc. Helminthochort.* Unc. dimid.
Rad. *Irid. florentin.*
Herb. *Meliss. citrin.* ana Drachm. dimid.
Sal. mirabil. Glauber. Unc. dimid.
Sem. Anis. stellat. Drachm. dimid.
Inc. misce, pars quarta cum *Aqu. commun.* Unc. 12. infund. & leniter coquend. ad Infus. theiforme, quotidie per diem absolvendum.

Omnes hæ quatuor præscriptiones anthelminticæ insignem semper copiam vermium expulerunt, per quoddam tempus sumtæ, & *adultis & infantibus.* *Reuss.*

Uti etiam inprimis quoque hocce *Electuarium.*
Rec. Pulver. *Semin. Santon.* s. *Cyn.* elect. Drachm. dimid.
Rad. *Jalapp. resinos.* Drachm. 1. & ½.
Musc. Corallin. Drachm. 2.
Mercur. dulc. Drachm. 1. & dimid.
Syr. e Cichor. cum *Rhabarb.* Unc. 4. & dimid.
Misce fiat Electuarium molle. *Dosis* probe mixta, omni mane jejune & ad noctem 2. Cochlearia Thee dicta.

31) Ad *vermes* intestinales *expellendos* e corpore humano commendat inprimis *Vicat*, *Decoctum* tantum saturatum *Hydrargyri* tra-

crudi, copiose sumtum, raro vermes totos in substantia eo expulit, observavit vero in mucum tenacem resolutos abire cum excretione alvina, & reliquo muco intestinali, in verminosis tam copiose obvio.

Uti testimon. *Reichart hystericæ* personæ insignem vermium copiam expulit usus *Raphani rusticani crudi.*

32) Rec. Semin. *Cyn.* elect.
— *Zedoar.* ana Drachm. 3.
Extract. *Absynth.* Drachm. dimid.
Sal. ammon. depur.
Rad. *Rhabarb.* elect.
Fol. *Senn.* elect. ana Drachm. 1.
Syrup. flor. Persicor. Unc. 1. & ½.

Misce fiat *Electuarium*; Dosis mane jejune & pomeridie dimid. Cochlear; quo insignis copia vermium intestinalium, *lumbricorum* est expulsa. *Pl.* - Re.

33) *Vogel* commendat qua præcipua anthelmintica, - *purgantia mercurialia* iterata, - *Semin Cynæ* elect. - & *Decoctum Hydrargyri*, quæ vermes intestinales, tam *lumbricos*, quam *trichurides* & *ascarides* enecant & expellunt.

Ad *tænias* expellendas optimum - valentius est, *Radix Filicis* in pulverem trita, ad Scrupul. 1. vel Drachm. dimid. cum *Gummi Guttæ* Gran. 3. circiter mane & ad vesperam per aliquot dies.

34) *Vermifugum eximium* & adultis & junioribus conveniens.

Rec. *Semin. Cyn.* el. Drachm. 3.
Aethiop. mineral. Scrupul. 3.



Rad. *Jalapp.* Scrupul. 2. & dimid.
Syr. flor. Persicor. quant. ſuffic.
Miſce ad Electuar. conſiſt. med.
Doſis, quater in die & quavis vice duas portiones Nucis avellanæ magnitudinis.

35) Infantibus *anthelmintica* remedia reformidantibus confert quoque, uſus hujus *Unguenti*, *externe* adplicandi.

Rec. *Fell Taur.* inſpiſſat.
Aloes depur. ana Drachm. 1.
Unguent. Altheæ Unc. 1.
Miſce, umbilici regionem eo inungendum.
Uti *Oleum Abſynth.* vel *Oleum Tanaceti* eundem præſtat effectum eximium in vermibus

Rec. *Olei deſtillat. Tanacet.*
— — *Abſynth.* ana Drachm. 1. & ½.
— — *Colocynthid.* Scrupul. 2.
Miſce, ad calide illinendum eo abdomen vermibus impletum.

36) Rec. Olei *Colocynth.*
— *Tanacet.* ana Scrupul. 1.
— *Abſynth.* Drachm. 1.
— *Amygdalar.* dulc. Unc. 3.
Miſce ad Unguentum, quo *abdomen* probe ſæpius *illinendum* eſt, vermibus impletum.
Uti *Balſam. Rutæ*, regioni umbicili illinitus bis-terve in die, quamplurimos jam expulit vermes.

37) *Clyſmata* ad *vermes expellendos* conducunt quoque eximie vermibus variis affectis.
Clyſmata inprimis ex *Oleo parata*, cum Granis quibusdam *Extract. Abſynth.* commixtis. ad aſcarides.

Rec.

Rosenstein commendat clysma e *Mercur.* viv. Unc. 1. cum *Aqu. fontan.* Libr. 1. coct. & *Melle* commixt.

Fuller suadet enemata e *Cortic. Peruv.* tam ad febr. quam inprimis ad vermes e. g.

Rec. *Cortic. Peruv.* respectu ætat. Drachm. 1 - 6.
Coqu. in Aqu. font. Unc. 3 - 8.
per horæ dimid. Colatur. iniiciatur.

Enema valde efficax exhibet anthelminticum e Lacte cum *Allio* coct. & Melle commixt.
Mellin.

38) Van der *Bosch* commendat enixe in affectibus *verminosis* hocce remedium;

Rec. *Limatur. Stanni* Unc. 2.
Argent. viv. Drachm. 3.
Misce fiat *Amalgama.*

Rec. *Amalgamat.* hujus Gran. 8 - 10.
Rad. *Rhabarbar.*
Calc. Antimon. non ablut. ana Gran 3 - 4

Misce accurate, & omni mane sumat æger. cum Melle hancce dosin, & omni vespera *Clysma* e Lacte cum Aloe; & post spatium dierum 6 - 8. adhibeatur ab ægro *laxans Rhabarbarin.* cum sale laxante, vel Infusum theiforme folior. Sennæ.

39) *Pulvis* ad *vermes Nosocomii universalis Viennæ:*

Rec. *Semin. Santonic.*
Rad. *Valerian.*
— *Filic. mar.* ana Gran. 6.
Aethiop. mineral. Gran. 4.

Misce fiat Pulvis. *Dosis* eorum No. 4. per diem.



40) *Conditum contra Vermes* Nosocomii Pazmanniani Viennæ.

Rec. Pulver. Rad. *Jalapp.*
— — *Valerian.* sylvestr.
Sal. polychr. ana Drachm. 1.
Oxym. Squillit. Unc. 4.
Misce fiat Conditum, adultis quater de die Unc. dimid. infantibus Drachm. 1.

41) *Pulvis anthelminticus Theden, ascarides & lumbricos* eximie pellens.

Rec. *Vitriol. Martis.* Gran. 8.
Semin. Santon. Gran. 4.
Rad. *Jalapp.*
Sachar. alb. ana Scrupul. dimid.
Misce detur pro dosi.
Vel Rec. Pulv. *Sem. Santonic.* Unc. 1.
Extract. Cort. peruv. aquos.
Vitriol. Martis. pur. ana Drachm dimid. ad Scrupul. 2.
Misce fiat pulvis.
Dosis, adultis Scrupul. 1 - 2. quotidie aliquoties; junioribus ope mellis ad Electuarium parat. potest exhiberi. — Si per quoddam tempus sumtæ & continuatæ sunt hæcce pilulæ anthelminticæ, *pilulæ* ejus *purgantes anthelminticæ* subito tum sunt subiungendæ, quæ junioribus in succo quodam sunt solvendæ, vel ope prunorum sumendæ.

Rec. *Aloes hepatic.*
Resin. Jalapp.
Mercur. dulc. rite præparat. ana Unc. dimid.
Misce fiant Pilulæ cum *Essent. Rhabarb.* ponder Gran. 2.

Dosis.

Dosis Earum No. 8. consperg. pulver. *Liquirit.*

42) *Vermifuga Stollii.*

a) Rec. Pulver. Semin. *Santonic.* Drachm. 3.
— Rad. *Jalapp.*
— *Vitriol. martis* factit. ana Drachma 1.
Conserv. *Nasturt. aquat.*
Oxym. Squill. ana Unc. 1.

Misce. *Dosis*, omni bihorio Cochlear Coffee.

b) Rec. Rad. *Hellebor.* nigr. Drachm. 2-3-4.
Infund. in *Aquæ fervid.* quant suffic. per horam dimid. Colatur. Unc. 12. adde
Syrup. Menth. Unc. 2.

Misce. *Dosis*, sumi potest *Extr. Hellebor.* per se, ad Gran. 10. pro dosi, l. cum aliis.

c) *Aqu. Tanacet.* Unc. 4.
Extr. Nucum jugland. immatur. Drachma 2.

Misce. *Dosis.* Omni bihorio Cochlear 1.

d) Rec. *Extr. Nucum immatur.* Drachm. 2.
Vini *Tokaviens.* Unc. 1. & dimid.

Misce *Dosis* Guttæ 60. quater de die
Vel solve in sola *Aqua Cinnamom.* sine vino Unc. 1. & dimid. ad commendat. *Stoll.*

e) Rec. Allii contusi Drachm. 2-4.
Lactis recentis Unc. 12.
stet in infusione frigida per 8 12. horas; sumat vasculatim.

f) Si reptatus *lumbricorum* in *intestinis Colicam* concitat & *Convulsiones*, laudatur a veteribus hocce remedium, quod *Stoll*, quoque commendat;

Rec. *Olei Olivarum* Unc. 1.
Succi Citri Unc. dimid.

 Sa-



Sachar. albi Drachm. 1.
Misce. *Dosis* pro haustu.
Externe Oleum Petræ inungitur vel
Interne ad Gutt. 12. cum Ovo commixt.
g) Rasur. *Stanni anglican.* Drachm. dimid. ad Scrupul. 2 - Drachm. 1.
Conserv. *Nasturtii* quant. suffic. ut fiat *Bolus.*
Misce. *Dosis* ter de die sumat talem, post aliquot dies purgans drasticum.
h) Rec. *Spigel. anthelmiæ* Manipul. 2.
Coqu in *Aquæ commun.* Libr. 2. ad remanent. Libr. 1.
Cui adde
Mellis puri Drachm. 2.
Omni bihorio vasculum Coffee. *Stoll.*
i) Rec. Pulver. Rad. *Spigel. anthelm.* Scrupul. 1. Sumat quater de die istam dosin. *Stoll.*

43) *Vermifuga* anthelmintica. *Cullen.*
a) Rec. Pulver. *Cambog. Guttæ* Gran. 3.
Calomel. s. *Mercur. dulc.* Gran. 5.
Jalapp. Radic. Gran. 10.
Misce.
b) Vel Rec. Pulv. *Stann.* Drachm. 2.
Cap. tertia nocte continuo, & mane sequens. remed.
Rec. Pulver. *Rad. Rhabarb.* Scrupul. 1.
— *Calomel.* Gran. 4.
Syrup. Cort. Aurant. quant. suffic.
Misce fiat Bolus una vice sumendus.
Continuanda sunt hæc duo remedia per hebdomades tres.
c) Vel Rec. *Sal. polychrest. Seignett.*
Pulver. Rad. *Jalapp.*


—

— — *Valerian.* ſylveſtr. ana Drachm. 1.
Oxymell. Squillit. Unc. 4.
Miſce. *Doſis*, adultis Unc. dimid. junioribus Drachm. 2.

d) Vel Rec. *Limatur. Mart.* Scrupul. 2.
Pulver. *Cort. Cinnamom.* Drachm. 1,
Sachar. alb. Scrupul. 4.
Miſce. *Doſis* omni mane Drachm. dimid.

44) *Vermifuga Pringle.*
Rec. Pulver. *Stanni.*
— Cort. *Peruv.* elect.
— Sem. *Santonic.*
Aethiop. mineral.
Muſc. Corallin.
Magnes. ſimpl. ana partes æquales.
Sal. Martis part. 4.
Conſerv. Abſynth. molliſ. quant. ſuffic.
Miſce fiat *Electuarium.*
Doſis, magnitudine Nucis Moſchatæ bis in die cum juſculo.
Omni die 4to ſumat æger Pulver. ſequent.
Rec. *Calomel.* Gran. 4-6.
Rad. *Rhabarb.* elect. Gran. 15-20.
Miſce fiat Pulvis pro una doſi.
Et *Enema* ſequens ad vermes, inprimis inteſtini recti.
Rec. Fol. *Rutæ - Abſynth.*
Tanacet. ana part. æqual.
Argenti vivi ana Uuc. dimid.
Coque in Aquæ fontanæ quant. ſuffic. ad Decoctum ſaturatiſſimum.

45) D. *Gregory* commendat in *Anglia* ad affectus verminoſos, inprimis *limaturæ Stanni* pulveriſat. Scrupul. 1. ad Drachm. 1. ter in



in die, tum Bolum e pulver. *Rad. Jalapp.* Gran. 12. *Calomel.* ſ. *Mercur. dulc.* Gran. 4. Mixtis ad pulverem.

Uti D. *Young* præſcribit in Anglia hocce modo,

Rec. *Pulver. Stanni* Scrupul. 1.

Dentur in 12. plo ad tot chart. diſtinct. Signetur, capiat æger Doſin 1. quotidie, cum interpoſito hocce laxante.

Rec. *Pulver. Jalapp.* Gran. 7-10.
Canell. alb. Gr. 2-4.

Miſce fiant ejusmodi Doſes 2-3.

Capiat æger doſin 1. mane jejune ſexta quovis die.

Alii medici in Anglia hocce quoque modo præſcribunt *Stannum*, qua anthelminticum, cum conjunctis ſimul laxantibus.

Rec. *Stanni* pulveriſat. Scrupul. 1.
Mercur. dulc. ſublimat. Gr. 1-2.
Sachar. alb. Gran. 10.

Miſce terantur ut fiat pulvis pro infante.

Vel Rec. *Stanni* pulveriſat. Unc. 1.
Conſerv. *Abſynth.* Unc. 1. & dimid.
Syr. e *Cort. Aurant.* quant. ſuffic. ut fiat Electuarium.

Doſis, Drachm. 1. pro infante. *Halyt.*

B) VERMES INTESTINALES LUMBRICI.

1) Externum hocce remedium, ad *Lumbricos* expellendos, eximiæ virtutis deprehendit Pariſiis, *Boy.*

Rec. *Olei Laurin.*
Tinctur. Myrrh.
— *Aloes* ana Drachm. 2.

Puk-

Pulver. *Gumm. Aloes*. Drachm. 1.
Mixta bene, fusa, cineribus calidis prius imposita.
Quo remedio variis vicibus per diem *regio umbilicalis fricatur*, quod præsertim *lumbricos* eximie expulit, aliis incassum antea adhibitis remediis, febre quoque lenta affectis, & doloribus quoque junctis colicis vehementibus.
Quibus hujus remedii usus vehementiores forte excitaret dolores abdominales, iis per quasdam dies hujus remedii usus intermittitur, vel lenes tantum instituuntur embrocationes. — Commendat quoque *Boy* clysmata ad vermes, e *Lacte* & *Sacharo* parata.

2) *Chamberlan* valde efficacem deprehendit *ad vermes*, ad *lumbricos* præcipue, Herbam *Dolichos urentem*, (Die haarige, rauh anzugreifende Kühkræze,) cum *Syrupo* ad *Electuarii* formam redactam: infantibus præcipue non tam nauseosam, uti utuntur ea incolæ in Jamaica. In alia forma, vel in tinctura vel in decocto non tantam exserit efficaciam, uti & cortex; in substantia herba hæc adhibita, pilorum magis urentium ope, vermibus tam ingratis, maximum edere huncce effectum anthelminticum, credit potius *Chamberlan*.

3) Qua validum antidotum *lumbricis Tanacetum*, præcipue ejus *semina*, in praxi medica usitatissima commendat, *Bergius*.

4) Ad *Lumbricos* profligandos revera multum valent *Semina Cynæ*, in substantia vero propinata, adultis Drachma 1-2. bis de die, quæ

quæ *lumbricos* communiter pellunt, ſed larvas inſectorum minus certo; nec *Tænia* illis cedit, niſi in larga doſi ſumantur, & tunc ſolummodo *fruſtula Tæniæ* divulſa abeunt; obſervat. *Bergii*;


Qui *puellæ* cuidam decenni, *vermibus* conflictanti, *ſemina Santonici* exhibuit, ſed per illud tempus, quo iis utebatur, menſes fluxerunt, qua re cognita, uſum eorundem diſſuaſit, unde etiam fluxus ſponte ceſſavit.

5) *Lumbrici permulti* expellebantur, in ægro, cuidam, cephalalgia vehementi ſimul affecto, & faſtidio ciborum, reſpiratione difficili, gravitate in toto corpore, cum tremore & horripilatione membrorum, ſyncope interdum & inſultibus convulſivis, — uſu tantum *florum Zinci*, & emeticorum aliquoties ſubiunctorum remediorum; teſtimon. *Act. Havniens.* Vol. 2. & *Reichart.*

6) Uti obſervat. *Weikart* inſignis *lumbricorum* copia eliminebatur cataplaſmatis tantum uſu, abdomini applicati, parati e pulver. *Cortic. Chinæ* - Abſynthii - Herb. *Salviæ* in *Aqua* cum *Vino* coct.

7) *Lumbricos* quamplurimos expulit uſu *Calomel* & *Tinctur. Jalappæ* in puero trienni, ad longitudinem pollicum 10 - 12 - 15. dolore ſimul juncto abdominis & pectoris, - pruritu multo in naribus, teneſmo, inſtinctu multo ad mictum cruentum, ſomno tamen bono, alvo regulari, quæ omnia ſymptomata ceſſabant, quum aliquoties ab ægro adhiberetur Bolus e Calomel, & die ſequenti purgans, teſtimon. *Duncan.*

8)



8) *Lumbricos Ascarides* expellendos inprimis utitur *Selle* per aliquot tempus, hisce remediis.


Rec. Pulver. *Sem. Santon.* Unc. 2.
Extr. Cort. Peruv. aquos.
Vitriol. Mart. pur. ana Drachm. 1.
Misce fiat pulvis.
Dosis. adultis Scrupul. 1 - 2. quotidie aliquoties.

Infantibus Electuarium, ex eo paratum, melius ab iis sumitur; *purgans* tum hocce est rite subjungendum.

Rec. *Aloes* hepat.
Resin. Jalapp.
Mercur. dulc. sublim. ana Unc. dimid.
Misce fiant Pilul. cum *Essent. Rhabarb.* ponder. Gran. 2. consperg. pulver. Liquirit.
Dosis. Pilul. 8. pro dosi.

Tænia si non cedit post usum remediorum fortiorum drasticorum, omnia tum reliqua remedia nil conducunt. Selle hinc exhibet ad vesperam aliquot Cochlearia *Oleo plena*, cujusvis olei dulcis; *Olei* quoque *Ricini*. Mane jejune Gran. 10. - *Gummi Guttæ*. Si laxante subsequente vermes non cedunt, tum iterum Grana 10. conducunt. Si hoc iterum nil efficit, & irritamine nullum periculum est metuendum, tum jusculum carnis superbibendum est, tunc iterum Grana 10. Gummi Guttæ & Enema e Lacte.

9) Infanti 3. annorum *hemiplegia* affecto, & *aphonia*, Guttæ quædam *Mixturæ tonicæ nervinæ Stahlii* in *Aqua* frigida, omni quadrihorio porrigebantur; locus vero hemiplegia affectus, brachium & crus - nempe, *Spiritu lumbricorum*, *formicarum*, & *Aqua* anhal-



anhaltina sæpius inungebatur; & ob suspicionem *vermium* optimo cum effectu adhibebatur hicce *pulvis antiverminosus.*

Rec. *Mercur. dulcis* bene ppt: Drachm. dimid.
Diagryd. sulphur. Gran. 6.
Cornu cervi s. igne ppti.
Pulver. *Cinnamom.* ana Gran. 5.
Sachar. alb. Drachm. dimid.
Misce divid. in part. 4. æqual.

Infanti vero in spatio 48. horarum 4. doses exhibebantur, in 8. dein partibus divisæ; interdum cum *Conserva Rosarum* ad Boli formam redigebatur. — In spatio 6. horarum *aphonia* plane erat sublata; & in spatio 16. horarum tam facile & commode erat ingressus, uti antea, nullum signum paralyseos aderat amplius, & sequenti mane lumbricorum haud exigua copia excernebatur, quo dein plane *restituebatur* hæc *infans* 3. annorum, tam *misere aphonia* & *paralysi affectus.*

Idem remedium *antiverminosum* eximie profuit puero 11. annorum, quotidie ter sæpius epilepsia affecto, a *lumbricis* orta, qui ab usu hujus pulveris, luna decrescente, semper adhibiti, plenarie expellebantur, & epilepsia dein nunquam redibat, puer hic sanitate dein ista inconcussa fruebatur, ut annum ætatis 50. *plenarie* compleret, in quo cancro oris dein lethali afficiebatur. (B . . . in *Baldinger* neuen Magazin. 10. Band. 1. Stük)

10) D. *Marx Lumbricum latum* feliciter expulit *rasuræ* ope *Stanni.* — Vir quidam 40. annorum vehementer afficiebatur tensione abdominis, cum torminibus, & dolore vago

ad

ad umbilicum, mane aderat ingens ſemper appetitus ciborum, cæterum per diem ſeſe imminuens, cum virium debilitate haud inſigni, poſt laxantia quædam vermis abiit, varia dein adhibuit anthelmintica incaſſum, *Gumm. Guttæ* quoque commendabatur, ſed non adhibuit nec attendit ad hancce præſcriptionem.

Commendavit hinc ei D. *Marx*, qua certum ſpecificum anthelminticum ad lumbricos & tæniam, e propria experientia jam compertum, uſum *limaturæ Stanni.*

Limaturæ nempe *Stanni*, ejus Drachm. 2. cum *Melle* in formam *Boli* redactæ, dividend. in 2. partes, unam partem mane & ad veſperam ſumend: & quavis hebdomade pulverem ex *Aethiope minerali* cum *Rhabarbar.*

Aeger vero ſumebat ex errore, prima jam vice, Drachm. 2. loco doſeos præſcriptæ, quo vero poſtridie ſubito lumbrici pars, 5-6. cubitos longa, excernebatur cum alvo.

Per hebdomades 2 - 3. remedio hocce rite dein utebatur, quo dein ſingulis diebus partes lumbrici expellebantur, & tamdiu continuabat, donec nec ulla amplius quædam pars vel *lumbrici*, vel *alius vermis*, excernebatur amplius per alvum; licet enim plures hujusce remedii doſes ſumebat, nec deceſſit dein ulla quædam pars, vel ſuſpicio quædam remanebat de vermis cujusdam inteſtinalis præſentia.

D. *Wichman* eandem egregiam hancce virtutem adverſus *lumbricos* expertus eſt, qui *radicem Jalappæ* ſimul cum *Stanno* mixtam adhibere juſſit.

Verum

Verum enim & *genuinum Stannum anglicum* debet esse, si tam eximiam vim anthelminticam debet exserere, nunquam plumbo commixtum, uti alias consuetum - ordinarium Stannum - *Limatum stannum* adhibuit, ægre pulverisatur, radi hinc patienter debet, ut pulvis eo levior fiat lenissimus, alioquin potest quoque vel calcinari, granulari, in pyxide alias consueta chemica - granulatoria.

11) D. *Roth* utitur semper optimo cum eventu in *febribus verminosis* - & ad *lumbricos* inprimis.

Tartar. emetic. hocce inprimis modo, sub consueto - & ordinario *Infuso* theiformi in larga dosi, qua leniter obducens medium sine malo sapore; durante febre datur simul copiose *Acidum vitrioli* cum *Syrupo* edulcoratum quocunque; sub titulo Aquæ frigidæ in vitro sumunt infantes lubenter, & ob saporem ejus simul amoenum, & temperantem.

Acidum vitrioli valde cæterum efficax est ad vermes - ad *lumbricos* inprimis; quos subito enecat, & copiose *ejicit* cum muco alvino; quem *folia Sennæ* ad largiorem secretionem & excretionem promovent.

Hæcce *methodus anthelmintica* nunquam fefellit, sed exoptatissimum semper effectum suum præstitit, si emeticum in initio curæ rite congrue præmissum est, ad muci copiam e primis viis; (a diæta incongrua infantum quamplurimum leviter subsequentem,) prius congrue & plenarie eliminandam.

Tar-

Tartar emetic. nempe Gran. 1 - 2. cum *Sacharo* in *Aquæ commun.* Unc. 3 - 4.

De quo infanti omni hora dimid - 1. Cochlear semis ad unum tamdiu & toties est porrigendum, usque dum vomitus subsequitur exoptatus. Quo modo nulla metuenda est noxa, & *laxans* dein eo lenius efficit, & eo efficacius cum anthelmintico simul junctum remedio.

Si vermes adhucdum vivi adsunt, nervos intestinorum valde irritantes, etsi in febre verminosa convulsiones simul adsunt, atque varia alia mala valde funesta; *Tartarus* tum *emeticus* subitaneum & valde efficax præstat auxilium, vasculum Coffee dictum *Lactis calidæ* præmittendum esse semper curat, ad vermes in ventriculum deducendos; tum demum *Tartarus emeticus* porrigitur modo superiori statim, post horam dimid. quo vermes per vomitum ei quamplurimi abiere, & alvina tum excretio larga & copiosa succedebat, cum multo muco & vermibus tamen quibusdam, plurimum *lumbricis* - & *ascaridibus*.

Continuare jussit tum usum *acidi Vitrioli* & *folia Sennæ*, qua Infusum theiforme per aliquot dies.

Finis curationis ejus in *febribus verminosis* constabat roborantibus, eg. Decoct. *Cortic. peruvian.* saturato, vel Extracto alio amaro, cum *Rhabarbar.* & *Oxymell. Squillitic.* dein per aliquot tempus subjungendo. e. g.

Rec. *Extract. Valerian.*
— *Cortic. Peruv.* ana Drachm. 1. & $\frac{1}{2}$.
— *Gramin.* Drachm. 1.

Solve

Solve in *Aquæ Melissæ. s. vin.* Unc. 4.
adde *Acidi Vitriolic.* Scrupul 2 - 3. edulcorat.
cum *Syrup. acetositat. Citr.* quant. suffic. ad gratum saporem.
Misce *Dosis* ter - quater quavis vice Cochlearia 3 - 4 *Roth.* test. *Reichart.*

Editor harum paginarum semper multo cum fructu expertus est, si digestiva & laxantia per quoddam tempus adhibere jussit ægrotos verminosos, tum potentissima anthelmintica, vel solum, vel cum purgantibus - interdum drasticis, conjuncta, vel hæc purgantia subjuncta anthelminticis, & tum si cum vermibus simul omnis muci copia ex intestinis satis superque est eliminata, tonicis - roborantibus - stomachicis, inprimis amaris subjunctis, optimum vidit effectum & exoptatissimos fructus, quo dein ventriculus & intestina tantum acquisivere robori, & tonum, multo meliorem digestionem, quominus tam ingens copia muci suboriri dein non amplius poterat, ad nidos horum vermium intestinalium inservientis.

12) *Primaria Lumbricorum signa*, contendit *Ettmüller*, esse inprimis copiosam salivam jejuno stomacho, scalpturam narium, pavorem in somno, stridorem dentium, ventris tumorem, tussim siccam, sitim, alvum lubricam, tormina ventris jejuni, ruborem & pallorem faciei alternatim.

Remedia ejus ad *lumbricos* sunt hæcce præcipue.

Rec. *Argent. viv.* Unc. 1.
Coqu. in *Aqu. fontan.* Libr. dimid.

Vel

Vel probe agitentur invicem in lagena vitrea, post subsidentiam *Mercurii* decantetur Liquor, & detur infantibus pro potu ordinario.

Est experimentum certissimum, ad enecandos lumbricos.

Ejusmodi quoque est medicamentum istud per universam *Italiam* celebratum.

Rec. *Argent. viv.* Drachm. 1. infund. per noctem:
in *Aqu. fontan.* Unc. 2.

Decantetur liquor, & propinetur mane. *Boyle.*

Externe qua valde *utile linimentum* commendat sequens.


Rec. *Aloes* Drachm. 2.
Myrrh. Drachm. dimid.
Olei Absynth. Gutt. 6.
Fel. Tauri. quant. suffic.
Misce fiat Linimentum.

Cui addi possunt ad acuendum:
Olei Colocynthid. Guttæ aliquot, *Ettmüller.*

Ad efficacia *anthelmintica* refert quoque *pulverem Stanni*, & quidem stanni calcinati, qua adhuc magis efficacius medicamentum, qua præcipuum specificum; hinc pulv. vermifugus sequens *Quincii.*

Rec. *Stanni calcinat.*
Musc. Corallin.
Semin. Santon. ana Unc. 1.
Sabin. - *Croc.* ana Drachm. 1.
Misce fiat Pulvis.
Dosis a Scrupul. dimid. ad 1. - Alvum non movet.

In extremis utor aliquando *Hydrargyro*; (inquit *Chesneau*,) quod in vermibus necandis non habet simile.



Ad pisi magnitudinem ex cochleari cum lacte parvulis sine noxa propinare soleo. *Ettmüller*.

C) VERMES - ASCARIDES - INTESTINALES.

1) *Ascarides* infantis 2. annorum pertinaces feliciter in copia expulit Enematibus, e
Lactis commun. Unc. 3.
Aloes Scrupul. 2. paratis, *Armstrong*.

2) *Ascarides vermiculares* in intestino recto, cum *enormi pruritu* in *ano*, expulit jam in insigni copia pulvis *Gratiolæ officinalis*, quavis vice ejus Grana 5. per quasdam dies continuatus, observat *Erhart*. Multo millia ascaridum viventium excernebantur in variis ægris, in brevi tempore, per usum tantum 6. dosium, quavis vice Gran. 5 - 6. test. *Reichart*.

3) *Ascarides* in intestino recto D. *Fowler* in *Stafford* optime expulit *Clysmatibus* e *sale commun.* & alia vice ex *Oleo Camphorato* paratis. eg.

Rec. *Camphor*. Drachm. 1.
Olei Olivar. Unc. 2.
Misce ad solutionem pro Enemate, hora decubitus omni nocte ad tertiam vicem injiciendo. (Medical Commentary. (789.)

4) *Oleosa enemata*, & lenia *laxantia* commendat inprimis ad *ascarides* pellendos, *Bloch*.

D) VERMIS INTESTINALIS TAENIA.

1) E REGNO MINERALI VARIA SPECIFICA AD TAENIAM.

1) Van *Doeveren Limatur. Martis* quavis vice Drachm. 1. per quoddam tempus continuat. cum fructu adhibuit contra tæniam.

2)

2) Qui casum quoque commemorat tæniæ, usu florum *Sulphuris* tantum expulsæ.

3) *Stanni limaturam* olim jam hocce modo præscripsit *Mead*.

Rec. *Stanni* pur. anglici.
Mercur. viv. depur. ana Unc. 1.
Stanno liquefacto adde Mercur. postquam refrixerit miscela, in pulverem redige cum
Conch. præparat. Unc. 1. tum adde
Conserv. Absynth. ana part. æqual. c. pulv.
Syrup. Absynth qu. suffic. ut fiat *Opiat*.
Dosis. Drachm. 2. bis in die.

D. *Marx* recentioribus dein temporibus *Stannum* ad Drachm. 1 - 2. cum *Melle* una vice ad *tæniam* cum fructu adhibuit.

4) *Tartarus emeticus* virtutem suam contra *tæniam* anthelminticam jam præstitit temporibus *Brouzet*, uti dein *Hirschel*, & *Morci*, 11. annorum infanti a vehementi morbo convulsivo, cujus causa præcipua erat, *tænia* variis antea frustra adhibitis remediis.

5) *Salis Ammoniaci* usum tam eximium pluries expertus est *Hirschel* contra *tæniam*, mane jejune, in *Aqua* vel Infuso theiformi, vel in Infuso Coffee tenui ad Drachm. 1. & plures, inprimis Rad. *Rhabarb*. s. pulvere *Jalapp*. *Clysmatibus* simul junctis, paratis e *Lacte* & *Melle*, tænia ad intestina inferiora simul derivatur, & *Sal. ammoniac*. usu plenarie expellitur.

6) *Petroleum* aliquoties super *Aquam communem* destillatum, limpidum transparens instar Aquæ, qua unicum & nunquam fallax notum est remedium in *Cairo*, testimon. *Hasselquist* contra taeniam.



Optimum effectum contra *tæniam* jam praestitit. e. g.

Olei Terebinthin.
Petrolei ana Unc. 1.
Camphor. Drachm. 1.

Mixta, pro dosi bis terve in die, quavis vice Guttae 20 - 30. quibusdam sine noxa Guttae 120.

Joh. *Næsius* jam commendavit Anno 1561. *Unguentum* e *Petrolæo nigro Cera* liquefacta, regioni umbilici applicandi.

II.) E REGNO VEGETABILI VARIA SPECIFICA AD TAENIAM.

1) *Allium sativum* hacce virtute jam notum erat temporibus *Dioscorides*, latas ventris tænias *Allio* in cibo sumto abigit.

Zacutus Lusitanus testatur quoque *succo Allii sativi* & *Theriaca* cum vino commixto *tæniam* expulisse, & praeservasse aegrotum a recidivis usu vini, Absynthio commixto.

Rosenstein mentionem quoque facit, vini cujusdam qui quotidie ter - quaterve jejune potiunculas quasdam *Allii sativi* comedit, motus varios equitando simul suscipiebat, interposito simul leni *laxante Elixir*, & plenarie ita dein liberabatur a taenia.

2) *Portulaca Oleracea* cum Oleo Olivarum & Aceto, ad *Acetarium* parata taeniam jam expulit feliciffime, ad *Gazette salutaire.*

3) Uti *Spigelia anthelminthica* Brasiliae endemia, a D. *Browne* 1757. jam commendata, qua antiverminosum eximium contra taeniam.

4)

4) Ita Zachar. *Vogel*, post usum *Emulsionis Amygdalarum* cum *Camphora* 7. Ulnas *Tæniæ* vermis expellere vidit.

5) *Hirschel* commendat ad *tæniam* Cochlear. 1-2. *Picis liquid*, (*Theer*,) cum *Lacte calido* mane jejune, cujus usu per aliquot tantum dies tæniam semper plenarie expulit adultis, infantes enim nimis exæstuaret hocce remedium.

6) *Gummi Guttæ* est præcipuum ingrediens in Arcano remedio *Specifico Herrenschwandiano* ad *tæniam*; quo optimo cum effectu usus jam est olim Charles *Bisset* in Anglia, & *Werlhof* in Germania, qui continuat. dosibus ejus tantum tribus per 3. dies, quavis vice Gran. 3. tæniam expulit plenarie.


Arcanum *Herrenschwandianum* anthelminticum specificum ad *tæniam* constat testimon. R. J. *Vogel*, cui detexit & ejus publicationem dein permisit, e *Gummi Guttæ* - *Sale Absynthii* & carbone *Fraxini*.

Vogel commendat ipse *Gummi Guttæ* ad Gran. 3. cum *Rad. Filicis* Drachm. dimid. in pulveris forma per aliquot dies continuat. mane jejune & ad vesperam qua optimum & maxime efficax ad tæniam remedium.

Contendit quoque, ex experientia convictus, enema e *floribus Chamomillæ* & *Sale* communi magis efficere contra tæniam; quam *Mercurium*.

Rosenstein methodus *curandi tæniam*, constat inprimis *Tinctur. purgante Rothiana*, cum multo potu Aquæ frigidæ, cujus præcipua pars constitutiva est *Gummi Gutta* & *Scammonium*.

 Tinc-

Tinctura purgans Rothiana, tam efficax ad tæniam, ita paratur testimon. *Rosenstein.*
Rad. *Rad. Jalapp.* Unc. 4.
Semin. Cartham. Unc. 2.
Scammon optim. Unc. dimid.
Gumm. Guttæ Drachm. 2. Pulverisat.
& affus. *Spirit. Cort. Citri.* Libr. 1. & dimid. stent in Digestione; Spiritus colore rubro tinctus per inclinationem separ. iterumque.
Spirit. Citri Libr. 1. & dimid. superaffund. & post digestionem separ. denique, tertia pars Spiritus a Tinctura abstrah. & residuum usui servetur.

7) Radix *Filicis maris* & *feminæ* jam nota erat *Dioscoridis* temporibus qua anthelmintica planta, præcipue specifica ad *tæniam.* Radix Filicis maris inquit, *latas tænias* excutit, sumta Drachm. 4. ex Aqua mulsa, melius si cum *Scammonii* aut *Veratri nigri* totidem obolis detur, sed qui sumunt, *Allia* prægustare debent. — De radice *Filicis feminæ* inquit, pellunt lata interaneorum animalia, cum *Melle* eclegmate sumto. Sumtæ cum vino Drachm. 3. teretes tineas ejiciunt.

Hujus plantae virtutes eximias jam deprehendit propria quoque ex experientia *Galenus*, *latum* inquit nempe *lumbricum* interficit, si Filic. quis 4. Drachmas in melicrato ebibat; & pari modo *Sennertus*, — *Filix*, e qua recenti Aqua destillata datur, vel pulvis Drachm. dimid. pondere, infantibus natu majoribus Drachm. 1. adultis Drachma 3. pondere cum Aqua *Galegæ*, quae

sine

ſine ullis moleſtiis vermem-*tæniam*, & lente & cito enecant.

Nicolaus *Andry* utebatur inprimis *Radic. Filic. feminæ* contra *tæniam* tam per ſe, quam cum aliis remediis.


Rec. *Diagrid.* — *Cremor. Tartar.*
Antimon. diaphoret. ana Gran. 10.
Rad. Rhabarb. elect. Drachm. dimid.
Rad. *Filic. femin.* Drachm. dimid.
Fol. & flor. *Tanacet.* pulv. ana Pugill. 3.
Cort. radic. *Mori nigræ arbor.* ante fructus maturitatem pulv. Drach. 1.

Mixta probe, *Dosis* mane jejune cum juſculo carnis pro aetatis temperamenti conditione.

Rad. *Filic. femin.* Drachm. 2. cum *Melle* tantum pro una doſi aeque proſunt, uti ejus Drachm. 2-3. in Vitro *Vini albi*, vermes enecant, ſed expellunt eos non plenarie, hinc laxans ſemper eſt ſubiungendum ſequenti die, alias qua mortui putreſcunt in inteſtinis. — Omni die ſecundo eſt reiterandum hocce remedium anthelminticum, ad quatuor ad ſex vices.

Commendat quoque *Andry*, qua *Specificum anthelminticum* contra *tæniam*, corticem *Radicum Mori nigræ* Drachm. 3. & dimid. coctis in *Aquæ commun.* Unc. 12. per dimid. horam, & ad duas portiones mane jejune abſolvendas præſcribit, aliquot per dies reiterand. — Qualis radix melius laxat quam radix filicis.

Tam famoſum *Specificum* ad *tæniam*, tam diu qua arcanum venditum, conſtat quoque praecipue e partibus ad regnum vegetabile praecipue referendis, e Radice *Filicis*-maris,



ris, non ramosae dentatae, s. Polypodio Filicis maris, Linnaei, de qua infra No. 8. plura.

III.) E REGNO ANIMALI VARIA SPECIFICA AD TAENIAM.

1) *Oleum animale Dippelii* ordinavit optimo cum effectu *Rosenstein* feminæ ad tæniam, omni vespera ad Guttas 10-12. & sequenti mane tum laxans. — Odorem penetrantem hujus Olei, uti in Petroleo abhorret vermis *Tænia*, motus varios simul vermis hic excitat, ob hinc ortas sæpius molestias, ejus usus hinc non semper ubivis est commendandus. — — *Fel Bovis* cum *Resina Jalappæ*, quavis vice ejus Grana 15. in Pilularum forma, expulit semper toties, quoties sumsit hocce remedium reiterato, in puella 14. annorum, ingentem copiam articulorum insignium vermis *tæniæ*.

IV.) VERMIFUGA VARIA COMPOSITA AD TÆNIAM.

1) *Pulvis* contra *Tæniam Pharm. pauper. Pragens.* & *Hamburg.*

Rec. Rad. *Filicis*. Scrupul. 1.
Gumm. Guttæ. Gran. 2.
Misce fiat pulvis pro dosi.
Qualem pulverem commendat quoque *Bergius*.

2) Contra Tæniam eximie profuit, per triduum, in diæta non larga, ter in die *Olei Ricini* Unc. dimid. — Die quarto vero omni 1-2. hora Radic. *Filicis maris* Drachm. 1. ad 8. doses continuandas, (quævis dosis Drachma

mam 1. continens,) post ultimam octavam dosin purgans e *Sale amaro* propinatum, Viennæ *Eyerel.*

3) Hæc methodus profuit quoque multoties exoptato cum eventu.

Rec. *Vitriol. Martis* factit. Gran 6.
Sal. Absynth. Scrupul. 1.

Misce fiat pulvis, una vice cum *Oleo Amygdalarum dulc.* Unc. 1. sumendus.


Rec. *Gumm. Guttæ* pulveris. Gran. 15. D. S. Mane jejune cum magna copia jusculi carnis calidi sumenda est hæc tota Dosis. — Quibus hæc dosis mane circa horam sextam sumta, hora decima effectum non insignem exerit purgantem, nec vermem expulit, tum

Gummi Guttæ Scrupul. dimid. hora decima cum jusculi carnis calidi quantitate sufficiente iterum potest assumi ab ægro sine noxa, quo dein *Tænia* certo expellitur successive partitim, quoties portio nunquam fortiter extrahenda est ex ano, sed effectui pulveris laxantis est relinquenda plenarie, donec tota insignis longitudinis substantia tæniæ expulsa est, si in *capite* nimirum hamulus apparet, & *cauda* quasi emarginata. *Seubert.*

4) Radici *Filicis.* s. *Polypodio filicis mas*, vim *specificam* ad pellendas *tænias* jam tribuerunt *Galenus* & *Dioscorides*, qui *Radicis* hujus *Filicis* Drachm. 4. ex *Aqua* mulsa pro dosi propinarunt, ad enecandos quoque lumbricos longos & latos.

Absynthio resistere quidem *Tæniam*, contendit *Avicenna*, vix vero pellendam esse, nisi *Fi-*

 lice.



lice, cui quoque plures medici post Avicenam consentiunt.

Nic. *Andry* contendit *Filicis* radicem (*dosi* Drachm. 2 - 3. cum *Melle* tritam, vel in *poculo Vini* commixtam, *Tæniam* quidem *enecare sed non expellere*, qua per se non non purgans hæc radix, hinc suadet, ut *purgans* postero die propinetur, ad expellendum plenarie vermem mortuum, qui alias putresceret, atque ita nocere posset.

Dosin hanc non semper quidem juvare observavit prima vice singulis ægrotantibus, repetendam esse ter quaterve, singulis alternis diebus, *assidue* vero *purgandum* esse diebus intercalaribus.

Infantibus teneris & lactantibus iniungit *Andry* dosin Drachm. dimid. in lacte, distribuendam bipartito, nempe Grana 15. una hora, & 15. iterum altera, & postmodum *laxans* die sequenti; illis quidem præcipue expedire observavit, quibus alvus laxa sit, ut anthelmintica ista restringentibus maritentur, ne justo citius per tubum intestinalem decurrant.

Omnibus quoque subjectis convenire observavit *Andry*, Filicis fœminæ radicem, tam infantibus quam adultis, febre quoque laborantibus, quibus symptomata semper mitigat.

Buchhave observavit *Rad. Filicis recenter* contusam ad pulverem magis esse anthelminticam, quam diu ejus pulvis contusus.

5) *Herrenschwand* contra *Tæniam* specificum, tam eximie quod ei profuit, ita se habet;

Rec. Rad. *Filicis* Gran. 15 - 30.
Gummi Guttæ. Gran. 1 - 5.
Herb. *Gratiol*. Gran. 5 - 12.

Misce

Misce fiat pulvis, doſi ad cujusque ſubjecti ætatem aptata. — Juſſit tres tales doſes eſſe ad manus. Ordiendum ſuaſit a *purgante* quodam e *Mercurio* dulci & *Diagryd. ſulphur.* ana Gran. 10. ſequenti die mane ſumendum eſſe primum pulverem e tribus illis ſupra dictis, qui vomitum communiter quoque movit cum purgatione alvi; poſt duas porro horas propinandum pulverem ſecundum, qui valide purgavit, & plerumque *tæniam* expulit; tandem vero ſi tænia non ſecederet, ſumendum præcipit pulverem tertium poſt alias binas horas. — Accidit vero ſæpius, ut tænia non ante poſterum diem abierit, obſervat. *Roſenſtein.*


6) *Nouffer* (vidua Chirurgi in Helvetia,) remedium ſpecificum contra *tæniam* venditavit diu, qua arcanum, bonoque cum ſucceſſu adhibuit, donec rex Galliæ magno pretio id mercatus eſt, & publici juris fieri juſſit; cujus *baſis* præcipue eſt, radix *Filicis maris*, ſat *larga doſi* propinata.

Sumendum laxans quoddam, ſi opus fuerit, & coena ſit brevis, juſculum tantum panis. Poſtero die mane æger deglutiat pulveris Rad. *Filicis* Drachm. 3. cum *Aqua* deſtillat. *Filicis* l. flor. Tiliæ commixtas.

7) *Infantes* in doſi pauciori pulverem radicis ſumant.

Quibus mixtura hæc *nauſeam* moverit, *Corticem Citri* maſticare licebit, vel fauces elui poterunt grato quodam liquore. — Quibus vero integra doſis vomitu rejicitur, iis integra doſis denuo propinanda eſt.

Bihorii



Bihorii ſpatio poſt ſumtam radicem, propinetur *Bolus purgans*, e *panacææ mercurialis* & *reſinæ Scammonii* ana Gran. 12. atque *Gummi Guttæ* Gran. 5. Qualis doſis vero reſpectu ætatis & conſtitutionis ægrorum moderanda erit. — Poſt ſumtum bolum, hauriantur Infuſi *Theæ viridis* vaſcula bina, quæ repetenda ſub inſequente purgatione.

Sub toto hoc decurſu æger ſupra ſellam perforatam continue debet ſedere, usque dum tænia excluſa fuerit, quo facto juſculum carnis porrigere licebit. — Si *Bolus purgans* alvum ſufficienter non ſolverit, poſt 4 horas *Salis Anglic.* Unc. dimid. l. 1. in *Aqua* ſolutam, dare oportet, præſertim ſi tænia ſecedere nolit, vel etiam ſi ex ano dependeat, quo quidem in caſu diſſuadenda tæniæ extractio, ut ne aliquo loco abrumpatur.

Si *Tænia* primo die non abierit, proximo die mane repetenda eſt doſis integra radicis, ſed ſufficit tunc dediſſe purgans ſalinum. Atque hoc modo pluries repeti poteſt hæc cura, dum ſanitatem integram recuperet æger.

Nos, inquit *Bergius*, hac via ſæpiſſime *Tænias* expulimus, & vidimus ægros, qui pluries curſum huncce peregerunt, quavis vice excluſis *Tæniis*, unde patet plures tænias apud unum idemque ſubjectum ſimul & ſemel eſſe poſſe, quod ex eo quoque evincitur, quod 2 - 3. Tæniæ, cum tenui extremitate unica vice propulſæ obſervatæ ſint.

In *Anglia* medici quidam præſcribunt hocce modo *remedium anthelminticum* ſpecificum *Nuffers*.

Rec.

Rec. Rad. *Filicis*. mar. pulv. subt. Drachm. 3.
Quas æger una vice ad noctem debet sumere, cras vero mane Bolum sequentem purgantem.


Rec. *Calomel*. rite præparat.
Resin. Jalapp. ana Gran. 10.
Gumm. Gutt. s. Cambog. Gran. 6.
Misce, fiat *Bolus* cum Syrup. cujusvis quant. suffic.

8) *Tæniam* 50. ulnarum expulit ope *Gumm. Guttæ* Gran. 3. - *Calomel*. Gran. 3. & successivo usu *Cremor. Tartar*. ad Unc. 1½. *Duncan*.

9) *Renand* in *Gallia* profuit semper eximie ad *Tæniam*, quavis vespera clysma e *Sapon*. vulgar. l. venet. Drachm. 1. in *Aqu. commun*. quant. suffic. solut.
Mane Herb. *Filic. mar*. Drachm. 1. per 5. dies.
Tum *laxans* e *Mercur. dulc*. - *Rad. Jalapp*. & *Rhabarb*.

10) Rec. *Limatur. Stanni* Drachm. 2.
Fiat cum *Mell. commun*. quantit. suffic.
Bolus, omni mane & ad vesperam sumendus ejus 1. & semel in hebdomade laxans, die plurimum 5*to*. ex *Aethiop. mineral*. & Rad. *Rhabarb*.
Quo modo *tænias* pluries expulit e corpore humano tam in adultis qu. in infant *Marx*.

11) Tænia partitis vicibus geniculatim abiit usu tantum rad. *Filicis maris* & *laxantibus*, in femina 73 annorum, cum dolore laterali, & debilitate in pede dextro, ventriculi debilitate, appetitu naturali lingua pura, in qua per 30. annorum seriem partitis vicibus particulæ ejus tantum geniculatæ, ad



ad 148. - 74 - 18. pollicum longitudinem abiere; sumsit ea jejune mane tum suadente *Duncan*, pulveris Radic. *Filicis maris* non ramosi Drachm. 1. in vitro *Aquæ puræ*; & hora 11. ante meridiem, Electuarii hujus Drachm. 1. parati e - *Calomel* Gran. 3. - *Gumm. Guttæ* Gran. 3. - *Cremor. Tartar.* Unc. dimid. - Syrup. *Acac.* quant. suffic. ad *Electuarii* consistent.

Omni hora continuand. ejus usum, usque dum effectus purgans succedit; quod evenit sine prægresso ullo vomitu, & quod post bihorium subito expulit articulos, quam plurimos tæniæ - ad 2. pedum longitudinem. — *Dolores genuum* sustulit dein *Oleo camphorato* & *electrisatione.*

12) Rec. Rad. *Filic. mar.* pulveris. Gran. 10 - 30.
Gumm. Guttæ Gran 3.

Misce, mane & ad vesperam hancce dosin sumtam, *tæniam* semper feliciter expulit *Vogel.*

13) Rec. *Rad. Filic. mar.* Drachm. 2.
— *Valerian. sylvestr.* Drachm. 1.
Sem. Cyn. elect. Drachm. 2.
Aethiop. mineral. Drachm. 1. & dimid.
Rad. Jalapp. pulverisat. Scrupul. 1.
Syr. flor. Persicor. quant. suffic.

Misce fiat *Electuarium* med. consistent.

Dosis, ad quatuor vices jejune mane sumtum hocce Electuarium expulit *tæniam latam*, plus quam 40. Ulnarum longam. F. Reuss.

14) Rec. *Semin. Cyn.* elect. Unc. dimid.
Rad. Filic. mar Drachm. 2.
— *Valerian. sylvestr.* Drachm. 1. & $\frac{1}{2}$.
Tartar. vitriolat. Drachm. 3.
Rad. Jalapp, Drachm. 3.

Misce

Misce fiat pulvis, ter de die, quavis vice tres cultri cuspides.

Etiam in hac forma egregium jam fuit anthelminticum: *Reuss.*


15) *Rusticus* quidam a vermibus valde vexatus, sumebat *Rad. Filicis* Drachm. 1. mane, post bihorium iterum Drachm. 1, quæ vim laxantem ei producebant; ad meridiem quum hujus radicis Unc. dimid. sumsisset, tam largam & copiosam ei tum alvinam excretionem produxit, qua insignis globus simul excernebatur, in aqua elutus, tæniam viventem repræsentans, in glomerem unum conglobatus.

Post meridiem *Radic. Filicis* Unc. dimid. quum iterum sumeret, enormem vim purgantem ei produxit, sine ullo vero vermis cujusdam excretione; ob vim vero vehementem purgantem, & dolores abdominales - fere colicos, tenesmum, nauseam, sumsit dein Drachm 3. tantum, & ultimo denique Drachm. 2. Rad. Filic. hujus, quæ vim purgantem exseruit, vermem vero nullum expulit amplius.

16) Antiquioris ævi medici quidam utebantur multo cum fructu radic. *Filicis maris, addito Scammoneo*, ejus vi aucta, & *purgantibus* quoque *resinosis* cum *Mercurio* junctis, ad expellendas *tænias.* Quales eximios fructus expertus quoque est in anglia *Wilkil.*

17) *Boerhav.* expulit *tæniam Vitrioli* ope *Martis*, ad *tæniam* expellendam utebatur tantum Radice *Filicis Maris* sine purgantibus fortioribus. *Wendt.*

18)

18) Usus *Radic. Valerian.* cum *Conchis* præparatis, continuatus, cum interpositis *laxantibus mercurialibus* & fol. *Sennæ*, quam optime & subitaneo expulit semper certo *tæniam* D. *Telling*, (Journal Medicine.)

19) Medicus quidam pluries hacce methodo felicissime expulit *tæniam.*

Ad vesperam suasit Unc. 4. *Butyri* cum jusculo carnis, & sequenti die mane jejune Drachm. 3 - Rad *Filic. mar.* — Post bihorium tum *Pilulas* e *Mercur. dulc.* — *Resin. Scammon.* ana Gran. 2 - *Gumm. Gutt.* Gran. 5. - & hora 11. matutina Unc. 2. - *Olei Ricini* ad duas vices cum jusculo carnis. — Post primam excretionem alvinam quam plurima singula membra & genicula a verme tænià subito excernebantur; & continuato usu horum remediorum liberabantur dein omnes hi ægri *plenarie* a *verme* hoc intestinali *tænia*, nullum enim vestigium amplius sese manifestabat, quum *semen. Sabadilli* aliquoties eis quoque propinaretur. *Dolfus.*

20) *Chirurgo* cuidam, (ad Berlinischen Samlungen,) hæccæ curatio contra *tæniam* multum profecit, & nunquam eum fefellit. Suasit omni die ter Drachm. 1. pulveris constant. e *Salis anglici* Unc. 4. & *Cremor. Tartar.* Unc. 2. subjuncto multo potu *Aquæ frigidæ.* — Singulo die octavo suasit *Resinæ Jalappæ*, - *Mercur. dulc.* & - *Rhabarb.* cum subjuncto *Clysmate* e *Rhabarbar.* & Extr. *Colocynthid.* parato; & tum denique *Aquam acidulam* artificialem.

21)

21.) D. *Bloch* remedia efficacissima *anthelmintica* tam ad *Lumbricos* quam ad *Tæniam* pellendam, quæ ei in ejus praxi maximam opem præstitere, sunt inprimis.

a) Omnia *mucum* tenacem in intestinis *diluentia* - *resolventia*;

b) Tum ea, quæ *vermes* intestinales in *motum redigunt*, eos excitant ad motum majorem - vehementiorem.

c) Ea tum, quæ vermes in statum *rigiditatis ponunt*, debilitatem, *obnubilationem* quasi quandam iis inducunt, ad eo levior. expulsionem.

d) Tum denique fortiora - *purgantia* - *drastica*.

Ad mucum tenacem intestinalem diluendum - resolvendum refert inprimis copiosum *potum Aquæ* tam *communis*, in qua parum *Salis commun. dilutum* est, quam Aquarum mineralium, sic dictarum *Acidularum*, in satlarga copia adhibitarum, vel eorum loco *Salia* inprimis *digestiva* - resolventia; - *Sal ammoniacum* præcipue - Rad. *Rhabarb.* s. *Rad. Jalapp.* commixtum. — Præscribit hinc plerumque *Sal. Ammoniac.* Scrupul. 1. *Radic. Jalapp.* Scrupul. dimid. cum Rad. *Zingiber.* Gran. 2. probe mixta, omni bihorio reiteranda est hæcce dosis.

In Dosi vero & reiteratione horum pulverum semper attendendum est probe ad ætatem, vires ventriculi, & copiam muci. — Ob debilitatem facile subsequentem in ventriculo, ab hujus salis usu, commutare tum jubet, post usum pulverum No. 6. salia hæc amaris remediis.

Si hæc methodus infantibus, & debili ventriculo affectis non confert; iis subito præscri-

 bit

bit usum *Stanni*, & quidem loco *granulati* ad *Aston* methodum, *Limaturam*, non præcise subtilem, *Stanni anglici*, veri-genuini, vel ejus loco melius stanni *Malaici*, (malaisches Zinn,) cum *Radice Jalappæ*, & *Conserva Rosarum* ad *Bolum* redact. s. cum *Syrupo* quodam commixt. ad *Bolum*; & quidem *Stanni* pro adulto, Drachm. 2. & Radic. *Jalapp.* Scrupul. dimid. omni hora quarta dosin.

Stannum quum *anglicum* vermes gravitate sua & asperitate irritet, vermes intestinales sese contorquent, incurvant, locum pristinum relinquunt, & novum inquirunt locum habitationis, quo dein purgantibus simul sumtis drasticis, e pristino habitationis loco semel emoti, plenarie subito excutiuntur.

Si forte hæcce remedia opem non præstitere exoptatam & sufficientem, tum fortius drasticum purgans interponendum præscribit, e *Resina Jalappæ* cum *Mercurio dulci*; & tamdiu horum remediorum anthelminticorum usum, Stanni inprimis, & purgantium drasticorum, continuare jubet, usquedum effectum exoptatum plenarie præstiterint, & totum vermium nidus plane eliminatum sit.

Hocque si modo nil efficitur, *Aquæ* tum *frigidæ* usum in sat larga copia bibendum suadet, mane inprimis jejune, cum subjunctis subito dein remediis laxantibus purgantibus, ut motu aucto ventriculi & intestinorum, Aqua communis frigide plane, ad nidum vermium transeat, quo dein vermes obrigescunt, & id quoque efficitur, ut eo securius

rius

rius a ſubſequente remedio draſtico plane eliminentur.

Infantibus verminoſis non facile placet per ſe largus potus *Aquæ commun.* hinc ſuadet, iſtis vix ante decubitum, merendam e Halice piſce, bene ſalſo, vel e carne, ſale probe condita, ſine ullo vero ſubiuncto potu Aquæ commun.

Quo dein mane in evigilando ſentiunt ſitim vehementem, & niſum bibendi quemvis potum, lubenter tum bibunt mane largam Aquae copiam, quod eliminat dein leviter vermes iſtos; uti iſti, qui utuntur acidulis in larga copia, non tam facile a vermibus afficiuntur inteſtinalibus.

Aliis quibus haecce remedia non arrident, l. applicari poſſunt, praeſcribit tum *Reſinam Scammonii.* & *Sal Tartari* purificat. ana partes aequales. Probe mixtis in mortario vitreo, per ¼ horam, quo fit mitius ſaponaceum, & ob amaritiem ſuam peculiarem non exiguam aliis remediis praeferri meretur. — Cum *Sacharo* ſi prius mixtum eſt hocce remedium, incipit a Gran. 2. & auget hancce doſin ad Granum 1. quotidie mane & ad veſperam ad Gran 10. ſaepius ulterius, pro conditione ſtatus verminoſi. — Quibus mediis ſemper feliciter ſubito eliminavit e corpore humano tam *lumbricos* quam *tænias*. - Mercurium dulcem vim anthelminticam jam exſeruiſſe tribuit ejus vi potius purganti, uti *Semen. Sabadilli*, nauſeam & vomitus facile excitans, qua purgans efficit, hocque modo vermes expellit, qui ab aqua frigida obrigeſcunt, &

 per



per drastica fortiora simul cum muco excutiuntur; quibus principiis nititur quoque effectus remediorum omnium tam famosorum anthelminticorum, olim arcanorum, tam *Nuffers*, quam *Herrenschwan* & *Wagler*; quibus varii ægri verminosi ob insignem dosin ingredentium, & longum tempus, nimium sæpius cruciantur. *Bloch.*

Evolutionem seminii ad prima vermium stamina, & ad mucum intestinalem, vermium generationi tam multum conferentem, in primo statim ortu eliminandi, & supprimendi, conferunt maximopere.

1) Ut evitentur inprimis in diæta omnia potulenta calida in nimia copia, esculenta nimis mucilaginosa, & difficilis digestionis, uti & acida, qua bilem valde debilitant, organa digestionis, ventriculum & intestina, quo copia muci simul augetur.

2) *Laxantia lenia* (non drastica) aliquoties tantum sumta, ne intestina nimium debilitentur.

3) *Organis digestionis* debilitatis, tunc *tonica-stomachica amara* consueta conducunt, & quidem præcipue *Limatura Martis*, - *China-Cortex Salicis* albæ; (Brech - Loorbeer - Weide.) uti & *Balnea frigida*, cum motu corporis sufficienti, infantibus tantum *Lavamenta* abdominis *Aquæ* ope frigidæ.

Digestioni debilitatæ, a bile orta corrupta, nimis aquosa, multum muci verminalis gignente, conducunt præcipue *amara aromatica*, *Cortex Aurantior.* - *Quassia* - *Fel Bovina* inspissata in *Aqua Cinnamomi* soluta, observat. *Bloch.*